## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`





Digitized by Google

Digitized by Google

2° H.lit.p.9-3

<36613163970014

<36613163970014

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

N° ...

2 H. lit. p. 9-3

Hist lit. chorog. Ital. partic. ~~189~~. 725.

Digitized by Google

# CREMONA LITERATA,

SEU

In Cremonenſes Doctrinis, ac Literariis Dignitatibus Illuſtres

*Ab anno MDCI. ad MDCCXLI.*

ADNOTATIONES, ET OBSERVATIONES CUM APPENDICIBUS

TOMUS TERTIUS

*ILLUSTRISSIMO DOMINO,*

ATQUE AMPLISSIMO PATRI,

DOMINO MARCHIONI

PETRO AYMO

GOLDONO VIDONO

Regio Cæſareo, Ducali Mediolani Senatori, S. Raphaelis-Marchioni, ac Viticeti, & Pertinentiarum Domino &c.

*DICATUS*

A FRANCISCO ARISIO

Nobiliſſimæ Patriæ ſuæ Ordinum Conſervatore Jubilato, Procuſtode Arcadum Paſtorum Coloniæ Cremonenſis &c.

CREMONÆ MDCCXLI. Apud Petrum Ricchini.

*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

*Et judicatum eſt de ſingulis ſecundùm Opera Ipſorum.*

Apocalypſis cap. 20. n. 13.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

*Patriæ magnitudo permagnum incrementum affert ad res gerendas.*

Perbonus ex Ovil. in adagiis
libri XIII.

Digitized by Google

# ILLUSTRISSIMO DOMINO, ATQUE AMPLISSIMO P.

FRANCISCUS ARISIUS S. P. D.

QUÆ cauſæ ad has poſtremas Cremonæ Literatæ, ſub auſpiciis Tuis vulgatas meas Lucubrationes, ac qualeſcunque pro Patria ſuſceptos, atque ad calcem perductos labores, præclariſſimo Nomini Tuo offerendos, dicandoſque me ſuaſerint, ac ferme impulerint, SENATOR AMPLISSIME, ingratus profecto videar, ſi reticuerim. Ac primo quidem id jure quodam deberi Tibi facile intelliges, qui Majorum Tuorum, Avi nimirum, Proamitæ, nec non lectiſſimi Fratris, ac Tui ipſius literariis faſtis ingentem hujus voluminis partem imples, ac ſplendidiſſime illuſtras: Avi inquam Joannis Baptiſtæ honeſtiſſimi, nec ſatis unquam laudandi Viri, Proamitæ Dorotheæ inter Seraphicas ſtrictiſſimi Ordinis Sanctimoniales, non ſolum Vitæ innocentia, ſanctiſque moribus, ſed Sacrorum Librorum ſtudio, atque doctrina conſpicuæ, Fratris vero Joannis Baptiſtæ inter Aulæ Romanæ Præſules ſpectatiſſimi, ac Summis Pontificibus acceptiſſimi, præcipue SS.$^{MO}$ BENEDICTO XIII., quorum ego in hac Operis parte monumenta commemoro.

Quovis nempe ſæculo ex GOLDONIA Gente, quæ ab anno 1230. e Germania in Italiam ab illuſtri, ſtrenuoque Friderici Secundi Imperatoris Commilitone GOLDON appellato, Nobiles auxit Cremonenſium Familias, eximia prodiere Inſubriæ, ac totius Italiæ ornamenta, quorum ſeriem exhibere non eſt hujus loci, vel inſtituti. Miſſos propterea faciam celebrandos militari gloria Viros, Copiarum Duces, Arcium Præfec-



Digitized by Google

toſ, Urbium Gubernatores, Patriæ Defenſores illuſtres GOLDONIÆ Stirpis propagines; Et quando mihi de ſolis Literatis Cremonenſibus eſt diſſerendum, Exhibebo Evangeliſtam Goldonum Rom. Pontif. Nicolao III. apprime charum, de Rebus Eccleſiaſticis Ævo ſuo Scriptorem præſtantiſſimum, quem Primo laudavi Cremonæ meæ Liter. Tomo, ubi etiam Bartholinum, ſummum, acutumque Philoſophum, Græce, Latineque doctiſſimum adnotavi. His accenſendus Jo: Baptiſta Atavus Tuus, Patriæ Decurio, Juriſprudentiæ, reconditæque eruditionis clariſſimum jubar, ac graviſſimi Judicum Patriæ Collegii nitidiſſimum ſydus; item alter Avus Tuus Joannes Baptiſta Comes, & Eques Vir conſultiſſimus, Senatoriæ Aymorum Stirpis Hæres; Unde Goldoni Aymi deinceps nominati: Si vero ſupremis Urbium Magiſtratibus per Eum optime geſtis, a Sapientiſs. Mediolanenſi Senatu ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem maximarum rerum cauſſa *Legatus* mittitur, tanta fide, dexteritate, ac ſapientia ſui muneris partes obivit, remque plane arduam, ac ſummis difficultatibus obſitam feliciter adeo confecit, ut Mediolanum reverſus, incredibili PP. CC. gratulatione exceptus ſit, & publica extent honorifico *Legationis* teſtimonia, poſterorum documento, atque admiratione ſervata; Cæteros ſilentio præteribo inſignes ex Majoribus tuis Patriæ Decuriones, qui ſupra tertium retro ſæculum incomparabili Zelo, probitate, ac prudentia, omne conſilium, operamque ſuam in Patriæ commodum, utilitatemque candidiſſime ſemper conſultarunt.

Partas vero Familiæ Tuæ Prænobiliſſimas Affinitates, ſi omnes dicendo proſequi vellem, archæologiam exhiberem magis quam Epiſtolam. Unam, vel alteram ex recentioribus indicabo. VIDONAM, cujus cognomento hæreditario jure gloriaris, ex qua duo S. R. E. Cardinales, Hieronymus nempe Aviæ Tuæ Patruus, & Petrus ejuſdem Frater prodiere. SFONDRATAM, ex qua præter Nicolaum Cardinalem, & Patriæ Epiſcopum, qui ad Summum Pontificatum evectus, GREGORIUS XIV.

XIV. eſt appellatus; Tres itidem Cardinales, Franciſcus Patriæ Epiſcopus, Paulus Æmilius, atque doctiſſimus Cæleſtinus Princeps S. Galli, prioriſque Conjugis Tuæ Patruus; GONZAGAM tot Mantuanorum Principum Celſiſſimam, ex qua modo viget floridiſſime Marchio Sigiſmundus Nepos Tuus Cariſſimus, Marchioniſſæ D. Annæ Sororis Tuæ amantiſſimæ Filius unicus, S. R. Imperii Princeps, ac Veneta antiqua Nobilitate illuſtris, Muſarum, & virtutum omnium ſingulare ornamentum. Addo & MALASPINAM liberæ Juriſdictionis Marchionibus, Dominiis, ac Feudis ſumme conſpicuam.

Acceſſerunt quippe nuperrime ad Excelſæ Nobilitatis Tuæ cumulum, atque amplitudinem, initæ fauſtiſſimæ Nuptiæ, Unigenitæ, atque dilectiſſimæ Filiæ Tuæ Antoniæ Eleonoræ, morum ſuavitate, ac virtutibus ſupra ſexum incomparabilis, cum Alberto Marchione Vicecomite, Hiſpaniarum Magnate Primogenito Marchionis Annibalis Mareſchalli Cæſarei, Militum Ductoris, ac Mediolanenſis Arcis, Jovis Caſtrum nuncupatæ, Præfecti; Ex quo noviſsimo Sanguinis vinculo, auſpicatoque Connubio Affines præclariſsimos habes HERBAS, & ODESCALCOS, Purpureis Galeris, ac Tiaris Pontificiis notiſsimos; & quod a D. O. M. boni omnes precantur, lectiſsimique Nepotes prodibunt, qui utriuſque Parentis ARIBERTAM, & GOLDONAM clariſsimas Stirpes reſtituant, & perennent, Majorumque ſuorum virtutes non æmulentur ſolum, ſed referant, ac plane aſſequantur.

Verumtamen hactenus aliena obſtruſiſſe videar Generis Tui, vel Sanguine Tibi Junctorum amplitudinem laudans, Tua vero prætermittens, quæ quidem tam manifeſta ſunt, atque magnifica, ut mutuato ſplendore, meique commendatione non egeant; ſed morem geſsi modeſtiæ Tuæ, cui laudibus Tuis nihil accidit injucundius; Necquicquam propterea de Te dicam verbis meis, ſed præter omnem oſtentationis ſuſpicionem, ea tantum uſurpabo, quæ Auguſtiſsi-

mus, & ter maximus CAROLUS VI. Cæſareo fudit oraculo, dum ex Hiſpania ad capeſſendum Romanorum Imperium, in Germaniam redux, Te Senatoriæ Cathedræ honorificentiſsime admovit. Hæc enim ille Regio Diplomate de meritis, ac virtutibus Tuis apertiſſime pronunciavit; præ cæteris

*Quapropter, cum de Clariſſimo Viro, atque de Nobis optime merito Marchione Petro Goldono Vidono eximia, & ſingularis modeſtia appareat, cumque etiam ſit Unus ex Nobilibus Collegii Judicum Cremonæ, & pro ea Oratoris munus in hac Urbe Mediolani rite exercuerit, miſſuſque fuerit per Illuſtrem Eugenium Sabaudiæ Principem, Conſanguineum Noſtrum ad Illuſtrem Armeſtadium Principem pro Re Militari aliquando componenda, in qua egregie ſe geſſit, cum non modico etiam Domus ſuæ diſcrimine; Cumque a dicta Civitate, & univerſa Cremonenſi Provincia electus juramentum fidelitatis nomine, Auguſtiſſimæ Dominationi Noſtræ præſtiterit, nec non & inde Ablegatus remanſerit ad Auguſtiſſimam Uxorem Noſtram, & eidem uſque ad Civitatem Genuæ inſerviendum. In delegationibus inſuper per Congregationem Status Mediolani eidem commiſſis, atque in aliis gravioribus negotiis peragendis, ita partes ſuas impleverit, ut laudem, & probationem noſtram promeruerit: Juncta qualitate Familiæ, in qua Proceres, & Cardinales de Regio noſtro ſervitio optime meriti extiterunt; Utque demum appareat quantum Cremonenſes ob eorum fidelitatem, atque ea, quæ pro noſtro ſervitio paſſi ſunt, diligamus &c.*

Luculentiſsimo Tanti Monarchæ teſtimonio, atque tam ſplendida meritorum tuorum commendatione, penitus ignoro, an aliquid excogitari poſsit ſpectabilius, atque ad nominis Tui famigerationem, perennitatemque admirabilius. Nam ex hoc uno qualis, quantuſque fueris, poſteritas omnis, etiam me tacente concipiet; Beneficentiæ profecto, atque comitatis Tuæ in omnes quidem eximiæ, in me autem etiam profuſæ, ac ſingularis, monumentum eſſe volo hoc ipſum officii mei peroptatiſsimum genus, quo minus Tibi offerre profiteor, quam multis grati animi titulis debeam

beam

Digitized by Google

beam (ingratus nempe eſt diſsimulans). Quid enim non debeam affabiliſsimo Viro, qui cum Patriæ Oratorem ageret apud excelſos Magiſtratus, maximiſque diſtineretur curis, atque negotiis, creberrimas, ac certe importunas per integrum quinquennium epiſtolas meas, dum a ſervandis Patriæ Ordinibus eſſem, tanta facilitate, ac patientia excipiebat, ut mihi ſoli vacare videretur. Et ibi injecta Epiſtolarum mentione, illius ſcilicet 4. idus Martii 1707. datæ, plane obliviſci piaculum foret · Cum vix edito intra ſecretiora Mediolanenſis Aulæ Penetralia quam fœlici Oraculo, Gallorum Copias, Cremonenſi ab Arce quantocius evaſuras, pactumque Auſtriacis armis in æſtuantem Patriam noſtram ingreſſum, non zelotypia, non ſcrupuloſæ politiæ evanidus color, vel alta Sortis Tuæ diſcrimina, non denique aut Martis vallantis portas, aut Gallicæ Gentis intus vigilantes excubiæ, Amorem Tuum erga Nos, obſequiumve in CÆSAREM, ſic potuerint coercere; quin præcoci fideliſſimi Cubicularii ope, me, Præſides, Urbem totam ad vicinæ jucunditatis ſolemnia, Sereniſſimo Duce Eugenio naviter approbante, per Epiſtolam mihi uni concreditam, excitares. Inſuper cum Ticinenſem Præturam Regius Senator, inſueto quadriennio, providentiſſime gereres, ac coleres, & Affidatorum, ut ajunt, illius Civitatis Academiæ Princeps, omnium gratulatione ſalutareris, me obſcurum prorſus hominem, atque immerentem, tam inclyto Literarum Cætui adſcriptum voluiſti; ac in idem ferme tempus Homobonum Xaverium, Filium meum, Almi Borromæorum Collegii Alumnum, in tuum Patrocinium peramanter ſuſceptum, ad Lauream uſque Legalem, tuis indeſinenter favoribus cumulaſti. Adderem ſimul aliud perpetim apparens præliberalis benevolentiæ Tuæ pignus, ni forte rubore ſuffunderer; quum mei vultus iconiſmum ab egr. Pictore in papyro perigraphe effictum, æri eleganter inciſum, ac plurifariam recuſum, ſpontanea elargitione, Mediolano ad me demiſiſti, hoc lemmate inſcriptum

( *ob Cives ſervatos* ) meæ Cremonæ Literatæ Opera enunciando, nomenque meum inconcinnum, ac rude mirifice, ac publicitus exornaſti. Singula ſi proſequi velim, quibus me Tibi devinctum ſentio, Epiſtolæ fines, & modum excedam. Habes tamen his paucis delati ad Te operis mei rationes, quibus fere confido, ut gratam, atque obſequentem Clientis Tibi deditiſſimi voluntatem, æqui bonique facias, ac ſupremas devexæ ætatis meæ vigilias, pro Tua lenitate benigne excipias, nec dedigneris oblatas. Ego interim apud D. O. M. votis omnibus ad ultimum uſque vitæ meæ contendam, ut Te ad Patriæ decus, Senatus Majeſtatem, Inſubriæ ſplendorem diu ſoſpitem, atque incolumem ſervet. Vale. Ex meo Muſæolo Cremonæ Kal. Quintilis MDCCXL.

LEC.

Digitized by Google

# LECTORI HUMANISSIMO PROPÆDEUMATA.

NON *abſque mœroris intimi reminiſcentia priuſquam legas, patientiæ tuæ, meum, plane arbitror,* renovare dolorem, *illius nempe damnoſiſſimi incendii cauſa, quam horreſco referens per illius teterrimæ inimica ſilentia noctis XV. Kal. Aprilis anni MDCCXXVII. Domi meæ in ſuperiori præcipue manſione, ultra horas quinque amburentis, toti familiæ dormiturienti penitus ignoti, ex quo pleraque hiſtoriarum volumina, ſingularia opera, nec non pretioſa manuſcripta, coaptatis pluteis diſpoſita, in cinerem conſumpta evanuerunt,*

* Unde adhuc mea vulnera reſtant. *Præ cæteris* [ *nam de reliquis modo ſilebo* ] *Tertius meæ Cremonæ Literatæ Tomus, jamdiu completus ab anno MDCI. incipiens, uſque ad LX. illius ſæculi, & propemodum Quartus ſub idem combuſtionis tempus ab Amanuenſe exſcriptus una cum archetypo, atque omnia documenta tam laborioſe conquiſita, & alia multa feralium flammarum voracitate abſumpta, & direpta fuere; Addita inſuper plebejorum accurrentium, ipſorumque Militum in prætenſum auxilium* [ *quibus nulla fides, nec pietas excubantium inſitæ a natura* ] *iniquiſſima rapacitate. Quid in tot devaſtationum anfractibus: quid in tot bellicis tumultibus, ac hoſtilibus invaſionibus, in hanc regionem ſubinde ingreſſis! per annos fluctuans conticui. Verum enim vero ferventiſſimus amor Patriæ horribilis conflagrationis memoriam ſuperavit, genium meum iterum excutiendo, ut veteres ac confuſas hiſtoriæ reliquias, pleraſque ſemiuſtulatas e tenebris, & pulvere obvolvere, atque Amicorum tum Patriæ, cum exterorum ſtimulis ad hanc provinciam perficiendam noviter aggrederer, & ne tot labores, quales ſint, ab igne in fumum abituri eſſent.*

* Virgil. Æneid. lib. 2.

*En igitur, quæ mente a grandiori ætate, quantumvis exeſa, paulatim collegi, ab anno prænotato MDCI., uſque ad hodiernum diem; Et quemadmodum ea jamdudum duo explebant volumina, in unum compacta, nunc exhibere cogor, qualiacunque ſunt. Malim mehercle mihi diſplicere, quam Patriæ aſſeveratam pollicitationem diutius remorari.*

*In I., & II. Tomo proceſſum fuit per Chronologiam, attamen cum in hoc III. permulti Scriptores adhuc vivant* [ *& utinam in Ævum* ] *plerique in ſtudiis verſantes, diſertiſſimi æque, ac eloquentiſſimi eorumque libros in lucem protrahentes, ſaniori Amicorum judicio, ne ſejungantur folia, neve fatigentur legentes in exquirendo libros, diverſis annis excuſos; Alphabetico ordine Scriptorum nomina comperies; haud quaquam illo ſimplici catalogo rerum, ſicuti familiariter ſcribit ad Amicum Anonymus quidam Florentinus, Romæ degens in duobus articulis, ut ex notionibus Literariis Florentiæ diei* 13. *Maii* 1740. *ſub num.* 20. *qui ex ſe prætendit tradere methodum optimam Hiſtorias Literarias extendendi; verum ante ipſum id excogitavit, ac typis Mediolanenſibus*

donavit

*donavit anno* 1729. *doctiſſimus, & celeberrimus Joſeph Antonius Saxius Præfectus Bibliothecæ Ambroſianæ in ſuo libro, cui tit.* de Studiis Literariis Mediolanenſium antiquis, & novis, Prodromus ad Hiſtoriam Literariam typographicam Mediolanenſem &c.

*Inter Cives Cremonenſes recenſeo nonnullos in hac Urbe natos, etſi Gentis alienigenæ, alioſve, qui ex privilegio, vel diuturno incolatu Civium adoptionem nacti fuere, non abſcondito nigro atramento eorum veræ Patriæ nitore. Item quoſpiam ex Territorio, & Diœceſi Cremonenſi, prout innuimus in Proloquio Tom. II. Aliquos etiam invenies ex propria, & antiqua Origine, Cremonenſe Cœlum ſortitos, multos nimirum deſcendentes a ſplendidiſſima Propagine de Sfondratis [cognomen non abſque honoris præfatione pronunciandum] quæ anno a Chriſti ortu MLXXXI. Cremonæ fixit pedem, & ex qua præſtantiſſimi Heroes adnumerantur Cœlo, Terra, Marique celebres, unus nempe Sum. Pontifex, plures S. R. E. Cardinales, atque præclues Juriſconſulti in Cremonenſe Collegium cooptati, præſertim vero Avus, & Pater Gregorii XIV.; nec me reſpuas quæſo, cum laudabilius ſit Civem conſervare, quam mille hoſtes perdere.*

*Velim ſcias in hoc libro de Literatis, ſeu de rebus Literariis me tantum præfari, nequaquam vero de Generis claritate [dedita ſaltem opera non literis conjuncta] Non eſt ſiquidem Hiſtoricis permiſſum rimari argumentum, adeo perdifficile, & in amplum diſputationis Campum ingredi, eo inſuper, cum nemini datum ſit quibuſdam ſuperbis, atque expudoratis complacere. Multi namque recipiunt libentibus auribus, quid de Murrhano Virgilius ſcripſit*

* Æneid. lib. 3. v. 119. * Hic Atavos, & Avorum antiqua ſonantem
Nomina per Regeſque actum genus omne Latinum.

* Ad Titum c. 3. n. 9. *Accedit quod meo voto magis ſuffragatur Paulus * Apoſt.* Stultas autem quæſtiones, & Genealogias devita: ſunt enim inutiles, & vanæ. *Et ut optime adnotat Guillelmus Anthoni Freudebergicus in Epigr. gratulatoria doctiſſimo Theodoro Hoptingt, erga finem.*

Non igitur genus eſt, non auri copia, quæ Te
Nobilitat: Virtus, Virtus: hac Nobilis Hector,
Alcideſque fuit &c

*Qui plura deſiderat ſcire de Nobilitate, illi exhibeo præ cæteris Speculum humanæ Vitæ, vere nitidiſſimum doctiſſimi Epiſcopi Calagaritani Roderici Zamorenſis, & ob oculos, & mentem habeat* c 5. 6. 7. & 8. *libri primi.*

*Si forte aliqui in hanc ſcenam non prodiere hi ſunt, quorum nimium præſtricta modeſtia renuit meæ tenui ſcriptioni, ea quæ enixe expetebam, ſubminiſtrare; Pluraque profecto mihi faceſſenda, & dicenda forent, niſi audax expenſor viderer. Hæc dixi, ne me, benigne Lector, arguas de omiſſis, & inſuſſurres pro neglectis; id nolui ſub ſilentii ſipario obvelare; nec alia ratio ulterius eſt inquirenda; non ratus eam promulgare ſatius duxi.*

*Auctores opuſculorum, aut hujuſcemodi molis libellulorum, nollem a*

*te*

Digitized by Google

*te repente eſſe deſpectos, aut Plautino ſale perfrictos, tanquam ſemiſciolos; ſæpius etenim evenit tritum illud adagium,* ex ungue Leo dignoſcitur; *aliquotiens libri ſunt parvæ molis, & magni ponderis: propterea non inconditæ, ac torpidæ plebis perperitudinem provoco, ſed Sapientum lenitatem imploro; quamvis non ſint Roſis Anemoni comparandi.*

*Explorata res eſt, ac dubio procul, in omnibus Sacris Inſtitutis efflorere doctiſſimos Viros acerrimo, & exaſciatiſſimo ingenio perſpectos; Unde ſi quorumdam nullam fortaſſe mentionem fecerim, nollem, opineris, ex ſimultate, vel oblivione a me peractum fuiſſe [Epigoni providebunt] A dolentibus, ſi qui ſunt, peto veniam:* Maneat noſtros ea cura Nepotes.

*Quatuor Appendices comperies, unam de Literatis in I., & II. Tomo omiſſis; tres vero de rebus addendis I., II., & III. Tomo, ulterius triplicem Indicem, Nominum ſcilicet, Notabilium, & Topographicum. In decurſu invenies Scriptores jam laudatos in meis Tomis anteactis, præcæteris Ornamenta Literarii Senatus Cremonenſis, ut ſunt Bartholomæus Platina [quamvis a nonnullis cucullatis calumnioſe incuſetur tanquam mendaciloquus] M. Hieronymus Vida, Gabriel Faernus, Cæſar Specianus Epiſcopus, & alii [cave ne me repetitionis arguas] cum nuperrime ſimilium graviſſimorum Hominum memorabilia opera, & acta legantur recuſa, ac meo inſtituto collimare videantur.*

*At ne te lateat, quod ſi interdum in Carmina Italice, & Latine conſcripta impinges, nollem te rixandi libidine accenſum, minuſve Hypocritam, & fidiſſimum Platonis aſſeclam, qui Poeſim e ſua Repub. exulare jubet, & fere penitus eliminari, quamvis a multis vocetur Judex ſuſpectiſſimus, ſi etiam Dicearcho eſt credendum apud Cælium * Rodiginum hiſce verbis notetur.* Plato extra rationis modulum, & prudentiæ præſcriptum Amori habenas laxavit. *Vellem igitur ut patienter feras Muſarum oblectamenta, quæ Divo * Auguſtino non diſplicuere; Auctoriſve intenſo genio aliquantillum indulgeas, qui Philomuſas, quam Plutopeus, ſeu de plutacademia mavult vocari; Aliquando enim cum L. Apulejo, ut in catalectis* Petronii Arbitri, ex typis Lugdun. Frellon. 1615. pag. 222. Luder, Muſa, juvat, Muſa ſevera vade!

* de Republ. dialog. 2. & 3.

* lib. 16. c. 14.

* lib. 2. c. 13. de Civit. Dei.

*Utinam locus hic eſſet aliqua dicendi adverſus ſyllographos vituperantes etiam in triviis, & compitis illos [& multi ſunt) qui Carmina honeſtiſſime Italico metro abſque vanis, obſcæniſve Labulanenſis pertractant; eorum ſcripta objurgando, eaque nugalitates ſcurriles, vernaculo plane vocabulo appellando,* Sonettucci, Madrigaletti &c. *ſeu forent teſtivillicia, & minime, ut puerilia, curanda juxta illud*

* Hoc monſtrant vetulæ pueris poſcentibus aſſem.

* Juvenal. Sat. XIX. c. 227.

*Inter hoſce oſores reponantur nonnulli, qui ſunt Philoſophi Metaphyſici, & alii ſimiles, ludentes potius ingenio, quam ad indagandam veritatem eorum ſyllogiſmis; Quibus ſi contingat aliquoties conficere carmina italica, adeo craſſa ineptitudine, ac difficultate laborant; ut verſus [e. g.] hendecaſyllabos, ſeu phaleucios, expanſis digitis, adnumerent,*

*num.*

*num undecim pedibus, ut ajunt, conſtent; quamobrem invidia pulſi, ſæpe ſæpius tam in familiaribus excurſis, quam in ſuis libris, ſi forte luci tradantur, Poetas libera nimietate detrectant, & mordent, ſequemetipſos Pultiphagonides in Muſarum conviviis oſtendunt. Verum ſilere præſtat in re ex ſe clariſſima, quam pauca proferre: Ignorantes ibidem præfati tenebriones, ut animadverit* Theod. Hoptingt de Inſignium, & armorum priſco, & novo jure &c. c. 6. par. 8. ubi de Hæroum, Nobilium, & DD. Inſigniis num. 1438. ubi Doctores, Oratores, & Poetæ togatam militiam profitentes pleriſque condecorantur honoribus. *Si me prolixitas non retrhaeret multa eſſent explicanda, quæ de aliarum ſcientiarum vanitate, ſeu cenotomia circumferuntur; At ſolum repertum allegata per eundem * Paulum de Philoſophis.* Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & vanam fallaciam, ſecundum fallaciam hominum &c. & non ſecundum Chriſtum.

* ad Coloſſ. 2. n. 8.

*Meos prædilectos Conſanguineos, ſi ob oculos habes, deme ſupercilio nubem, & noli nodum quærere in ſcirpo, neque agreſti critologia me improbatum dejicere, cum mihi ſit ſatis non amori tantum, ſed veritati aſſentiri. Ubi vero de me ipſo prolixius, quam par eſt, locutus ſim [abſit mendaciloquæ humilitatis præfatio] cum Valerio maximo non erubeſco repetere, nullam eſſe tam humilem vitam, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Haudquaquam non ſum neſcius cum Boetio, mortalium gloriam nil aliud eſſe, quam magnam aurium inflationem; tametſi ſapiens ille Senator intelligit de gloria, quæ ab aliena adulatione, ſeu a propria megalegoria promanat, non autem virtutis laboribus adepta, quæ definitur:* Gloria eſt frequens fama cum laude, virtutum via, *ideſt per viam virtutis, nam vera eſt gloria, ad quam virtutum gradibus aſcendimus, & ad quam non perveniunt deſides, ac oſcitantes, nec ſuperbiloquentia elati.*

*Si alicubi dixi verbum circa mea mſſ. deperdita, ſive inuſta, ſive ab accurrentibus, aut quibuſdam invidentibus Rabulis clanculum ſubtracta, ſeu manuata, nollem dubites, mihi non eſſe ignotum, odioſam de ſe ipſo jactantiam fore, ſed quod in hujuſmodi caſibus mihi contingat, quæ ſcribit* Daniel Georgius Morhofius in Polyſtore, typis Lubecæ 1648. lib. 1. cap. 7.

*Poſt relata de P. Julio Mercoro Mediolani Inquiſitore refertur Synopſis aliorum Inquiſitorum ex Inclyto Ordine PP. Prædicatorum, omnium Cremonenſium, ſive ex Nativitate, ſive ex cauſis, ſuo loco expreſſis. Noli tamen in paucis erratis, minimiſque delictis nimius exactor, & ſeverus indagator extare: Noli etiam frequenter, & aſſidue increpare, & arguere, uti te admonet S. Dorotheus*; Subdam quoque, quod ait* Diodorus Siculus; Nec Poeta; Nec Hiſtoricus, nec ullus denique Artifex præcepti alicujus rationalis, per omnia Lectoribus placere poteſt, nec fieri poteſt, ut natura mortalis, etiamſi ſcopum attingat, comprobatione omnium ſine ulla reprehenſione

* Serm. VII.

con-

cònſequatur. *Ut clare liquet ex ejuſdem Siculi additis.*

*Superpondii loco adjicio, ut ſcias, Codices Scriptorum, quos recenſeo, tam typis vulgatos, ſeu manuſcriptos in margine hoc aſteriſco prænotatos * inter meos libros eſſe repoſitos, ac non abſque levi cura collectos, & ut optime pernoſcas quanta ſit in me [ etſi nequam ] maxima ratio Civium meorum monumenta ſarta tecta, & decus, ut potui, extolendi.*

*Veniam peterem, ſi aliquando latina cum verbis Græcis, non græco charactere, quæ quidem non ſunt multa, admiſcui,*

* Et nova, fictaque nuper habebunt verba fidem: ſi Græco fonte cadant, parce detorta &c. * Horat. de Arte Poetica.

*Nimirum petere veniam ſolemus, aut cum imprudenter erravimus, aut cum compulſi peccavimus, ut inquit Aulus * Gellius loquens de Albino Oratore Romano, qui Græcam Orationem dixerat. Idem * diſceptando de vocabulis ſcribit, pleraque vocabula, quibus vulgo utimur, neque tamen liquido reſcimus, quid ea proprie, atque vere ſignificent. Legantur dictionaria, & præ cæteris Amalthea Onomaſtica; ibi enim comperies vocabula duplicem, triplicem, & ultra diverſimodam habentia ſignificationem, & quandoque ſibi adverſantia, ſicuti color albus, & ater; Ea etenim vocabula, quæ mihi in uſu fuerunt, convenire queunt, ut arbitror, Hiſtoriæ Literariæ, quam expono, nec adeo obſcura ſunt, ut a doctis Viris, qui recte intelligunt ſi forte legantur, non ſint accepta, & majori elegantiæ propius accedant [ abſit modo ab hoc meo inſtituto logomachia ] ulterius ſpectat, ut aliquando reſurgat illud idioma, quaſi mortuum dicerem apud eruditum Cœtum,*

* lib. XI. c. 8.

* idem lib. 16. cap. 5.

* Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi. * Horat. de Arte Poetica.

*Si non placebo Invidis Tenebrionibus, & Antipathibus, me ad probos Amicos appello; Scio non hiſce meis poſtremis laboribus obtrectatores defuturos, Italos præcipue, ut moris eſt, non abſque juſta exterorum Sapientum admiratione, cum nulla ſit tam excelſa virtus, tam potens, tam firma, quæ luridum Invidiæ calidiſſimæ morſum evitare potuerit; Ille enim quem invidus livor cæcum fecit, nec intueri quicquam recte, nec bene judicare poteſt; Quid meæ tenuitati contingere poſſit judicium ſit apud Amicos; Novum non eſt quod Ariſtoteles * Iſocratem celebrem Oratorem vituperet; Marcus * Tullius Cicero eundem Iſocratem ad ſydera extollit; Ipſumet Tullium Quintilianus ſugillat, nec mitius de Anneo Seneca loquitur Aulus * Gellius; tritiſſimum illud eſt.* Neque Juppiter ipſe, ſive pluat, ſive non, unicuique placet. *Verum ad quid antiquos faſtus revolvere, ſi modo quotidie typographica prœla inſudant ad infarciendas cenſuras maledica, atque ſatyras, & quicquid abnormius a labiis iniquis evomi poſſit; Nam quicquam æqui, bonique a malis emungere nequimus:* proinde * defectione, rejectioneque evidentium rationum ſi quis quodammodo ſaxeus fiat; quonam pacto adverſum eum uti aliquis ratione poterit? *ſuis nimirum cardinibus mundum facilius Archimedes evelleret, quam a pertinacibus duras amovere opiniones.*

* lib. 3. Rethor.

* lib. 1. Tuſcul.

* Noct. Attic. lib. 12. cap. 3.

* Arrian. Nicomed. de Acad. cap. 5.

*Tan-*

Digitized by Google

*Tandem ne me objurges, amabo, ſi in decurſu operis aliquando uſus ſui formula*, vidimus, diximus &c. *& alibi* vidi, & dixi &c. *ſi Opificibus alicubi deſunt characteres, ut ajunt, curſivi; & cave ne fortaſſe vitium, quod in me exoogitas, ſi te diligenter excuties, in tuo ſinu nidu letur. Vale.*

Siſte parumper

Cum in autographo hujus Operis meum aliquando characterem appoſuerim, Impreſſoribus non ſatis clarum, nonnulli itaque errores Typographiæ emerſerunt, & præ cæteris ſequentes, ſic pag. 2. vitar, corrige utar. 6. Federico, Federici. 23. *Nipolio, Nizolio*. 26. novis, novit. 27. compoſitos, compoſiti. 76. admitterent, admitteret. 106. me, meo. 166. ſui, mei. 176. antiquius, antiquitus. 181. ter quam, tanquam. 185. Fuliſius, Fulvius. 225. Anticæ, Atticæ. 295. *cedæ, cæde*. 298. tum, tunc. 350. Franicellorum, Fraticellorum. 351. *Curali, Curuli*. 351. obſcene, obſcæne. 352. Philelphi, Philelphum. Item alii Tuo ingenuo, & humaniſſimo arbitrio, ac prudentiæ remittuntur, nam æquebene dignoſces literas deſſicientes, vel ſuperfluas, puncta, virgulas, & diphtongos, ubi opportune ſimilia conveniant. Fateor quidem duos meos lapſus, ſcilicet pag. 87. pro 1689. 1687., *Mantuanæ* pro *Bononienſis*. Vale iterum, ſi me amas.

---

Die 27. Auguſti 1740.

ADM. R. Pater Don Ignatius Tadiſi C. R. S. Sacræ Theologiæ Profeſſor, & S. Officii Conſultor videat librum, & referat, cui titulus CREMONA LITERATA &c. ab anno MDCI. uſque ad præſens Tom. III. Auctore celeberrimo Domino Franciſco Ariſio nobiliſs. Patriæ ſuæ Ordinum Conſervatore Jubilato &c.

*Fr. Hermenegildus Todeſchini S. Theol. Magiſter*
*Inquiſitor Generalis Cremonæ.*

EX commiſsione Reverendiſs. P. Hermenegildi Todeſchini Inquiſitoris Generalis Cremonæ, attente legi & examinavi librum denominatum, CREMONA LITERATA Tom. III. ab Illuſtriſsimo Domino Franciſco Ariſio J. U. D. Sancti Officii Advocato Fiſcali, & Conſultore ad Patriæ ſuæ avitum decus, ornamentumque augendum, ad promeritam Literatorum famam, excepto me immerente, quacumque terrarum propagandam, ad Poſterorum animos in imitandis Majorum exemplis excitandos, admirabili eruditione conſcriptum. Cumque nihil in eo, quod ad Catholicam Fidem, orthodoxos mores, ac Principum obſervantiam ſpectet, cenſura dignum theologica deprehenderim digniſsimum cenſeo, ut e clariſsimo infatigabilis hujuſce Scriptoris Muſeo, jam propter cætera, quamplura quidem, eaque doctiſsima, divulgata volumina celeberrimi, in publicam lucem typographicis notis impreſſus egrediatur.

Cremonæ ex Æd. S. Geroldi VIII. Kal. Oct. MDCCXL.

*D. Ignatius Tadiſi Presbiter Congreg. Somaſchæ*
*S. Officii Conſultor.*

*Die 29. Septembris 1740.*
*Attenta ſuprascripta approbatione*
*IMPRIMATUR*
*Fr. Hermenegildus Todeſchini S. Theol. Magiſt. Ord. Præd. Inquiſitor Gener. Cremonæ.*

*Die 15. Octobris 1740.*
*Imprimatur Eruditiſſimi Cremonenſis Opus*
*De Fabrega Prætor &c.*

HEN-

# HENDECASYLLABUS
## AUCTORI DONATUS
## A Doctiſſimo GESALTE SCANDEJO P. A. Coloniæ Cremonenſis.

*EDuc de latebris tenebricoſis*
*ARISI eximium, aureumque Librum,*
*Quo Faſtus Patriæ recentiores,*
*Et claros celebras Viros Cremonæ,*
*Quo nil doctius, eruditiuſve,*
*Quales eſſe tui ſolent labores.*
*Quanto hæc nomina digna cedro, & auro*
*Omnes excipient, colentque honore?*
*Hæc, & Gallus, & ultimus Britannus,*
*Germanuſque, & Iberus, & novi uſque*
*Mundi pars, ubi literis, boniſque*
*Stat ſplendor ſtudiis legens ſtupeſcet*
*Tanta hæc lumina ſæculo uno, in una*
*Hac noſtra Civitate prodiiſſe,*
*Dicentque o nimium Parens beata,*
*Quæ tales procreas, foveſque alumnos,*
*Quam debet tibi Literatus Orbis!*
*Tu legum eximios, togaque claros,*
*Magnos Rhetoras, optimos Poetas,*
*Myſtas, Hiſtoricos, Sophoſque acutos,*
*Matheſi, Phyſica, arte demum in omni*
*Summos, ac celebres paris Magiſtros,*
*Ornaſque Italiam, tuis, & Orbem!*
*Quas vero tibi gratias Cremona*
*ARISI referet labore tanto*
*Dignas? vivet enim perenne in ævum*
*Scriptis clara tuis, parique fama*
*Nomen cum Patria tuum manebit.*
*Ergo de latebris tenebricoſis*
*Educ eximium, aureumque Librum,*
*Quo Faſtus Patriæ recentiores,*
*Et claros celebras Viros Cremonæ.*

DONUM

Digitized by Google

## DONUM ALIUD

## Eruditiſſimi P. D. MAURI ANT. MARTINENGHI

Cler. Reg. Som. ex Academicis Affidatis Ticinenſibus, ac inter Arcades Paſtores Lamiaci.

*SE Templi, ed Archi, e auguſte Moli ſparte*
*Fregian sì le Città, ma la primiera*
*Gloria, che a volger d' anni è ſalda, e intera,*
*Fiume ſolo d' ingegni aureo comparte:*

*Città d' Ercole un dì lavoro, ed arte*
*Ben può tu gir ſovra tutt' altre altera,*
*Che d' ingegni ſublimi hai folta ſchiera,*
*Onor d' antiche, e di moderne carte.*

*Ó s' avvien mai, che d' ogni alta memoria,*
*Oſi, il Tempo nemico, le faville*
*Spegner di lor virtute, e di tua gloria;*

*Baſta per te queſt' onorata Tromba,*
*Che ben s' udrà, dopo mill' anni, e mille,*
*Come sì chiara intorno oggi rimbomba.*

AGATHA

Digitized by Google

AGATHA de SFONDRATIS Neptis NICOLAI S. R. E. Card. Antiquiſſimæ Cremonenſis Familiæ, ex Patriæ Epiſcopo ad Summi Pontificatus apicem elatus die 5. Decembris 1590., GREGORII XIV. nomine aſſumpto, primordium præbet Tertio Cremonæ Literatæ Volumini lectiſſima hæc Sanctimonialis, ut alphabetico ordine incedam; Lector quicumque ſit ne admiretur, neve obmurmuratio repente in te oriatur, aut quotuſquiſque rugoſus Criticus inſurgat, meque redarguat, tanquam alienæ ſegetis meſſorem, cum modo Sfondrata Progenies Mediolani effloreſcere adhuc videatur; humaniſſimum igitur Lectorem deprecor, ut ob oculos habeat Epiſtolam antepoſitam, quam ei dirigo, & non ignoret ex hac inclyta Stirpe inter Nobiles Cremonæ Decuriones novem ultra viginti adnumerari, ut ex regeſtis publici Archivii, nec non in celeberrimo Juriſconſultorum Collegio præter Avum, & Genitorem GREGORII XIV. alios quinque Sfondratos adfuiſſe, ut ex libro Joſephi Breſsiani Hiſtoriographi ſelecti a Patria, cui tit. *il Collegio de' Dottori &c.* Sit venia huic parvulæ, ſed opportunæ digreſſioni, ne videar alioquin extra Patriam, ejuſq; Provinciam Scriptorum appetentiſſimus uſurpator.

Fuit itidem AGATHA Neptis Antoniæ Mariæ, de qua egimus in II. Tomo ad annum 1572. quæ inter Angelicas Monaſterii S. Pauli Mediolani, ut ſuæ amantiſſimæ Amitæ ſequeretur veſtigia in idem S. Pauli Monaſterium ingreſſa die Dominico 8. Januarii 1581., ibi vixit, & ſcripſit opera, quæ ex induſtria eruditiſſimi D. Cajetani de Vulpiis anno 1720. prodiere Patavii ex Officina Joſephi Comini in 4.

*Sermoni Familiari di S. Carlo Borromeo Cardinale di S. Praſſede, e Arciveſcovo di Milano, fatti alle Monache dette Angeliche dell' inſigne Monaſtero di S. Paolo in quella Città, raccolti fedelmente dalla viva voce del Santo per la Reverenda Madre Angelica Agata Sfondrata, e pubblicati per la prima volta da Codici manoſcritti, &c.*

Sermones ſeptem ſunt ultra decimum, quos inter, ſecundus & tertius recenſent ingreſſam, & vota emiſſa ejuſdem AGATHÆ in præcitato Monaſterio; quibus adduntur ex laudabili ingenio Collectricis.

*Lettera dedicatoria alla M. R. M. ſua Zia Paolantonia Sfondrata, ed alle altre Angeliche del Monaſtero di S. Paolo.*

Epiſtola nempe unica, & digna lectu, continens mirabilia de eodem Sanctiſſimo Card.

Ex Epiſtola ad Lectorem, operi præmiſſa a doctiſſimo Editore omninò legenda, habemus quantum in latinis literis AGATHA emineret, ſcribendo Hiſtoriam illiuſmet Monaſterii S. Pauli, & quo-



Digitized by Google

quomodo in unum Codicem memoratos Sermones collegiſſet. In fine libri pag. 133., & ſeq. alia ejuſdem AGATHÆ prolixa Epiſtola legitur exarata die 8. Decembris 1584. hoc titulo *Alle Molto Reverende Madri mie in Gesù Criſto oſſervandiſſime le Madri Priora, ed Angeliche del Monaſtero di S. Marta di Cremona,* iiſdem Monialibus nunciat extremam ſui animi turbationem, ex morte Sanctiſſimi Cardinalis Borromei.

Ejuſdem AGATHÆ quæ in ſæculo BARBARA vocabatur, mentionem fecimus in noſtro Cremonæ Liter. Tom. II. ubi de Agathæ Genitore Paulo Sfondrato pag. 397.

Editio hujus Codicis prælucet in Ephemeride Literatorum Italiæ Tomo XXXV. in Art. 1. & ibi erga finem allegantur Acta Lipſiæ Tom. VIII. ex Supplem. Sect. 1. pag. 16., & 19. Verum in deſcriptione ejuſdem Agathæ pag. 41. animadverſione penſanda ea ſunt, quæ ſubduntur circa Creationem, & Mortem S. P. GREGORII XIV., hinc pro clariori elucidatione, vitar, ut ibi, italica locutione. *L'anno 1592. il dì 6. di Decembre fu creato Pontefice il Cardinal di Cremona Niccolò Sfondrato Ziò paterno di Agata, e fratello delle Madri Sfondrate Zie della medeſima, che ſi chiamò* GREGORIO XIV. *Tutta l'allegrezza, ſi fece nel Monaſtero di S. Paolo fu il cantare in comune il* Te Deum *per comandamento del Confeſſore, ma fu breve il tempo di quel Pontificato, mancato eſſendo Gregorio l'anno ſuſſeguente 1593. a 15. d' Ottobre.*

Unde eruitur maximus in Chronologia lapſus. Anno nimirum 1590. aſſumptus fuit Sfondratus ad Solium Pontificium non anno 1592. die vero quinta Decembris; non anno 1593., ſed anno 1591. die 15. Octobris ad Superos evolavit; & vixit tantum in Pontificatu decem menſes, totidemque dies, obliti ſane Auctores Ephemeridum hujus, quod ipſimet antea ſcripſerant in Tomo XIII. art. VII. pag. 224. patens enim eſt anno 1591. die 29. Octobris promotum fuiſſe ad Hierarchatum Cardinalem Facchenettum Innocentium IX. appellatum, mortuum inde Decembrio menſe, die 29. ejuſdem anni 1591. cui ſuffectus extitit Cardinalis Aldobrandinus die 30. Januarii anno 1592. nominatus Clemens VIII., & hæc ſufficiant ut veritas prodeat non fuiſſe creatum S. P. GREGORIUM XIV. anno 1592., neve obiiſſe anno 1593.

En extractum a Poemate, quod edidit Bononiæ apud Bonatium 1589. Julius Cæſar de Solis in præclariores aliquot terrarum Orbis Civitates octometris abſoluto, de Cremona canens mihi opportuno inter alia.

*Tra le prime d' Italia in pregio ſale*
*Queſta bella del Pò Donna, e Regina,*
*Dal cui grembo gentile, alma, e reale*
*Prole diſceſa n'è rara, e divina.*

Qui

*Qui nacque l'uno, e l'altro Cardinale*
*Sfondrati, al cui valor Palla s'inchina:*
*Marco Furio, e Quintilio Poeti,*
*Che penetrar del Ciel gli alti ſecreti.*

Albertus Martianus Vir probus, Sacerdos, & Præpoſitus Eccleſiæ S. Ceciliæ in Patria, cum eſſet a Confeſſionibus Nobilis Fœminæ, cujus nomen, ut infra habebimus, vulgavit Italice.

*Lettera a Monſignor Gio: Franceſco Rota Governadore della Provincia Sabina, e di Celle Vecchio ſopra alcune virtù, e morte della Signora Giovanna Rota Picenardi.* Brixiæ 1702. per Jo: Mariam Rizzardum in 12.

Laudabilis memoriæ utique fuit hæc digna Mulier, non tantum ob vitæ, morumque integritatem, ſed cum fuerit Genitrix ex Sebaſtiano Picenardo Militum Duce, ac Patricio, Octavii Epiſcopi Regienſis, & Principis, de quo ſuo loco loquemur.

Joannes Cinellus Calvolus Bibliot. Volan. pluteo XV. lit. A. id opuſculum recenſet; corrigendum tamen eſt verbum illud. *Sorella* in *Madre*, & hic opportune ſubdam ut pro aliis ſit exemplum Manutii dictum *in Commentario ad Cicer. lib.* 5. *Epiſt. famil. nec verò librum ullum eſſe arbitror, qui omni prorſus vacet mendo*, & hæc dicta ſint de antiquis, & neotericis.

Albertus Moronus Soc. Jeſu elegans Orator, cujus dignum ſuæ eloquentiæ fragmentum legimus in libro inſcripto. Orationes Quinquaginta de Chriſti Domini Morte, habitæ in Die Sancti Paraſceves a PP. Soc. Jeſu in Pontificio Sacello. Romæ, typis Vitalis Maſcardi 1641. ubi Oratio quadrageſima nona.

* Alberti Moroni Cremonenſis ad Urbanum VIII. P. M.

Cum de Alberto Morono hæc pauca ſcripſerim, alium Albertum preterire nequeo, quem comperi apud Ughellum in Italia Sacra de Epiſ. Laudenſibus Tom. IV. primæ editionis col. 913. nu. 26., præſertim cum legam eum fuiſſe originarium Caſtelli Ripaltæ Diœceſis Cremonenſis in Glarea Abduæ. Is e loco citato eſt S. Albertus cognomento de Quadrellis ex Eccleſiæ Ripaltæ Præpoſito anno 1168. die 29. Martii electus Epiſ. Laudenſis, de quo idem Ughellus latius plura adnotat.

Alexander Bocculus Cler. Regularis Somaſchæ Congregationis, Vir qui ſummo judicio cuncta peragebat, qui poſt quinquennium in alma Urbe tanquam Generalis Procurator confectum, Summus Præpoſitus ejuſdem Congregationis, & Doctrinæ Avenionenſis eligitur; propterea evulgavit.

* Compendium Privilegiorum, Facultatum, & Gratiarum Cler. Reg. ſuæ Congregationis. Brixiæ apud Sabbios 1612. in 12.

 Ipſomet

Ipſomet gubernante uniuntur Patres Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia cum Somaſchenſibus Italiæ, multa indeptus eſt Collegia, ſingillatim Melphii, Veletri, Mediolani S. Petri in Monforte, Tyburis, Neapoli, Senarum, & Viterbii.

Egregii Concionatoris munus non ſemel exercuit; unde in Epiſtolis Jacobi Vectiani Poetæ, Regienſis, typis emiſſis inter Viros doctiſſimos memoratur.

Sic de eodem P. Boccolo cecinit P. D. Michael Angelus Bottus, quum ſub ejus univerſali regimine inter Somaſchenſes cooptatur P. D. Petrus Patzman, inde Archiep. Strigonienſis, & S. R. E. Cardinalis.

*Induitur ſacro tandem Patzmanius oſtro*
*Quo nitet illuſtris jure Somaſca ſuo.*
*Boccolus aſpexit magnum ſplendeſcere ſidus,*
*Ipſe tamen primo lumine Phœbus erat.*

Ex eadem Boccola Familia modo vivit in Cœnobio Cremon. Inclyti Ordinis Prædicatorum P. Guilelmus S. T. M., & Vicarius Generalis S. Officii Auctoris Amicus.

Alexander Campionus Presbyter Sæcularis primarius totius Mediolani Dominii Matheſeos Militaris Magiſter; qui multum profuit Patriæ a Gallis, aliiſque turmis Auxiliaribus obſeſſæ; ipſe enim architectabatur militaria machinamenta, tam pro defenſione Civium, quam pro hoſtium offenſione quamplura ſcripſit egregie.

*De Architectura Militari*

ejuſdem meminit Joſeph Breſſianus in Hiſtoria illius Belli, itidem Laur. Legatus in Lyceo Herculis.

In Cathedrali Patriæ ante aram Divi Benedicti ejus Tumulo appoſita legitur hæc Inſcriptio.

*D. O. M.*
*Æternitati*

*Dic qui præteris Benedictio Domini ſuper D. Alexandrum Campionum, qui vivens pro Philippo IV. Hiſpan. Rege Primarius in Italia Belli Mathematicus, Miles idem, & Sacerdos pietatem Caſtris dedit, mortuus Xenodochium S. Alexii hærede ex aſſe conſtituto, in ævum inſtituto Beneſitio quotidiano ad hanc Divi Benedicti Aram. Militat pro pietate tanti Concivis gloria. Franciſcus Maria Carena Phyſ. Coll. Comes, & Eques. Jo: Petrus Barbovius. Alexander Ferrarius, Gaſpar de Mayno Marchio, Mendicantium Patroni, cum Cypriano Rota Executore Teſtamentario, ut ex tabulis Joannis Baptiſtæ Superti ſub die 25. menſis Octobris anni 1653. marmore hoc muniere anno MDCLXX.*

Laudatur Alexander ab Horatio Lando in libro de obſidione Cremonæ, nec non a Breſſiano de eadem obſidione ſcribente pag. 10.

Alexan-

Digitized by Google

Alexander Capra Auguſtini F. Jacobi Herbæ inſignis Architecti Diſcipulus publicus in Patria, & ipſe Architectus, & adeo ſtudiis, liceat dicere, uſque ab infantia, mathematicis addictus, ut alter Archimedes communi omnium calculo appellaretur. Otii expers aſſidue vixit, ac ſedulo noctu diuque operibus ſuis intentus, adeo ut ipſe nunquam quieſcere viſus fuerit. Vir erat non fucatus, at verax, & ſimplex, Domi verò, & foris optime notus. Ex editis habemus.

* *Geometria famigliare, ed iſtruzione pratica per gli edifizj nuovi, e vecchj diviſa in trè parti. Cremonæ per Jo: Petrum de Zannis* 1671. *in* 4.

* *La nuova Architettura famigliare diviſa in cinque libri corriſpondenti a cinque ordini, cioè Toſcano, Dorico, Jonico, Corintio, e Compoſito. Bononiæ* 1678. *per Jacobum Monti in* 4.

In primo libro agit de Prædiis, & Arboribus, in ſecundo de Edifitiis, in tertio de Menſuris, in quarto de Aquis, in quinto de Machinis.

* *La nuova Architettura Militare d'antica rinnovata*, ex iiſdem typis Bononiæ in 4. anno 1683.

Hæc omnia recuſa fuere in duobus Tomis Cremonæ anno 1717. in typographia Petri Ricchini, & ab eodem una cum Joſepho de Forbicis Bibliopola mihi Auctori nuncupatis, cum effigie ipſiuſmet Alexandri, ac pluribus in locis mathematicis figuris, aliiſque ornamentis ſane ditatis.

Poſt Epiſtolam nuncupatoriam permultæ laudes leguntur hujus Viri celebris ex Alona Hiſpana, vulgo Alicante, mihi pariter exaratę a P. Cæſare Auguſtino Bonacina S. J. expertiſſimo Pictore, & Architecto die 20. Septembris 1693., quò Lectorem remitto ne prolixe, quam par eſt, me extendam.

Laudatur a P. Franciſco Lana Brixienſi S. J. in ſuo eruditiſſimo opere, cui titulus Magiſterium Naturæ, & Artis Tom. I. tract. 3. de multiplicis motus localis genere probl. 10.

A Laurentio Legato in Muſeo Coſpiano lib. 30. cap. 4.

Ab Auctore Veronæ Illuſtratæ part. 3. cap. 5. pag. m. 208., & ab aliis.

Multa poſt ſe mſſ. reliquit, & præcipue circa Machinas Theatrales, ac Horologia Solaria, facillime, ac diverſimode perficienda, quæ mſſ. de Horologiis dono habui a P. Juſto a S. Auguſtino Carmelita Excalceato ejus Filio, in pignus amicitiæ, hæc penes me ſervantur inter chariora mei Muſæoli monumenta.

Alexander Cervius Ordinis Minorum de Obſervantia S. P. Franciſci, Inſignis Religionis ſuæ Splendor, Provinciæ Bononienſis ejuſdem Ordinis Superior Miniſter, anno 1656. ſui Inſtituti ex Sapientiſſimis Patribus, tum in ambonibus, cum in cathedris ſcholaſticis, & dignus ut hic cenſeatur. Fuit ille nimirum primus qui in

Cænobio ſuo S. Angeli in Patria Bibliothecam inſtruxit, eamque Pictorum perpulcris tabulis exornavit, quos inter illæ ſunt inſpiciendæ ex pennicillis Jo: Franciſci Barberii Centenſis, vulgo il Guercino, cujus Alexander intima neceſſitudine conjunctus erat.

Laudatur a P. Ferdinando a Bononia in libro, cui tit. *Memorie Istoriche &c. pag.* 35.

Alexander Lamus Federico J. C. Filius, non autem ille de quo ſcripſi in II. Tomo Crem. Lit. ad annum 1572. Hic enim antequam Capuccinorum piiſſimam Sodalitatem amplexus eſſet, Ignatii nomine, reliquit in ſæculo nonnulla carmina alteri Alexandro ejus Patrueli ab eodem edita, ſic

* *Rime Spirituali*. Papiæ anno 1598. per Hæredes Hier. Bartoli in 4.

Ex hiſce carminibus, quæ ſæpius legi optime noſcitur profunda pietas, & vera inimitabilis virtus innocentiſſimi Juvenis qui muſas puriſſimas Virgines non vero meretrices (Adoleſcentiæ prodigium!) excolebat.

Alexander Lugus inter Medicos Phyſicos Cremonenſes non parvi nominis, ac ſingularis doctrinæ. In quadam circa unius Viri Patricii ægritudinem contentione, ab eo edita fuit.

* *Riſpoſta alla taccia del Sig. Dottor Primizio Gabello*, abſque loci impreſſione. Non ſunt hujuſcemodi lites in hoc mundo novæ.

Romæ in Coll. Clementino Rhetorices Præceptor, nunc degit Ant. Maria Lugus Cler. Reg. Somaſchæ Congr. Alexandri ex Filio Nepos florenti adhuc ætate, ac muſarum cultor feliciſſimus.

Alexander Macchius Sacerdos Soc Jeſu diſertiſſimus Orator, & Verbi Dei Præco perpolite, æque præeleganter edidit ex ſuis operibus.

* *Predica fatta a Magiſtrati nel Domo di Milano, ibi per Philippum Ghiſulphum* 1636. *in* 4. Edita fuit hæc Concio a Julio Macchio Lauda Auctoris Patruele, de quo inferius loquemur.

* *Diſcorſo fatto nella Chieſa di S. Fedele in Milano per l'Elezione della Maeſtà del Rè de' Romani Ferdinando III. Auſtriaco, Invittiſſimo, Glorioſiſſimo. ibi pariter per hæredes Pacifici Pontii, & Piccaleæ* 1637. *in* 4.

Habuit Macchius diſertiſſimam, & laborioſiſſimam Orationem in Cathedrali Patriæ die 24. Septembris 1647., qua publicæ preces fundebantur ad Deum pro avertendis Gallis ab noſtræ Urbis obſidione, & verax, & charus Patriæ Propheta, quaſi alter Eliachim, Victoriæ præſagium Populo nunciavit, *dicens ſcitote quoniam exaudiet Dominus preces noſtras, ſi manentes permanſeritis in jejuniis, in orationibus in conſpectu Domini, ut habemus in Judith: cap.* 4. *n.* 11.

Laudatur P. Macchius a Joſepho Breſſiano in ſuo opuſculo, cui tit. *Le Turbolenze di Cremona per l'armi della Francia, Savoja, e Modena &c. pag.* 13.

Item

Item a Paulo Bartabello in ſimili opuſculo pag. 6.

Memoratur itidem a P. Allegambe de Scriptoribus Soc. Jeſu.

Inſuper ejuſdem Auctoris habemus.

*Orazione detta in Milano nel funerale dell' Illuſtriſſimo, ed Eccellentiſſimo Sig. D. Alfonſo Portocarrero Cordova, e Fegueroa &c.* Mediolani per Gariboldum 1636. in 4.

Alexander Piso, ſeu de Pisonibus ex probioribus Chirurgiæ Profeſſoribus in Patria, & præcipue in Xenodochio majori a multis annis, & a multis ob inſignem praxim deſideratus; edidit anno 1693. typis Laur. Ferrarii.

* *Breve Compendio dell' opinione di Ceſare Magatti intorno al modo di medicare rare volte le ferite.*

Genitor hic erat V. C. Homoboni, qui modo in Univerſitate præclariſſima Patavii vivit Medicinæ Profeſſor, celebritate conſpicuus, & de quo agemus in lit. H.

Refertur noſter Alexander ab Amico meo chariſſimo, ut ex Epiſtolis reciproce noſtris, Dionyſio Andræa Sancaſſano, Scandianenſi Medico famigeratiſſimo in ſuo laborioſo Opere, inſcripto il Magato Redivivo in §. V., ubi adnotat illos, qui Magatum ſequti ſunt, & præſertim Ludovicum Septalam, Bernardinum Faſcinellum, Alexandrum Piſonum, & Marium Cecchinum.

Cum in hac pagina inciderit nomen Dionyſii Andreæ Sancaſſani mortuo in Urbe Comachi anno 1738. Tempore quo Protomedicus erat Celſiſſimi Ducis Vaſtallæ anno 1719.

Hic fuit unus ex Fundatoribus Coloniæ Arcadum Cremonenſis, nomine, ut moris eſt, eidem adjecto Olpii Acheruntini. Laudatur a pluribus celebritate notis Scriptoribus; Sugillatur putide quidem a Menchenio de Charlataneria Eruditorum in notis pag. 42. ex euſione Lucæ Leonardi Venturini 1726., allegando acta Lipſiæ. Fallit nimirum vocando Sancaſſanum Patavinum, cum ut vidimus erat è Scandiano Sereniſſimi Mutinenſis Ducis; inſuper eum credit Auctorem libri *Notomia dell' Acqua* inſcripti; ſolumodo enim fuit Editor, Patavii anno 1715. per Joſephum Coronam, nec in eo ſunt Sancaſſani niſi Epiſtola nuncupatoria Abbati Petro Canneti Camald. mei Amiciſſimo, ac illa ad Lectorem; verus quippe Auctor fuit Franciſcus Verattus Medicus Ravennas, mortuus die 17. Januarii 1702., ut in Epiſt. nuncup.

Alexander Sanmaphæus Medicinæ, & Philoſophiæ Sectator exercitatiſſimus, ut habemus ex Breſſiano. Virt. Rav. ſcripſiſſe.

*De Ratione componendi medicamenta.*

*Commentarium ſuper Galenum tribus tomis diſtinctum.* Vivebat anno 1609. non erat profecto ex illis, quos mordet Menchenius in paulò citato libro pag. 252. hiſce verſiculis.

*Si vis ſanari de morbo neſcio quali*
*Accipias herbam, ſed quam vel neſcio qualem,*
*Ponas neſcio quo, ſanaberè neſcio quando.*

Alfonsus Maynardus Leonardi F. Viciniæ S. Georgii Cremonæ in Jureconſultorum Collegium publice acceptus anno 1589. die 15. Maii, ac inter Patriæ Decuriones anno 1594. Vir non inani gloriæ deſiderio turgidus, ſed eruditione ac lenitate, iis quæ Viro plane Nobili juſte congruunt. Ad Regiam Aulam Matritenſem Philippo III. Regnante ablegatus a Patria ob publica negotia, quibus expertiſſimus erat; itidem ad Paulum V. S. P. legatione functus erat. Senio tandem confectus ob eximias animi dotes a Philippo IV. Hiſpaniarum Monarcha lato clavo totius Inſubriæ plauſu, jure merito, exornatur anno 1636. Ad Papienſem Præturam translatus, cum ipſam ſumma laude regeret, ibi inexpleto biennio, & PP. CC. & Civium illius Urbis mærore occubuit anno 1640., inibi humatus in Templo Divo Thomæ Apoſtolo dicato, culto per PP. Ord. Prædicatorum.

In marmorea inſcriptione è regione Sacelli Sanctiſſimi Sacramenti in Cathedrali Patriæ Alfonſi nomen legitur, cum aliis Nobilium Ædilium Majoris Templi.

Breſſianus in Coll. J. C. C. pag. 68. Et ego in Senatorum ex Coll. prænarrato ſerie typis expoſita.

Ejuſdem fit mentio ab Horatio Lando in ſuo libro Senatus Mediolanenſis prænominato, in Epiſt. dedicatoria, cum eſſet in Senaculo ſedens Maynardus anno 1637., quo Landus idem prælis tradidit ſuam Hiſtoriam.

Ambrosius Maggius Monachus Caſſinenſis cujus merita, & doctrinæ ad ſuæ Congregationis præfecturam Generalem evexerunt. In Turri Monaſterii, ac Templi S. Benedicti Ferrariæ hæc legitur inſcriptio.

D. O. M.
*D. Ambroſius de Cremona*
*Sacræ huic Turri*
*Cujus jecerat fundamentum*
*Cœnobii Æconomum dum ageret*
*anno* 1621.
*Abbas, & Præſes Generalis*
*Congreg. Caſſinen.*
*Faſtigium impoſuit anno* 1646.
*Pontif. Max. Innoc. X.*
*Ferrariæ Leg. Stephano Donigo.*

Ad Superos evolavit Ferrariæ initio Januarii 1615., tumulatus in peculiari ſepulcro ante aram Nativitatis Chriſti cum æpigraphe.

Hic

Digitized by Google

*Hic jacent oſſa Reverendiſſimi P. D.*
*Ambroſii a Cremona*
*Abbatis.*

Ejuſdem eſt mentio penes Andræam Borſettum in ſupplemento Hiſt. Sacræ M. Ant. Guarini f. 33., & 34.

ANACLETUS SICCUS Sacerdos Barnabita Præpoſitus Collegii SS. Pauli, & Barnabæ Mediolani, & P. ſui Generalis Aſſiſtens, edidit.

* *Della Innodia Eccleſiaſtica libri tre, ne' quali della Nobiltà, degli effetti, e del modo di bene, e regolatamente cantare i Salmi in Coro copioſamente ſi tratta, recati fedelmente di latino in volgare dal P. Don Donato Benzoni Sacerdote della ſteſſa Congregazione. In Milano per Gio: Pietro Cardi* 1643. *in* 12. Liber latine ſcriptus ab Auctore pluries editus, & præcipue auctior, & emendatior. Antverpiæ, typis Plantinianis Balthaſſaris Moreti. 1654. in 8.

*De Clericorum Regularium S. Pauli Congregatione, & Parentibus Synopſis Auct. R. P. D. Anacleto Sicco Cremonenſi &c. nec non a P. D. Valeriano Madio ejuſdem Congregationis Presbytero ad Complementum redacta. Mediolani* 1682. *Franceſco Vigono Typographo &c.*

*Eſercizio di più meditazioni per rinnovazione dello Spirito. In* 24. *Mediolani* 1635.

Ejuſdem fit mentio in Indice Scriptor. Congr. Cler. Reg. S. Pauli.

Eminentiſſ. Cardinalis Bona in ſuo libro *Pſallentis Eccleſiæ Harmonia*; in notitia librorum, qui in hoc opere citantur, notantur, illuſtrantur. Anacleti Sicci Eccleſiaſtica Hymnodia, ejuſque uſu, & præſtantia liber elegans, & eruditus, habetur.

ANDRÆAS PEZZOLIUS Franciſcanæ Familiæ, ex Minoribus de Obſervantia Magnus Theologus, & Sacrarum Canonum peritiſſimus. Bis Provinciæ Bonon. Deffinitor annis ſcilicet 1614., & 1615. In Comitiis generalibus tum Romæ, cum in Hiſpania theologicas theſes maxima cum laude publice ſuſtinuit; Viſitator etiam in Mediolanenſi Prov. 1615., & in illa Brixiæ 1617. Conſultor Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Patria, Actualis Theologus Eminentiſſ. Card. Camporei Cremon. Epiſcopi, multa poſt ſe reliquit Theologica mſſ. plenus meritis tandem pie ab hac vita deceſſet die 17. Maii 1647., de eo P. Ferd. a Bononia in mem. Hiſt. Prov. Bonon. pag. 159., & ſequ.

ANGELUS BARONIUS publicus Cremonæ Gymnaſiarcha, latina poeſi, ac arte Oratoria perſpicuus, de quo nihil ſcripſi in ſecundo Cremonæ Literatæ volumine, cum etiam ſupervixerit ſæculo decimo ſeptimo, ut de aliis mihi contigit. Ejus doctrinæ exhibent teſtimonium:

* Cre-

Digitized by Google

* Cremonæ Genethliacon. Ibi apud Chriſt. Draconium 1598. in 4. Carminibus heroicis id ſcripſit, quum Margarita Auſtriaca Philippi Hiſpaniarum Regis Sponſa Cremonam ingreditur anno 1598. 6. Kal. Decembris.

* Epithalamium Regium Auſtrium in nuptiis Iſabellæ Infantis Auſtriæ, & Archiducis Alberti Auſtriæ, iiſdem typis, & anno.

* Epithalamium Farneſium in Nuptiis Raynutii, cum Aldrobandina, iiſdem typis anno 1600.

* *De Urbis Cremonæ Laudibus Oratio. Cremonæ 1628. apud Hæredes Barucini Zannii in* 4.; hanc edidit Theodorus Baronius Medicus Angeli Fi: de quo ſuo loco, eamque dicavit Nobilibus Patriæ Decurionibus, promittens in Epiſtola nuncupatoria edere aureum opus, ſpatio ſexaginta continuorum annorum (ſunt ejus verba) ab eodem Patre meo compilatum, & inſcriptum.

*Theſaurus linguæ latinæ Cæſarianos ex vocibus videlicet atque ſententiis C. J. Cæſaris Dictatoris, ac primi Imperatoris per ordinem alphabeticum copioſiſſime collectus &c.* Scit Deus quæ fata ſubiit, cum hic Theſaurus ſit adhuc ſepultus.

Laudatur Angelus ab Ant. Maria Spelta in Hiſt. Papienſi inter cæteros illius ætatis inſigniores Viros pag. 205.

Item ab eodem in additis ad Hiſt. Papiæ excuſam 1602. pag. 34.

ANGELUS CLOTIUS, vulgo CHIOZZI Cler. Reg. Theatinus, in ea Religione profeſſus anno 1600. die 30. Novembris, pluries in Domo S. Abundii Præpoſituram rexit, præſertim anno 1630. graſſante acerrima lue, qua duriſſima occaſione, tum ipſe, quam ſui Conſodales in viſitandis, curandiſve Infectis in Hierocomio, ac in Civium privatis ædibus plurimum, mortem etiam aduſque inſudarunt. Unde P. Silos in Hiſt. p. 3. lib. 3. pag. 76. de eo tempore ſcribit. *Is fuit Noſtratium ardor, ut certantibus hic etiam magna indole Patribus dirimi ab Urna litem oportuerit. Nihil profecto ab iis ſedulitatis, ac ſtudiis prætermiſſum, quos renunciaverat Sors. Et ſi par deinde fuit omnibus labor; Enim vero cum excreſceret in dies calamitas, ac metus, ne Religioſi ipſi viri, partim ſtrati morbo, vita exceſſiſſent, partim ut ſuæ caverent ſecuritati, egreſſi Urbem, villas ſeceſſiſſent Noſtri, non pertinaciſſima ea lue, non inſtantis Fati formidine, ac vigiliis devicti, non modo perferre, ſed intendere labores viri,* & paulò poſt. *Commune conſternatæ Civitatis perfugium erant Theatini Homines, qui nec privatis etiam domibus, urgente nimirum Proximorum ſalute abſtinebant.*

Præterea eximiam Clotii pietatem, ſuæ Doctrinæ ſpecimina repoſita ſunt in Bibliotheca S. Abundii, mſſ. volumina ingentia quattuor, ſcilicet.

*De obligationibus Regularium ratione Perfectionis, quam profitentur, & trium Votorum, de Immunitatibus, & Privilegiis &c.*

Obiit Vir inſignis in Patria anno 1659. die 23. Septembris ætat.

anno-

Digitized by Google

annorum 74. ſepultus ſub Sacello B. V. Lauretanæ.

Laudatur a Joſepho Breſſiano in lib. cui tit. Italice. *Virtù Ravvivata.*

Angelus Maria Ciria Panvinius ex Sacro Servorum B. V. Inſtituto, Philoſophus, & Theologus ſummi nominis, quinimo a Cremona Patria per vota publica Theologus electus, poſt primos ſui Ordinis gradus occupatos, ab Innoc. X. ad Theatenſem Archiepiſcopatum evectus anno 1665. quindecim menſium ſpatio ab electione ad Superos evolavit. Theate eſt Urbs primaria in Marrucinis de qua Silius Ital. canit lib. 8.

*Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes*
*Corfini populos magnumque Theate trahebat.*

permulta, fertur, ſcripſiſſe Opera Theologica, & præcipue contra Janſeniſtas, quæ lucem efflagitant.

* *Orationes tamen duæ in Sacello habitæ Pontificio coram Sacro Collegio, diebus a Sancta Sede ſuo Ordini aſſignatis Romæ exſtant, impreſſæ apud Manelphum Manelphium 1642. una in Pontificali Epiphania, altera in Dominica Paſſionis.*

In Templo Divi Victoris Cremonæ, culto per Patres Servitani Ordinis prope januam majorem ad dexteram, ſub ejuſdem Ciriæ pia imagine proſtat hoc monumentum.

*D. O. M.*
*Communem Solis occaſum*
*Siccis ne intelligas oculis*
*O Viator humane*
*Angelus Maria Ciria Serv. Cremona*
*Vere Sol alter*
*Omnes ferme Religionis Gradus*
*Per Virtutis Eclipticam*
*Adinſtar Solis celeriter conſecutus*
*Innocentio X.*
*Fugatis Janſenii errorum Umbris*
*Theologus inſignis*
*Mox Theati Archiepiſcopus effulget*
*Ubi tandem quindecim poſt menſes*
*Ex auge occidit in Meridie*
*Hoc uno Solem non imitatus.*
*Anno D. MDCLXV.*
*Frater Silvius Ferrarius Amantiſs.*
*Poſuit.*

Cum ſuæ Patriæ Theologus electus fuerit, lubet hic exſcribere diploma, quod hac de cauſa reperi ſcriptum in actis Dictariæ Cremonæ,

monæ, & in filtia fragmentorum, ut dicitur, nu. 144. exempli ſequentis.

*Decuriones Civitatis Cremonæ.*

*Non alienum ab optimæ Reip. optimo Inſtituto rata eſt Civitas; ut quemadmodum ſæpenumero ſingularium Juriſprudentiæ Virorum nititur conſilio, ita ſi quando eventus poſtularet, haberet, cui in rebus ad Theologicam cognitionem ſpectantibus aquieſcere valeret, ne propria vera deferens arbitratui carperet quandoque oberrandi periculum. Quod certe Civitatis Theologi nomen veluti ſecuturam, & rei magnitudinem, & muneris dignitatem præclarum doctiſſimumque Virum exigit; ſic profecto in alium conferendum neminem arbitrata eſt Civitas, quam in R. Adm. S. T. Mag. P. Angelum Mariam Ciriam, cujus præſtantia, atque naturæ dotes Urbanum VIII. P. M. impulerunt ad eum in ſui Ordinis [Servorum nempe B. V. M.] Generalem Procuratorem, declarandum, atque pronunciandum. Qui ob enimiam virtutem ad Supremæ Vaticanæ Inquiſitionis Conſultorum Cœtum evectus eſt. Quem e Nob. familia natales ducentem dexteritate, ac facundia illius pellecti Decuriones, hiſce miſerandis belli temporibus atque fortunæ ſævitiis ad Reg. Cath. Majeſtatem Oratorem legarunt. Quem denique pro Patriæ beneficio quibuslibet itineris laboribus, atque ſortis deſpectis periculis inſtanter in Hiſpaniam profecturum viderunt. Hunc itaque ſui Theologi dignitate, & nomine exornavit Civitas, ne ſpectatum, atque humaniſſimum Virum ſua laude, ſuave gloria defraudaret. Rationi equidem, & juſtitiæ agnoſcens conſentaneum Civem præfuerre, cujus ſtemmatis nobilitas, morum probitas, eruditio, ceteræque ſummæ Virtutes Concivium ſuorum animos blanda, ac ſuavi quadam vi in amoris, & benevolentiæ vinculum fortiter coegerunt. Igitur per haſce noſtras præſentes, non minus muneris teſtimonium damus, atque concedimus, quam Nob., & M. R. P. S. T. M. exiſtimationis certitudinem. Datum Cremonæ ex Cancellaria ejuſdem Civitatis anno 1646. die 2. menſis Maii.*

Ejuſdem eſt mentio apud *Niccolinum in Hiſt. Theati lib. 2. pag. 211. nec non apud Ughellum in Ital. Sacra, & Oldoinum Tom. 4. Hiſt. Pontif., & Card.*

Angelus Joseph Sala Sacerdos ex Min. Conventualib. S. P. Franciſci, edidit Bononiæ per Impreſſorem Longum anno 1686. in 16.

* *Manoale de' Frati Min. Conventuali, nel quale con molta facilità, e brevità ſi ammaeſtrano i Frati dell' Ordine, e ſpecialmente i Giovani, ed i Novizj di quanto ſi richiede al loro Iſtituto religioſo, ſpirituale, e morale.*

Angelus Maria Salvatorius Ordinis Servorum M. V. Regens, Magiſter, Theologus S. C. R. Sabaudiæ inter Mediolanenſes Faticoſos Academicos, nuncupatus *l' Incognito*, evulgavit.

* *Capricci diverſi, cioè Poesìe, Anagrammi Italiani, e Latini. Mediolani per Ambroſium Ramellatum 1679. in 12. ſub nomine Hieronymi Arata Silvani.*

* *Corone di Pindo donate al Crine de' Criſtiani Eroi. Mediolani typis Fratrum de Camagnis 1686. in fol.*

Inter

Inter alia Muſarum ornamenta ibi leguntur, nonnulla anagrammata (licet in his ſit potius fortunæ ludus, quam ſtudium) profecto mirabilia; nec mirum (me ſæpius eum audiente) ſi Patrem anagrammatum ſe jactare ſolebat. Multaque alia Carmina, & anagrammata ſparſim, typis edita leguntur, & præcipue

* *Eco parlante ne i nomi Reali di Carlo II. d' Auſtria, e Maria Lodovica d' Orleans Monarchi delle Spagne. Mediolani per Ramellatos 1679. in 4.*

Memoratur cum laude a P. Meazza Cler. Regul. Theat. in ſuis extemporaneis miſcell. pag. 521. & vocatur poeticæ artis felicitate eximius, hoc diſticho.

*Cum multis non miror ego, cur cælica pangas,*
*Te novi Angelica tangere plectra manu.*

ANNA de AYMIS Monialis Profeſſa, & aliquando Abbatiſſa in Monaſterio S. Monicæ Cremonæ, ſua opera, & labore, & ſtudio novam editionem curavit libri fere deperditi, cui tit.

* *La regola del Santiſſimo P. Agoſtino, e le ordinationi, e coſtituzioni delle Sorelle del Monaſtero di S. Monica dell' Ordine di S. Agoſtino Oſſervanti. Cremonæ per Bartol. & Hæredes Barucini Zanni 1617. in 4.*

ANONYMI Theologi, & Juriſperiti Cremonenſes, ut ederetur curarunt.

* *Quæſtio de re frumentaria a Theologis, & Juriſperitis definita in Congregatione coram Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Cæſare Speciano Epiſ. Cremon. Cremonæ apud Barucinum Zannum 1600. in 8.*

*Tractata fuit hæc materia præſtantiſſimorum Doctorum auctoritatibus ſumma diligentia in margine contextis.*

ANONYMUS inter Academicos Palemonios Cremonæ, nuncupatus *il Perſeverante*, edidit.

* *Riſpoſta ad alcune oppoſizioni fatte all' Impreſa degli Accademici Palemonj di Cremona. Ibi apud Draconium, & Zannium 1607.*

Reſponſum hoc plane eruditum fuit, dicatum Jacobo Maynoldo Galarato Præſidi Excellentiſſimi Senatus Mediolani in eadem Academia deſcripto. Verum de tali congreſſu penes me nil aliud comperi, præmiſſis quidem, & multis diligentiis.

ANTONIUS AGELLIUS ex Surrento, Urbe inter Neapolim, ac Promontorium Minervæ a Gregorio XIII. S. P. electus Epiſcopus Acernenſis, cum ipſe prior ex Superioribus fuerit in fundatione Domus S. Abundii anno 1579. Septembrio menſe, in qua Cler. Reg. Theatini recepti tum doctrina, tum religione floruerunt, ac florent. Lubet hic eumdem Agellium inter meos reponere citra ejus Patriæ præjuditium, de quo ſcribit P. Silos Hiſt. Cler. Reg. p. 1. lib. 14. pag. 586. inter multa; Familiam duxit Antonius Agellius, qui omnium complexione numerorum, ac regulari cum paucis diſciplina ſpectabilis fore non dubitabant, quin optimo Antiſtite, ſcilicet Nicolao Sfondrato, atque univerſæ Civitatis (ideſt Cremonæ) expectationi reſpon-

Digitized by Google

reſponderet. Erat enim ille vitæ Sanctimonia, ſacrorum ſtudiorum, ac idiomatum Græcæ, Hebraice, & Caldeæ linguæ peritiſſimus; ex ſuis operibus editis numerantur.

*Commentarii in Lamentationes Hieremiæ, cui, & Catena Græcorum Patrum. Romæ apud Bartholomæum Zanettum* 1585.

*Commentarii in Vaticinia Abacuch Prophetæ. Antverpiæ ex Officina Plantiniana* 1597.

*In proverbia Salomonis. Vigiliæ.*

*Commentarii in Pſalmos, & Divini Officii Cantica Paulo S. P. V. dicata. Romæ* 1606. *in fol. deinde Pariſiis* 1611.

*Ejuſdem habentur Cyrilli Alexandrini de adoratione in Spiritu, & Veritate.*

*Contra Neſtorium, ac duarum Epiſtolarum ad ſucceſſum Epiſ., & libri Procli ad Armenos, è Græco in Latinum translati, ac multa alia Opera mſſ. quæ Romæ extare teſtatur,* idem Silos lib. 13. pag. 532. & ſeq. ubi de eodem quamplures laudes Lector habebit.

Et cum hic inciderit ſermo de initio Domus S. Abundii, non poſſum reticere, quin memorem Cremonæ adfuiſſe Divum Cajetanum Thiæneum inclytę adeo Religionis Fundatorem, ut in Vita ejuſdem S. Patris, ſcripta a P. D. Jacobo Dentice C. R. Neapol. typis Neapol. 1655. lib. 2. cap. 4. §. 4. fol. 140. item in relat. Sacr. Rotæ S. P. Urbano VIII. pro ejus Beatificat. confirmat. in Congreg. Sacr. Rit. pag. 7. in Compendio &c. Multum etiam in ejus fundatione profuiſſe S. Andræam Avellinum, dum Cremonam ipſe diverterat munere Viſitatoris fungens, & apud S. Carolum Borromeum, & Nicolaum Sfondratum Epiſc. Cremonæ; ut ex Vita Divi Andreæ, ſcripta a P. Innocenzo Raphaele Savonarola §. 22. pag. 72. apprime legitur, cujus digni Auctoris nomen lubentiſſime recolo.

Antonius Crottus poſt Theſes Philoſophicas anno 1686. propugnatas apud PP. Soc. Jeſu, Legali Laurea redimitus in Ticinenſi Univerſitate, Juriſconſultorum de Collegio in Patria addictus, ſingulari eruditione, libriſque etiam ad humaniores literas attinentibus bene munitus, ac percelebris juriſprudentia Advocatus emicuit; Extant ex ſuis allegationibus in jure, etiam in lucem editis.

*Volumina plura.*

Adhuc eflorescente ætate vivere deſiit 19. Aprilis 1725. ejuſdem memini in noſtris Epigram. lib. 1. n. 62.

*Incitat ad Leges dulcis facundia Crotti,*
*Exemplo ad Leges, ſed magis ille trahit.*

Antonius Melius inter Cler. Reg. Theat. Vir profecto illuſtris cum genere, tum pietate, & doctrina, profeſſus in Patria die 23. Novembris 1636., principes ſuæ Congregationis gradus jure quidem, ac merito occupavit; Bononiæ ut plurimum verſatus eſt in Ædibus

Divi

Divi Bartholomæi, ſuis præcipue animi præclaris dotibus in maxima exiſtimatione emicuit apud illius doctiſſimæ, & inclytæ Urbis Legatos Eminentiſſimos, ac utriuſque ſexus Nobiles. Dum Viſitatoris munere fungebatur in Patria, maligna febri interceptus die 14. Octobris 1679. pie mortuus eſt; & ibi ſepultus in communi Cler. Reg. ſepulcro ſub Sacellum B. V. Lauretanæ dicatum. Ex ſuis Operibus Bononiæ editis legitur.

*Raccoglimento dell' Anima nel ritiro degli Eſercizj Spirituali.*

Id nobis indicavit P. D. Ant. M. de Raymundis in regeſtis Cler. Reg. illuſtr. Cremon., de quo pluries erit ſermo.

Antonius Menna ex Ordine Capuccinorum, ad Carthuſianam Congregationem tranſlatus, emiſit in lucem Gallico idiomate.

*Exemplar Chriſtianæ perfectionis: Pariſiis 1606. apud Nicolaum Boum in 4.*

Opus eſt tripartitum. Prima pars agit de Charitate; Secunda de diſpoſitione ad eam obtinendam; Tertia de effectibus. Anno 1608. agebat adhuc in vivis, degens Rutilanæ, quæ eſt Lotharingiæ ſuæ Filiationis Domus.

Ex Theatro Chronologico Sacr. Carthuſienſis Ordinis P. Caroli Joſephi Morutii Abbatis Ord. Reform. S. Bernardi part. 4. n. 192.

De Menna etiam Theodorus Petrejus in Bibl. Carthuſiana.

Antonius Pavesius J. C. Collegiatus ex ejus penu extant.

* *Aſſertiones Philoſophicæ pro Philoſophia Laurea propugnatæ in Coll. Crem. S. J. prodiere Cremonæ apud Jo: Petrum de Zannis 1637. in 4.*

Permultas ſcripſit Allegationes in Jure, quæ in foro circumferuntur.

Antonius Remuscus J. U. D. & in legibus enucleandis admodum ſubtilis, Collegii Ancharani Bononienſis Alumnus, ac ſemel Rector, ex Academicis Inunitis in Patria, Præpoſitus Eccleſiæ S. Galli poeſis Italicæ amantiſſimus. Ex ejus carminibus editis habemus.

* *Il Genio deluſo. Oratorio per S. Omobuono Cremoneſe, e Protettore nel tempo Contagioſo &c. cantato nella Ceſarea Cappella dell' Auguſtiſſima Imperatrice Eleonora &c. Viennæ Auſtriæ per Petrum Paulum Vivianum 1680. in 4.*

Scripſit in jure multas allegationes, penes me exiſtentes pluribus refertas eruditionibus, præter ſimplicem normam legalem aliquorum.

Antonius Riparius, natus in Vico Caſalis Morani Agri Cremonenſis, Soc. J. Miſſionarius in Provincia Paraguaria, vulgo Paraguai, ab Idololatris in Ciaco commorantibus pluribus tormentis affectus, & demum in odium Chriſtianæ Fidei capite obtruncatus. Scripſit ut habetur ex ejus epiſtola exarata P. Dionyſio Sicuro ejuſdem Soc. e Corduba del Tucuman die 8. Aprilis 1637.

*Relazione inviata a Milano al Padre Marco Antonio Quinziano della Compagnia di Gesù dello ſtato temporale, e ſpirituale della Provincia del Paraguai, con una mappa, nella quale ha poſto quanto ſi può deſiderare di ſapere d' eſſa.*

De

Digitized by Google

De eo, ejuſque glorioſo Martyrio P. Franciſcus Lucretius a Zurbano in annuis relationibus ejuſdem Provinciæ, Didacus de Borroſa, P. Euſebius Nierembergh, & P. Philippus Allegambe in Bibliotheca Patrum Societatis, ubi Riparium recenſet in numero Martyrum.

Videat Lector, quæ & nos ſcripſimus, ubi de Joſepho Tornetto.

Antonius Rovida Cler. Reg. Congr. S. Pauli Barnabita Theologus, & Orator ſcripſit.

*Orationes quam plures panegyricos tum italico, quam latino idiomate, vivebat anno 1641. ut ex Breſſiano in Vir. Ravu.*

Antonius Cajetanus Paveſius in ſæculo Julius, natus die 12. Januarii 1664. Genitore Antonio J. C. Colleg. Comite, & Equ. de quo paulò ante, Cler. Reg. Theatinus ſacris indutus veſtibus in Ædibus Divi Antonii Abbatis Mediolani, ubi tyrocinio expleto vota profeſſionis emiſit die 15. Aprilis 1680. Bononiæ, Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudiis incubuit, exinde ſacris concionibus deditus anno 1691., eas habuit Genuæ integro Quadrageſimali in Eccleſia S. Syri, ex improviſo juſſus a P. Præpoſito tunc temporis, attenta malavaletudine Oratoris ad ambonem illius Eccleſiæ præelecti, non abſque Auditorum maximo interventu, & admiratione. Abſtinentiis, jejuniis, & corporis proprii maceratione præclarus, martyrio cupidus Ulisiponam profectus prima die quadrageſimæ anno 1694. & exinde navim conſcenſus in Oceano orientali Goam verſus cum P. Antonello Cler. Reg. Theat. Ferrarienſi, pietatis laboribus erga Viatores infirmos conſumptus, in eadem naui die 10. Junii ejuſdem anni piiſſime animam Deo reddidit, ætatis ſuæ anno trigeſimo primo.

Ex ejus Doctrina extant mſſ.

*Lezioni ſopra il libro di Tobia.*

*Lezioni ſopra le frodi, che tiene il Nimico del Genere umano, per ingannare, e l'arte per iſcoprirle, e deludere.*

*Quareſimale.*

*Panegirici alle glorie de' Santi.*

*Delizioſo ritiro, in cui l'Anima appartata dagl' imbarazzi del mondo, s'impiega negli Eſercizj Spirituali, per darſi totalmente a Dio.* Opus dicatum Beatiſſimæ Virgini Mariæ, quod prælo tradere meditabatur.

*Relazione di tutto il ſuo viaggio da Genova a Lisbona*, hæc fuit directa Himerico Paveſio J. C. Colleg. Com., & Equ. Fratri ſuo, dum pro Patria eſſet Orator Mediolani.

Alia plura de eo ſcribit P. D. Ant. M. de Raymundis in ſuis regeſtis, e quibus hæc hauſimus.

Antonius Maria Macchius ex perſpicuis Alumnis Oratorii S. Philippi Nerii in celeberrima Urbe Brixiæ, præter alia eruditiſſima ſtudia, quibus incumbit eleganti ſtylo, carminibus italicis ſoluto metro compoſuit Tragedium, cui tit. *Zenobia Regina de Palmireni*, vere numeris omnibus abſolutam, ut vidimus; parcat Auctor ſi ejus modeſtiam

Digitized by Google

deſtiam offendimus, dum haſce paginas ſuo nomine illuſtramus.

ANTONIUS MARIA ex Marchionibus PALLAVICINIS alterius Antonii Mariæ ex Patriæ Decurionibus F. adhuc adoleſcens Romam miſſus, & ibi omni doctrinarum genere excultus, ac Eccleſiaſticæ Diſciplinæ imperiſe deditus, anno 1724. die Dominico primo Octobris a Sum. Pontif. Benedicto XIII. Neopacti, vulgo Lepanto, Archiepiſcopus promulgatur, ac Pontificio Solio Aſſiſtens; jam emicabat Signaturæ Gratiæ Decanus, Vic. S. Lateran. Baſilicæ, & a Secretis Sacræ Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ, S. Congr. Inquiſitionis Conſultor. Anno vero 1738. a S. P. Clemente XII. Commendatarius Sancti Spiritus in Saxia renunciatur. De hoc noſtro Nobiliſſimo Cive, ob ejus inſignia merita, & ſingularem moderatiſſimi animi virtutem plura, atque plura ſperamus, & ex corde attendimus.

ANTONIUS MARIA de RAYMUNDIS Cler. Reg. Theatinus, & aliquando Præpoſitus in Ædibus S. Abundii Cremonæ, ſelectam morum probitatem, & ſcientiæ rationem conjunctam habuit, poeticis etiam ſtudiis delectatus in ſua juventute, Auctorem, etiam licet immeritum pluries laudavit. Pii, & docti Concionatoris nomen tum Patriæ, tum aliis in Urbibus indeptus eſt; Multa compoſuit, & adhuc ſcribit. Ex editis habemus.

* *Modo divoto per fare il Triduo, e per implorare il Padrocinio di S. Andrea Avellino Cher. Regol. Protettore contro gli Accidenti Apoplettici &c.* Cremonæ typis Petri Ricchini 1724. in 16.

*Regiſtro di notizie de' PP. più coſpicui Cher. Regol. Teatini Cremoneſi*, cujus copiam fecit Auctori, ab eodem ultra menſuram prædilecto.

Vivit, & vivat in Ævum Joannes Baptiſta Ant. Mariæ Frater in Cremonenſi Collegio Soc. Jeſu facundiſſimus celeberrimis in Italiæ ambonibus Orator, ac ſæpeſæpius in Patria; mei obſequii in teſſeram ibi nomen ejus recenſere mihi debitum fuit.

ARCADES PASTORES Coloniæ Cremonenſis in Patria erectæ anno 1721. ex placito Generalis Congregationis Arcadum Romæ, delato Auctori nomine Viceculſtodis, ut ex diplomate; hucuſque publici juris fecerunt.

* *Proſa, Corona, e Rime all' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignore Aleſſandro Litta Veſcovo di Cremona &c. Ibi 1722. in 4. typis Petri Ricchini*: hæc edita fuere occaſione, qua Illuſtriſſimus D. Epiſcopus ejus Epiſcopium, & Viridarium ſponte exhibuit pro Paſtorum congreſſibus exercendis.

* *Rime in applauſo del Sig. Abate Giuſeppe Parravicino Cremoneſe P. A. Predicatore nella Cattedrale di Cremona l' anno 1725. eodem Impreſſore in 4.*

* *Applauſi della Colonia Cremoneſe &c. per la Solenne Funzione del Sinodo pubblicato nell' anno 1727. da Monſig. Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Aleſſandro Litta Veſcovo di Cremona &c.* Ibi per eumdem Typographum in 4. in fine harum trium collectanearum habentur nomina



Digitized by Google

mina, cognomina Paſtorum Arcadum, & quomodo nuncupentur, Fundatores ſic diſtinguuntur ex *F.*, Aggregati vero *Ag.*

In prima habetur Oratio Jo: Pauli de Nigris, dicti Laniſci Uranienſis ex F.

Carmina vero, ut in ea adnotantur; Auctoris hujus Operis, Euphemi Bathii Vicecuſtodis ex F.

Jo: Baptiſtæ Monti Præpoſiti S. Helenæ Adv. Fiſc. Epiſcopalis Curiæ, Acanti Nicocles ex F.

Joſephi Lud. Zaiſt S. T. D., Chriſartis Hiperthilatej ex F.

Homoboni Xaverii Ariſii J. C., Nomaſti Priſchei ex F.

P. Thomæ Auguſtini Ricchini S. T. M. Ord. Præd., Geſaltis Scandei ex F.

Franciſci Laurentii Crotti, Micaltis Trinaſiani ex F.

Caroli Calvi, Croniſti Afrodiſiadei ex F. a Secretis.

Pauli Ant. Agelli S. T. M. ex Ord. Min. Conventualium, Sidelii ex Ag. Inquiſitoris in Urbe Utini, modo Patavii.

Joannis Sonſis Med., & Philoſ. Doctoris, Gortini Plataniſtonzii ex F.

Franciſci Mariæ Breſſiani Carenæ J. C., Onami Glippiani ex F.

Joſephi Carnevalini J. C., Terſii Philolai ex F.

Joſephi Parravicini Abbatis, Abaridis Cinadei ex F.

Ignatii Tadiſii Congr. Somaſch. S. Offitii Conſultoris, Triphili Codinei ex F.

Pauli Azonis, Zelindi ex Ag.

In ſecunda parte, recenſentur præter nominatos.

Andræas Dionyſius Sancaſſanus, Scandianenſis Philoſ., & Med. Doctor, Olpius Acheruntinus ex F.

Franciſcus Sonſis, Tergenus ex Ag.

In tertia præter nominatos adſunt.

Auguſtinus Maria Sonſis Cler. Reg. Somaſch. Reth. Lector, Egaldus ex Ag.

Nicola Camia S. T. Lector Auguſtinianus, Ipranius ex Ag.

Franciſcus Maria Manaria Cler. Reg. Som. S. T. Lector, Ireſtides ex Ag.

Julius Alemanus, Italpides ex Ag.

Jo: Nicolaus Buſius Abbas J. C. Archipresbyter Collegiatæ Oppidi Caſalis Majoris, Stenontes Urcianus ex Ag.

Alii aggregati ſubduntur cum eorum denominatione.

Horatius de Maximis de Roma J. C. Colleg. Comes, & Eques, Maximius Romildus.

Paulus Valcarengus Philoſ., ac Medicinæ Profeſſor, Raſtides.

P. D. Joſeph Maggius Cler. Reg. Theatinus, Floridaurus.

Guilelmus Porta S. T. D. Præpoſitus Eccleſiæ Majoris Oppidi Caſtri Leonis, Pratelius.

Joſeph

Digitized by Google

Joſeph Maria Ubicetus Canonicus Mitratæ, ac Inſignis Collegiatæ S. Homoboni Cremonæ, Corribeus.

Bernardinus Verdellus J. C., Agerindus.

Jo: Baptiſta Coſta Vice Secret. Coloniæ &c. Mappeus.

Joannes de Cadonicis Venetus, Nivagius Nancidicus.

ARCHANGELUS LAMUS ex Sacra Prædicatorum Familia, edidit anno 1611. Cremonæ typis Antonii Belpierii quoddam opuſculum, quod inſcripſit italice.

*Ragionamento affettuoſo dell' Anima Criſtiana al ſuo Celeſte Spoſo Gesù Criſto.*

Hic in fine reperitur liber, cui titulus. *Trattato ſpirituale di Gio: Giuſto Lanſpergi dell' Ordine de' Monaci Certoſini*, editus a prædicto Belpierio Bibliopola. Cremonæ in 4. & dicatus eidem Lamo cum Epiſtola nuncupatoria, in qua ſummopere laudatur Lamus.

Ejuſdem fit mentio in Lycæo Herculis Lau. Legati. Laudatur ab Ant. Maria Spelta in additis ad Hiſtoriam Papienſem pag. 162. dum P. Archangelus eſſet Vicarius Generalis Sanctæ Inquiſitionis Papiæ.

Nonnulla ejuſdem Lami carmina italica leguntur in libro, cui titulus. *Rime Spirituali d' Aleſſandro Lami del Dottor Federico*; de quo egimus ſupra.

ARCHANGELUS MENDOZZA de Monticellis Sacri Ordinis Præd. Theologus eximius, Patriæ Conventus Prior anno 1626. reliquit in Bibliotheca ejuſdem hoc opus mſſ. ſic inſcriptum.

*De Perfectionibus Sacræ Doctrinæ, & Divinæ Eſſentiæ cum S. Thoma Aquinate. Labor utilis F. Archangeli Mendozzæ de Monticellis Cremonen. Adm. Rev. P. S. T. Mag. Fr. Joanni Baptiſtæ Boſello dicatus.*

ARCHANGELUS RUBEUS ex Can. Lateranenſium Familia ſublimioribus Doctrinæ ſtudiis claruit, Theologus, & Poeta præclariſſimus a Paulo V. S. P. anno 1613. Caleni, vulgo Carinola prope Sueſſam Epiſcopus electus eſt. Anno 1609. perſpicuum ediderat Opus, quod reimprimi curavit Celſus Roſinus Vir celeberrimus ejuſdem Familiæ, anno 1622. hoc tit. in fol.

* *Doctoris diſtinctionum præclariſſimi Archangeli Rubei Cremonenſis Can. Reg. Lat. Caleni deinde Ep. In quatuor lib. ſententiarum ſubtiliſſimæ diſtinctiones, una cum ſuis fundamentis, quibus univerſę Magiſtri materię breviter, ſed exacte ſolvuntur, ac elucidantur. Opus Cathedris in primis, & pulpita aſcendentibus maxime perutile, valdeque neceſſarium &c. Venetiis apud Joannem Guerilium.*

Ejus italicæ Poeſis ſpecimen exhibetur.

* *Corona in lode del Molto Mag. e R. P. D. Matteo Brunani Cremoneſe Abate di S. Pietro di Cremona, Viſitatore &c., e Predicatore famoſiſſimo. Regii Lepidi, apud Herculianum Bartolum* 1585.

Tanti Viri extat memoria apud Pennottum in Hiſt. ſuæ Congr.

 apud

Digitized by Google

apud Breſſianum in Roſis, & Violis &c., & late apud memoratum Roſinum in Licæo Lat. Tom. 1.

Augstinus Cipellus humaniorum literarum amantiſſimus, ex Majoribus Julii Cæſaris S. T. D. Præpoſiti Bordulani ſcripſit.

*La Vita della B. Toſcana*, ut teſtatur Breſſianus in Vir. Ravu. Vivebat anno 1649.

Augustinus Premolus ex Oppido Regio Cotonei, agri Laudenſis, Cler. Reg. Theatinus, pietate illuſtris, & Alumnus religioſæ Domus S. Abundii Cremonæ, ubi diutiſſime vixit, & obiit anno 1680. die 9. Martii ætat. annorum 56. Inter, igitur, Scriptores Cremonenſes eum repono, ut morem geram eximio Viro D. Antonio Mariæ de Raymundis Cler. Reg. non ſemel dictæ Domus Præpoſito, qui mihi dono dedit traductionem a P. Premolo factam è lingua Gallica, Auctore P. Henrico Boudon Cler. Reg. Theat. Pariſienſi Theologo, libri, cui tit. Italice.

* *L' Amore di Gesù nel Santiſſimo Sacramento dell' Altare*; Cui ipſe addidit de proprio ſecundam partem, ideſt: *Riſvegliarino Spirituale, accomodato per l' ore dell' Adorazione perpetua di eſſo Venerabile Sacramento per i Confratelli di eſſa. Venetiis* 1679. *per Joannem Jac. Hertz in* 12.

Idem P. A. M. de Raymundis late de hoc Viro ſcribit in ſuis regeſtis, & peculiariter ipſum profectum fuiſſe in Galliam ad erectionem Domus Theatinæ, S. Annæ nuncupatæ, Lutetiæ Pariſiorum, ſub auſpiciis Julii Mazzarini S. R. E. Cardinalis, vere Eminentiſſimi.

Memoratur P. Auguſtinus in libro, cui tit. *Relazione della Virtuoſa Vita, e Santa Morte del P. D. Raffaello Savonarola de' Cher. Reg. Teat.* excuſa Paduæ anno 1739. pag. 116.

Augustinus Romanus de Floribus Monachus Camaldulenſis Abbas, & Procurator Generalis ſui Ordinis ex Arcadum Romæ Academia, Fraſſinius Proteus, Theologus clari nominis, ac Sacræ Congregationis Indicis Conſultor; dum Romæ eſſet, ut ſuis literis diei 8. Febr. 1721. Auctori datis, ex ſuis libris leguntur.

* *Eccleſia in Triplici ſtatu, Legis naturalis, Legis veteris, & Legis novę. Romę apud Joannem Jacobum Komarek anno* 1699. *in fol. magno. Dicatus liber eſt Innocentio XII. S. P.*

* *Hymnus de Deo Auctore omnis Gratię &c. ſolis ſcripturę ſacris dictis, & ſententię compoſitus. Faventię* 1706. *typis Joſephi de Marantis in* 4. *Hic liber Romę recuſus eſt anno* 1713. *cum hoc titulo.*

* *Laus Dei ex univerſa Scriptura ſacra deprompta. Dicatur Eminentiſſimo Card. Ludovico Belluga Moncada.*

* *Vita del B. Giacomo Filippo Bertoni dell' Ordine de' Servi. Faventię per Impreſſores Areos* 1713. *in* 4. *cujus eſt mentio in Diario Literatorum Italię Tom. XIX. pag.* 403.

* *Vita del B. Michele Eremita Camaldoleſe Iſtitutore della Corona del Signore.*

*gnore. Romæ ex Typographia Vaticana* 1720. *in* 8.

*Vita del B. Ridolfo Panfilii, Fondatore della Congregazione della Colomba. Romæ per Antonium Roſſi.*

*Compendio della Vita di S. Omobono Cremoneſe. Romæ per eumdem Impreſſorem. Liber editus ſub nomine Joannis de Floribus.*

*Luce dell' Anima rifleſſa in due trattati.* Traductio ab Hiſpano ad idioma Italicum, abſque Auctoris nomine, ſed tantum Monaci Camaldulenſis. Romæ per Hieronymum Mainardum 1724.

* *Epiſtola Philippi V. Hiſpaniarum Regis, cum Monarchia primo ſe abdicavit de Hiſpano idiomate in Latinum verſa. Romæ per Jo: Mariam Salvioni* 1724. *in* 4.

* *Manuale Criſtiano. Opera compoſta in lingua Caſtigliana dal P. F. Aleſſandro della Madre di Dio Trinitario Scalzo, tradotta in favella Italiana. Romæ per Antonium Roſſi* 1727. *in* 12.

*Vita del B. Paolo Giuſtiniani, Fondatore della Congregazione de' PP. Eremiti di S. Romualdo di Monte Corona. Romæ per Ant. Roſſi* 1724., *reimprimitur hic liber ab eodem Typographo anno* 1728. *eique additur tertius liber Vitæ ejuſdem Beati in* 4. *Id opus memoratur in libro, cui tit.*

*Novelle della Rep. delle Lettere ſub die* 4. *Junii* 1729. *typis Venetis Albritii pag.* 181.

Abbas noſter de Floribus diuturna ægritudine preſſus ad Superos migravit die 8. Februarii 1738. Faventiæ in Monaſterio S. Joannis, & ibi ſepultus.

AURELIUS FERRACCIUS ex Minorum Conventualium S. P. Franciſci Sacræ Theologiæ Magiſter, Guardianus (ut ajunt) Tridentini Cœnobii, Synodalis examinator, ac Theologus Cardinalis Herneſti Adalberti de Harrach Epiſcopi, & Principis Tridenti; ibi edidit anno 1666. in 4.

* *Il Sacro Gerione. Divoto Panegirico detto nella Chieſa Catthedrale nel giorno del primo ingreſſo dell' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Cardinale Erneſto Adalberto Conte d' Harrach, Arciveſcovo di Praga &c. nel ſuo Veſcovato, e Principato di Trento, aggiuntovi il pomposo incontro, fatto all' Eminenza Sua da queſta Città.*

Hac occaſione optimum duco referre nomen Julii Arrigoni ejuſdem Ordinis, quod ommiſſum fuit in ſecundo tomo Cremonæ Literatæ.

Hic enim Orationem, quæ titulum præfert, vulgavit.

*Excellentiſſimo, & Sereniſſimo Federico Cæſio Duci Aquiſpartano totius Familiæ Seraphicæ Mæcenati Ampliſſimo hanc gratiarum actionem in Comitiis generalibus Aſſiſii celebratis habitam, F. Julius Arrigonus Cremonenſis Ord. Min. Conv. gratitudinis, & Obſervantiæ totius in eum Religiònis ergo nuncupat, perpetuoque dicat. Cremonæ apud Baruccinum de Giovannis* 1594. *in* 4. Laudatur a P. Coronello in Bibl. Univerſali Tom. IV. lit. A pag. 694. qui facit eum Auctorem.



Digitized by Google

*Vitæ Sororis Diomiræ Bimiæ Tertiariæ Aſſiſtatis magnæ ſervæ Dei.*

Aurelius Novarinus ex Min. Conv. S. P. Franciſci Theologus eximius, in Sacris literis verſatiſſimus, & Orator peregregius, Romæ vixit tempore Sixti V. S. P. cui ſane erat prędilectus, multos pro S. Eccleſia exantlatos labores a Gregorio XIV. S. P. antea Nicolao Sfondrato Ep. Crem. ad Archiepiſcopatum Epidauri Dalmatiæ ad Illiricum Mare, ſive Raguſiæ, anno 1591. evectus, ubi annos viginti optime ſedit, immortuus anno 1611. & ibi ſepultus in Cathedrali.

Floruit Aurelius ex doctiſſimis diſcipulis Pauli Faerni Cremonenſis, ejuſdem Franciſcanæ familiæ, excellentis, ac præclari ingenii, ex teſtimonio Franciſci Zavæ in ſuo Tomo II. Epiſt. famil. in Epiſt. ad eumdem Paulum 5. Kal. Septembris 1575., ubi Novarinum, ſic ſcribendo commemorat. *Quot Novarinos, quot alios non diſſimiles ex hoc ſuo Seminario prodiere videt Civitas noſtra, & exteri cognoſcunt.*

Ego itidem in Tom. II. Cremon. Liter., ubi de Paulo Faerno verba feci ad annum 1575. ſic. *Diſcipulum inter cæteros doctiſſimum habuit* Aurelium Novarinum Archiepiſcopum &c.

Idem Zava in carmin.; cui tit. *Rerum illuſtrium Tom. II. Cremonę edito* 1585. habet elegiam ita inſcriptam. *Pauli Faerni S. T. Profeſſoris doctiſſimi Parentalia, in qua inter cętera.*

*Cum ſtetit ad fores doctrina Aurelius ingens,*
*Nobile Cognomen, qui Novarinus habet.*
*Hic quoque Paule tuum ſeſe profitetur alumnum,*
*Dexter, honoratus, dignus ubique coli.*

Laudatur ab Alexandro Lamo in ſuis carminibus italice expoſitis pag. 75. Eum Divo Paulo Apoſt. in Concionibus comparando, ubi *a Monſignor Novarino, prima, che foſſe Arciveſcovo di Raguſa &c.*

Barbara Francisca Com. Ludovici Schitii F. inde Marchioniſſa Magia elegantiſſime, ac nulla penitus omiſſa diligentia e lingua Gallica traduxit & vulgavit Parmæ per Joſephum Roſſettum anno 1704.

* *Faſcio di Fiori politici, ed iſtorici raccolti da migliori Autori, e di varie iſtorie accreſciuto.*

Ego igitur eamdem, & librum meis carminibus italicis commendavi, ſed nunquam ſatis, ut in initio laudati libri, nec non in meis Epigrammatibus lib. 2. n. 51.

*Hiſtoricos Flores, Gallus, quos edidit Auctor,*
*Exornas noſtris clara Virago notis.*
*Floribus hinc Flores addis, ſpargiſque per Orbem*
*Nomine, & ingenio Lilia mixta Roſis.*

Barnabas Porta Presbyter Sæcularis ſuum nomen poſteris commendavit libello italice inſcripto.

*Ceremo-*

Digitized by Google

*Ceremonie Monacali per l' ingreſſo della Monaca nel Monaſtero &c.*

Extant, & elegantia ipſius Epigrammata latina ad Angelos Cuſtodes Urbium, ad Decuriones Urbium, ad Jo: Petrum Alam celebrem J. C., in cujus Opere de Chriſtiano, & Politico Decurione, quæ leguntur excuſa Cremonæ apud Belpierium 1613.

Laur. Legatus in Lycæo Herculis eum memorat.

Barezzius de Barezzis typographus Venetus, patria vero Cremonenſis, ut ſe talem in ſuis Operibus editis inſcribit, inter quæ Hiſpanica in Italicam linguam traduxit:

* *Vita del Picaro Guſmano d' Alfarace Oſſervatore della vita umana, deſcritta da Matteo Alemano di Siviglia, e tradotta da Barezzo Barezzi Cremoneſe &c. Scuola univerſale di fina Politica. Venetiis 1622. in 8.*

* *Il Picariglio Caſtigliano, cioè la Vita di Lazariglio di Tormes nell' Accademia Picareſca. Lo Ingegnoſo sfortunato nella quale &c. Ammaeſtramenti ſaggi, Avvertimenti mirabili, Capricci curioſi, Facezie ſingolari, Sentenze gravi, Fatti egregi, Detti piacevoli, e Proverbj ſentenzioſi &c. ſecunda impreſſione ibidem anno 1622., & 1635. in 8.*

* *Della Vita della Picara Giuſtina Diez Volume ſecondo, intitolato la Dama vagante &c. Lezione veramente grave, curioſa, piccante, lieta, ed utile, compoſta in lingua Spagnuola dal Licenziato Franceſco Ubeda di Toledo, ed ora traſportato nella favella Italiana da Barezzo Barezzi Cremoneſe Veneziano. Ibidem 1629. in 8.*

*Il Propinomio iſtorico, geografico, e poetico. Excudit ipſe Venet. 1643. in 4. ubi diſpoſuit ex hiſtoricis, geographicis, & Poeſis claſſicis, alphabetico ordine nomina quæque propria, aliqua de cauſa memorabilia, item.*

*Specchio della Scienza politica, & edidit Venetiis 1623. in 4. liber ex variis Auctoribus ab eo concinnatus.*

* *Delle Croniche dell' Ordine de' Frati Min. iſtituito dal Serafico P. S. Franceſco, parte quarta. Venetiis 1608. in 4. dal medeſimo Barezzo Barezzi. Raccolta con ogni fedeltà, e diligenza da varj, ed approvati Scrittori nella lingua Italiana traſportati. Venetiis 1608. in 4.*

*Il Teſoro Ciceroniano di Mario Nipolio, accreſciuto delle voci Italiane, Franzeſi, e Spagnuole, ab eodem Baretio.*

*Traduzione del Flos Sanctorum in Italiano di Alfonſo Vigliega, & ſcilicet Volumen ſecundum tertiæ partis ejuſdem Floſſanctorum, & alia plura.*

Multa pariter Typis addidit Franciſcus Barezzius Filius, & præſertim Magnum Fr. Ambroſii Calepini Dictionarium Septem Linguarum cum elegantiſſimis Additionibus. Venetiis 1644.

Bartholomæus Argottus Carmelita, Cœnobii S. Bartholomæi Cremonæ Alumnus, qui vitæ regularis obſervantia illuſtris extitit, ac S. T. doctiſſimus in declamandis ad populum Concionibus ſui temporis facile primus, Cardinalis Farneſii Theologus; cum in majori Peruſiæ Templo Quadrageſimales haberet ſermones, piiſſime ad cœleſtia evolavit anno 1615. ibi in ſui Ordinis Eccleſia humatus.

tus. Penes me ſervatur typis Draconii, & Zannii Cremonæ anno 1601. ejuſdem Argotti.

* *Oratio in funere Hippolyti Zurlæ a Crema totius Auguſtinianæ Congregationis Obſervantiæ Lombardiæ Progeneralis ampliſſimi, habita Cremonæ in auguſtiſſimo Divi Auguſtini Templo XI. Kal. Junii MDCI.*

Ejuſdem P. Argotti fit honorifica mentio in Necrologio prædicti Cœnobii Cremonenſis.

Bartholomæus Aribertus Jo: Baptiſtæ, & Claudiæ Burghæ F. Liber. Bar. Malgrati, ac S. R. I. Marchio, natus die 23. Januarii 1589., emenſis Philoſophiæ, & ameniorum literarum ſtudiis, ſub optimo Præceptore in Patria, Romæ deinde, ac Bononiæ nonnullos Adoleſcentiæ annos ut in equeſtribus diſciplinis emineret, non abſque magno, ut Eum decebat, diſpendio alacriter, & decoroſe tranſegit. Habemus ex illius Vitæ Scriptore, & anno 1649. prælo vulgatæ, Muſarum amicitiam inter pacis otia excoluiſſe, ac nempe ex ſuo penu prodiiſſe ut pag. 24.

*Capitoli in terza rima ſopra li Salmi di Davide, e Canzoni così ſacre, come profane &c.*

Aſtronomiæ cognitione peritiſſimus, ſub diſciplina Joannis Magini, ut pag. 64.

Græca, Latina, Hiſpana, & Gallica lingua callentiſſimus, ut pag. 118.

In pagina vero antecedenti legitur, ut verbis utar enunciati Scriptoris *eſſere Egli ſtato affabile, mite, e corteſe, moderato ne ſuoi diſcorſi, abbondante di ripieghi, facile, e chiaro nell' eſprimere i ſuoi concetti sì in voce, come in carte, buon Filoſofo, Legiſta, e Criminaliſta aſſai più in pratica, che in teorica, iſtrutto nelle ſtorie ſacre, e profane &c.* Qui plura cupit, legat ejus Vitam, quamvis rara ejuſdem exemplaria reperiantur. Anno 1649. die nona Junii denatus eſt in Palatio Malgrati, ætatis annorum LXII. dum illic, ut quiete Deo viveret ſe receperat, ac ſepulcrum pro ſe, & Succeſſoribus in majori Eccleſia paraverat, in quo funebri pompa tumulatus extat, ubi ſequens Epitaphium.

*Barptolomæo Ariberto*<br>
*Libero Baroni Malgrati, ac S. R. I.*<br>
*Marchioni*<br>
*Cujus animi excellens*<br>
*In omni fortuna præſtantia*<br>
*Priſcæ Familiæ dignitatem ita adauxit,*<br>
*Ut prægrandi Majorum expectationi*<br>
*abunde ſatisfecerit,*<br>
*generoſa poſterorum ingenia*<br>
*illuſtri exemplo exacuerit.*

*Parenti*

*Parenti indulgentiſſimo*
*ac ſupraquam dici poteſt deſideratiſſimo*
*Pietatis, dolorisque ſui teſtem ſempiternum*
*Jacobus Franciſcus V. S. R.*
*Et A. C. Clericus*
*Monumentum Poſuit MDCIL.*

Super Janua Majori Caſtri Malgrati alia inſcriptio ſic legitur

*Bartolomæus Aribertus*
*Marchio Avitæ Dynaſtiæ*
*Imperiali adjuncta ditione*
*Anno Domini MDCXLI.*

Bartholomæus Aribertus S. R. I. Liber. Bar. Marchionis Jo: Baptiſtæ F., & ſupra memorati Bartholomæi Nepos, qui licet militaribus titulis inſignitus L. T. Mareſchalli Cæſarei exornetur, cum eſſet Virtutibus, ac Scientiis præſtans, & ævo noſtro ſingularis, eſſe nimirum poteſt noſtræ Crem. Literatæ ornamentum, & decus.

Abbas Joſeph Malateſta Garuffus in ſuo libro, inſcripto. *L'Italia Accademica*. Arimini excuſſ 1688. ubi de Inunitorum Cremonæ Academia, ſic fatur.

*Marcheſe Bartolomeo Ariberti degno Nipote di Giacopo Franceſco Governatore di Roma, il quale và accreſcendo alla Nobiltà del Caſato, il bel pregio della Virtù, con dare contraſegno di non ordinaria facilità nelle Poesie Toſcane.*

Comes Auguſtinus Fontana in VI. Parte ſuę Bibliothecæ legalis liter. A. ſcribit.

*Aribertus Marchio Bartholomæus Cremonenſis Collegii Nobilium Parmenſis Convictor, & inter Selectorum Academia, Cupidus, varias Theſes Legales ex nonnullis Digeſtis, Codicibus, & Decretalium titulis deſumptus publice diſputandas propoſuit, ſub fauſtiſſimis auſpiciis Sereniſſimi Principis Odovardi Farneſii, in 4. Parmæ 1684., easque omnes ſubſtinuit communi omnium plauſu.*

In ipſamet Selectorum Academia, Cupidus, nuncupatus ſemel Principem locum obtinuit.

Permulta Carmina Italice, & Latine compoſuit, eaque in Academia Inunitorum recitabat, & ſæpius cum ſuis mea laudabat, verum longe majus, quam mea exigeret imbecillitas; plura & ego in ejus laudem digne quidem merito prælo tradidi, præcipue vero in Tom. II. meorum Carminum, cui tit. Poeſie liriche, item in mea de Prætoribus Cremonæ Hiſt., & nuperrime in Vita V. Hieronymi Balladori cap. 4. Mediolani deceſſit apoplectico ictu correptus die

9. Febr.

Digitized by Google

9. Febr. 1724., tranſlato Cadavere Cremonam in ſua Eccleſia S. Philippi ſolemniter humatus.

Bartholomæus Monferinus Tertii Ord. S. Franciſci Theologus, & Concionator reliquit poſt ſe mſſ.

*Quareſimale*. Vivebat anno 1649. ut ex Breſſano, multoties citato.

Bartholomæus Platina a Vico Platinæ in agro Cremonenſi, cognomento vero de Sacchis, de quo plura, atque plura, ſed nunquam ſatis in noſtro I. Crem. Lit. Vol. ad annum 1475. a pag. 310., ad 324. Verum cum in *Tom. XX. Rerum Italicarum Scriptorum inſcripto, apud Soc. Palat. anni* 1731. recuſus fuerit Codex inferius recenſendus, curante, celeberrimo Muratorio, cui quidem impreſſio typis Vindobonæ anni 1675. ei adhuc ignota, a multis annis apud me exiſtens, eique accomodatus; cui tit.

* *Hiſtoria Urbis Mantuæ, & Sereniſſimæ Familiæ Gonzaghæ in libros ſex diviſa &c. a Petro Lambecio &c. in lucem edita &c.* In eodem Tomo XX. legitur ſequens Opuſculum.

*Vita Clariſſimi Viri Nerii Capponii a Bartholomæo Platinenſi ſcripta, nunc primum prodit ex mſſ. Cod. Bibliothecæ Strocianæ Florentiæ*, ex ejuſdem Muratorii induſtria, qui me de ommiſſione redarguit hiſce notis: *Et ne ipſe quidem novis Crem. Liter. Clariſſimus Scriptor Fran. Ariſius quanquam omnium intentiſſimus ad illuſtrandam Civis ſui memoriam.*

Diligentiſſimi licet Ephemeridum Literariorum Italiæ Scriptores Venetiis degentes, ubi tot, & tot de Platina locuti ſunt *in Obſerv. ad Voſſium Tom. XIII. art. XV. a pag.* 414. *ad* 439. ommiſerunt, & ipſi hoc Opuſculum, difficile nimirum eſt, quinimo impoſſibile circa inſignes librorum Scriptores, præcipue antiquos, eorum opera omnia exſpicari.

A Philelpho lib. XIII. Epiſt. 36. ad Xenophontem Filium anno 1456. habeo erga initium *Bartholomæo Platynenſi Mantuam repetenti &c.* nihil tamen, quod Bartholomæum laudet; credere poſſumus hic agi de noſtro Platina, Platynenſi vocato, ut paulo ſupra legimus tunc non celebri; nam ſuæ juventutis annis Militiæ ſe dederat, ut ſuo loco oſtendimus.

Bartholomæus de Salutio Territorii Aretini prope Sacrum Alverniæ Montem e Familia de Cambis, Sacerdos piiſſimus ex Min. Obſervantiæ Reform. cum Cremonæ die 15. Julii 1602. ab eo inſtituta fuiſſet Ven. Sodalitas Sacr. Stygmatum S. P. Franciſci, (cujus Auctor hujus Operis Priorem locum ſexies obtinuit) die 14. menſis Auguſti ſubſequentis ex Conſili Generali Decreto inter Cives Cremonenſes adlectus eſt. Ex ſuis libris ſunt.

* *Scuola del Divino Amore, dove l'amoroſo Maeſtro Gesù inſegna all' Anima bramoſa del ſuo ſanto Amore quello, che deve fare &c. Aggiuntevi le ſalutazioni divotiſſime a Gesù N. S. ed alla B. V. In Vinegia* 1609. *Preſſo Barezzo Barezzi in* 12.

* *Con-*

Digitized by Google

* *Conforto del Peccatore*. *Romæ excuſus die* 14. *Junii* 1612. dum ipſe eſſet in Cœnobio S. P. Franciſci in Tranſtybere. In hoc leguntur quamplura carmina diverſi generis, italice quidem compoſita, non tam pietate, quam eruditione referta; memoratur ideo a Creſcimbenio in Comment. vulgaris poeſis vol. 2. p. 2. lib. 5.

* *Cuore dell' Anima amoroſa, overo Teſtamento, che fa l' Anima a Dio; e la dichiarazione del Pater noſter, e dell' Ave Maria.*

* *Le ſette Trombe per riſvegliare il Peccatore a penitenza in* 12. *In Breſcia per Bartolomeo Fontana* 1622. In fine libri leguntur. *Alcuni caſi orrendi, e ſpaventoſi intervenuti a molti Peccatori per Divina Giuſtizia.*

* *L' Innamorato di Gesù. Operetta divota, ed amoroſa, nella quale Gesù Amore inſegna all' Innamorato divoto del Santiſſimo Sacramento, come, ed in che luogo lo poſſa trovare per onorarlo, ſervirlo, ed adorarlo, cui ſubnectitur.*

* *Compagnia dell' Amore fondata &c. ove s' inſegna all' Anime divote del Santiſſimo Sacramento, quello che devono fare, per entrare in queſta ſanta, ed amoroſa Compagnia. Comi per Jo: Angelum Faſatum* 1621. *in* 12. in in quo etiam leguntur Soliloquia, Orationes, & Cantus ſpirituales, italice, & latine compoſitos in laudem Sanctiſſimi Sacramenti.

In veſtibulo Operis ab Impreſſore alia ejuſdem Auctoris Opera recenſentur, quæ uſquemodo non vidimus, & ſunt.

*Luce dell' Anima deſideroſa per aſcendere alla perfezione, parte prima.*
*Orticello di Divozione, parte ſeconda.*
*Teſtamento dell' Anima con Dio, parte terza.*
*Paradiſo de' contemplativi, parte quarta.*

haec ſunt in uno volumine.

*Vita dell' Anima.*
*Alfabeto del Divino Amore.*
*L' Invenzione d' Amore parte* 1. *e p.* 2.
*Porto della ſalute, ove s' inſegna a fare una perfetta confeſſione, eſaminar bene la ſua coſcienza, ed a fuggire gli ſcrupoli.* Conſulatur Lucas Uvadignus de Script. Ord. Min. lit. B.

Cum eſſem anno 1719. menſe Maii in Sanctuario Sacri Montis Alverniæ inter inſignia lypſana, ibi exiſtentia, Cor in theca criſtallina noſtri Venerabilis Bartholomæi ſervatur, quod devotis oſculis ſum admiratus. Romæ in Templo Aracœlitano hæc legitur inſcriptio.

*Deo Trino, & Uno*
*Sedente Gregorio XV. Pont., Optimo, Max.*
*Piæ memoriæ F. Bartholomæi Salutii*
*Cujus Corpus ob eximiam Viri Bonitatem*
*Loco Separato juremerito condidit*
*Odoardus Card. Farneſius Anno Sal. MDCXXI.*

BAR-

Digitized by Google

Bartholomæus Santinus Somaſchenſis Sacerdos mores homini aſſimilavit. Non minus in humanis, quam in divinis literis fuit verſatus; quapropter & in Novitiorum inſtitutione, & in Monialium directione totam fere vitam duxit. Scripſit Opera

*De Myſtica Theologia*. Cujus mſſ. in Bibliotheca Collegii S. Antonii Lugani aſſervantur, & quæ cum utilitate, nec non admiratione leguntur; in quo quidem Collegio, quod magna in parte ædificaverat, cujuſque Templi magnifici medietatem a fundamentis erexerat, inter ſecundum ſuæ adminiſtrationis triennium obiit, menſe Aprilis 1683. hæc omnia nobis indicavit laudatiſſimus P. D. Ignatius Tadiſius, de quo erit ſermo.

Bartholomæus de Soncino Diœceſis Cremonæ ex Ordine Prædicatorum, Orator Evangelicus facundiſſimus, laudatus a P. Joanne Michaele Plodio *de Vir. Illuſtr. Ordinis p. 2. lib. 4. & a P. Andrea Rovetta Inquiſitore Veronenſi in Bibliotheca Chronologica Illuſtr. Virorum Provinciæ Lombardiæ ad annum* 1606. ubi legitur, ſcripſit

*Sermones de tempore per totum annum elegantiſſime.*

*Item conſimiles Sermones de Sanctis, nec non Vitam Ven. Viri F. Dominici Anadonis, Valentiæ in Hiſpania Taraconenſi glorioſe defuncti.*

Basilius Angussola Carmelita Regens Papiæ, inde Provincialis Romæ, poſtea totius Ordinis Procurator Generalis, quo in munere exercendo diverſis coram Summis Pontificibus, ſæpius eleganter oravit, aliquando, uti Commiſſarius Generalis Ordinem rexit, tandem quinquagenarius quievit in pace. Anno 1608. die 21. Maii, de quo Petrus Lucius Belga ſic effatur in Bibliotheca Carmelitana.

Baſilius Anguſſola Cremonenſis ex illuſtri Familia, almi Romani Collegii S. T. Profeſſor egregius, decus Patriæ, & inſignis Religionis noſtræ ornamentum, ut in divinis, & humanis literis feliciſſime excultus, Deo devotus, & converſatione venerabilis, doctiſſimas quaſdam in rebus theologicis, & philoſophicis lectiones, nec non ſermones, collationes, tractatus conſcripſit.

Ejuſdem meminit P. Daniel a V. M. in ſuo Speculo Carmelitano manip. num. 3700., nec non P. Falconus in ſuo Chronico Carmel. penes me extat ejuſdem Baſilii.

* *Oratio habita in Solemnitate Divi Vincentii in ampliſſimo Vincentiæ Foro. De modo perveniendi ad Patriam Cœleſtem. Patavii apud Paulum Majettum* 1578., ex qua arguo plane, latina poeſi eumdem verſatum.

Laudatur etiam a Carolo Gartario in ſuo Athenæo Romano mſſ. qui allegat Biſcarerum.

Basilius Fonascus ex Cler. Reg. Theat. Congregatione, in qua tria vota ſolemniter emiſit, die prima Januarii 1589., Orator facundus emerſit, tum in ſacris ſuggeſtibus, tum in Academia Animoſorum Patriæ; relictis deinceps Clericis Regularibus Auguſtinia-

num

num Inſtitutum amplexus eſt, ab ejuſdem Superioribus in Galliam miſſus, Lutetiæ Pariſiorum adeo in ambonibus emicuit, ut Regis Concionator evaſerit; Gallico idiomate in lucem edidit Orationem funebrem, in morte Henrici IV. Galliarum Regis malo Fato perempti, die 14. Maii anno 1610. Id habuimus a P. D. Antonio Maria de Raymundis Cler. Reg. Theat., de cujus virtute, & humanitate facta eſt mentio.

Benedictus Ala, ex J. C. Colleg. Patriæ, in Aula Matritenſi verſatus, Romam ſe contulit, ubi Prothonotarius Apoſtolicus ex numero Participantium ſub Clemente VIII., ac utriuſque ſignaturæ Referendarius, & demum Almæ Urbis ſub eodem Clemente, & Leone XI., ac Paulo V. Summis Pontificibus Gubernator, & Urbini Archiepiſcopus, qui niſi, morte veneni ſuſpicione præventus, ad Sacram Purpuram jure merito evectus eſſet. Virtutum omnium Cultor, nec ei defuit latina Poeſis, cujus hauſtum habemus in laudem Sebaſtiani Guazzini, quando edidit laborioſum tractatum ad defenſam Reorum, tum Venetiis, cum Genevæ, & alibi impreſſum.

Hieronymus Lunadorus Eques Senenſis in ſuo libro, cui tit. *Relatione della Corte di Roma*, loquens de Sede Vacante ob mortem Clementis VIII. S. P. ſequuta die 3. Martii 1605., cum eſſet Romæ Gubernator, communi omnium Cardinalium calculo noſter Ala confirmatur.

Breſſianus in Roſis, & Violis ad annum 1610., qui Alæ obitum dicit ſecutum Romæ anno 1620., delato Cadavere ad ſuam Urbini Eccleſiam, & in Coll. Juris C. C. ad annum 1587. multa de eo.

Conſulatur Ughell. in Ital. Sacra, ubi de Archiep. Urbini. In Cathedrali Cremonæ, ex Civitatis decreto legitur in marmore hæc inſcriptio.

*D. O. M.*

*Clariſſimo Viro Benedicto Alæ Prothonotario Apoſt. ſub Clemente VIII. P. M. U. S. R. meritiſſimo Almæ Urbis ſub eodem Clem., & Leone XI., & Paulo V. Pontif. Gubernatore Prudentiſs., ac Juſtiſs. Demum totius Umbriæ Archiep. electo, & ejuſdem Ser. Ducis in regimine Status Produci, cujus virtutes, an dignitates eminentiores fuerint neſcias. Opt. Civi de Patria Benemer. Piiſſimo Beneficentiſſimo. Cremona lubens, mærens tamen P. P.*

Benedictus Macchius Vir, qui perite, & juditioſe cuncta peragebat, præcipue vero in profeſſione Chirurgica, ut ſcribit Breſſianus in ſuo libro inſcripto Virt. Ravv. pag. 164., vulgavit.

*De cura vulnerum.*

*De Arte Chirurgica addiſcenda.*

Bernardinus de Alessiis Sacerdos ex Cler. Reg. Congregatione S. Pauli, degens in Collegio SS. Pauli, & Barnabæ Med. ibi edidit anno 1663. in fol.

*Vita*

*Vita della Infanta Maria di Savoja*. Ex indice Scriptorum ejuſdem Congregationis concinnato anno 1735.

A Lallo in lepido ſuo poemate, cui tit. *l'Eneide traveſtita* in præfatione memoratur P. D. Carolus de Aleſſiis Barnabita, quem ſuſpicor, ne ſit idem Bernardinus.

Bernardinus Porrus Presbyter Sæcularis, & Canonicus Eccleſiæ S. Joannis Modoætiæ, e latino idiomate traduxit, & edidit.

* *Opera di M. Pietro Paravicino Medico di Como eccellente, e famoſiſſimo, del ſito, natura, e miracoli de i Bagni del Maſino in Voltolina ſin adeſſo non conoſciuti. Mediolani 1646. per Ludovicum Montiam in* 8.

Bernardinus Roccius Cyriaci Cardinalis Nepos, itidem & ipſe S. R. E. Cardinalis ex Cremonenſi originaria familia. Romæ modo florente, ut dilucide patet ex iis, quæ ſcripſimus de eodem Cyriaco ſub litera C. Præſul cum juvenis eſſet ſummo præditus judicio Legationem Neapoli obivit, Archiepiſcopus Damaſcenus, ac Pontificiæ Domus Præfectus major, anno 1675. die 27. Maii, a Clemente X. S. P. Purpureo inſignitus Galero; Per eumdem datis antiquæ Patriæ ſuæ de ſui promotione epiſtolis diei primæ Junii, & ſextæ Julii ſubſequentis; Decuriones, quibus incumbit Urbi præeſſe, publicas in Cathedrali Eccleſia gratias Deo harmonicis concentibus in ſignum lętitiæ peragi decreverunt; repoſita ejus Effigie in tabula perpicta inter alios Purpuratos Cives in pub. Palatio, ut nos dicimus etiam in noſtro de Prætoribus Opuſculo, typis tradito, ad annum 1731.

Laudatur ab Equite Proſpero Mandoſio in ſua Romana Bibliotheca, quam nobis elargitus eſt, ubi de Cyriaco, ex qua apparet italicas muſas excoluiſſe.

Multum etiam fuit in exiſtimatione doctiſſimi Cardinalis Sfortię Pallavicini S. J. ut habetur ex epiſtolis a pag. 619., uſque ad finem, cum aliis ſeptem in libro Epiſtolarum ejuſdem Cardinalis, vulgato anno 1668. a Jo: Baptiſta Pavarello Concive noſtro pag. 497., 498., 499., & 501., ex quibus conjicitur quanto amore, & neceſſitudine eſſet Roccius eidem conjunctus. Obiit Card. Bernardinus Tuſculi anno 1680.

Eodem tempore Creationis Bernardini Roccii, fuit itidem creatus Cardinalis Philippus Thomas Huvardus Anglus ex inclyta Prædicatorum Familia, Ducis Nortfolcię Filius, & Regis Anglię Sobrinus, qui cum recepiſſet religioſum habitum in Cęnobio S. Dominici Cremonę die 28. Junii 1645., eidemque, ut ajunt, affiliatione adſcriptus, poſſumus & nos jure quodam inter noſtros Cives adſcriptum eum connumerare. Ex regeſt. Conventus S. Dominici Cremonę, & de eo P. Cavalerius, ubi de Cardinalibus ſui Ordinis late, nec non P. Andræas Rovetta in præfat. ſuæ Bibliothecæ.

Cardinalis Bernardinus juremerito laudatur ab Auctore anonymo, in

Digitized by Google

in libro, cui tit. *il Livello Politico*, edito 1678., ut ibi dicitur, *Cartellanus*, apud Bened. Marſettum a pag. 467. uſque ad 477. tomi tertii.

In Commentariis Creſcimbenii, Poeſis vulgaris tom. 4. pag. 212. leguntur, carmina multa italice ſcripſiſſe. Ejuſdem mentio fit ab Oldoino in continuatione ad Ciacconium.

Bernardus Corsius Sacerdos, ut erga B. V. Caravagienſem excitaret piorum populorum animum, vulgavit. Cremonæ per Zannios anno 1625. in 12. opuſculum, & ſcilicet.

* *Breve narrazione d'alcune Grazie conceſſe a certe Perſone da Dio per l'interceſſione di M. V. con occaſione della nuova Immagine della Madonna di Caravaggio dipinta nel luogo di Gabianeta Territorio Cremoneſe.*

Bernardus de Franchis Carmelita Conventus S. Bartholomæi Alumnus, Reſoluti Doctoris ſcriptis ſemper, & voce acerrime ſuſtinuit doctrinam, atque defendit. Pluribi functus fuit offitio Regentis, ſui Cœnobii Præſul effectus, ac ſui Ord. Commiſſarius Generalis plenus dierum, & bonorum operum ætatis ſuæ annorum 65. die 7. Novembris 1666. mortuus eſt. Inter inſigniores hujus Conventus Profeſſos picta ejus effigies exponitur.

Ex Necrologio Familiæ Carmelitanæ Cremonenſis, ut nobis indicavit P. Elias de Salandis S. T. M. & ejuſdem Cœnobii Prior, modo Provinciæ Bononienſis Miniſter, ac S. Offitii Cremonæ ex Conſultoribus.

Bonifacius Sfondratus in ſæculo Cæſar, anno 1586., Ampliſſimo Collegio Juriſconſultorum adſcriptus, legalis ſcientiæ peritiſſimus, mundi illecebras ſternens in exordiis, quibus Patria noſtra excepit Ven. Cler. Reg. Theatinos, inter ipſos celer ætatis annorum quadraginta cooptatus, die prima Novembris 1591. profeſſionem emiſit, ſtudiis ſacris totus deditus, ac pietati, & charitati erga Proximos, aſſidue, & indefeſſo labore pœnitentibus incumbebat, anno 1612. Patriæ Domus Præpoſitus; tandem die 30. Auguſti 1629., morte in conſpectu Angelorum pretioſa, dies ſuos coronavit. Reliquit Bibliothecæ S. Abundii mſſ.

*Summam Tractatuum Theologiæ moralis.*

*Commentarium Vitæ Servi Dei P. D. Maximi Gratioli Cremonenſis Cler. Reg.* citatum a P. Silos in Hiſt. par. 2. lib. 4. pag. 181. ubi & laudat P. D. Bonifacium, &

Laudatur a Joſepho Breſſiano in Coll. Juris Conſul. Cremonen. pag. 66.

Memorati P. D. Maximi Gratioli, cujus mors optima Mutinæ contigit die 7. Octobris 1606. recognito ejus Cadavere ad multos annos, incorruptibilitatis dono illud inventum eſt, ut teſtatur P. Silos, ubi ſupra.

Inter Icones Vir. Illuſtr. Cler. Reg. Theat. in Ædibus Divi Ant. Ab. Mediolani, cultis per Cler. Reg. Noſtri Gratioli perortat

Digitized by Google

tat illa, cum hac epigraphe.

*Ven. P. D. Maximus Gratiolus Cremon. Cler. Reg. hunc vere maximum in Novitiis educandis, in Proximis juvandis, in paſſionibus domandis, divina effecit Gratia.*

Cajetanus Sfondratus Cler. Reg. Theatinus Theologicis, ac humanioribus præditus ſtudiis ad ſummam eloquentiam natus peregregii Oratoris Nomen in inſignioribus Italiæ Urbibus ſibi promeruit, Comenſis Theatinorum Domus ex Inſtitutoribus efflo-ruit. Scripſit eleganti ſtylo italice, ut inſinuat Breſſianus in Virt. Ravv.

*Prediche mſſ.*

*Paradoſſi morali mſſ.*

Hujus Viri depicta Effigies expoſita eſt in noſtro Muſæo, cum eſſet Avi mei affinitate conjunctus, ut ex epigraphe tabulæ ſubannexa.

*Cajetanus Sfondratus ex Nob. Fam. Cler. Reg. Theat. Theologus, & Orator egregius, Palladini Ariſii Sobrinus, religione, & ſcriptis eximius. Comi deceſſit anno 1657.*

Adnumeratur in Regeſtis P. D. A. M. de Raymundis, ubi agit de Antonio Crotto, qui vix Religionem Cler. Reg. ingreſſus ætate annorum XVI. innocentiſſime devixit anno 1633. non adhuc expleto tyrocinio ſub diſciplina ejuſdem P. D. Cajetani Sfondrati.

Nepos erat Antonius, Franciſci Crotti Cler. Reg. pariter, qui adhuc Adoleſcens, & ipſe Mediolani, ut alter Aloyſius Gonzaga annorum XIX., ad Superos evolavit, promeritus, ut in morte ſub ejus picta Imagine in Domo profeſſa Divi Ant. Abbatis, hoc elogio condecoraretur.

*Ven. Franciſcus Crottus Cremon. Cler. Reg. cujus virtus intra pueritiam adolevit, vix adulta Seniorum merita præcucurrit, admirante Inſubria Sanctitatis ſtudium incepit, & abſolvit.*

Camillus Angleria Sacerdos Tertii Ordin. S. P. Franciſci Diſcipulus in Harmonicis Concentibus celebris Claudii a Corrigio, librum vulgavit.

*Regole del Contrapunto, e della Muſicale Compoſizione*. Memoratur a Breſſiano in V. R. ejuſque obitum ponit anno 1630.

Camillus Maggius, ſive Maddius Marchio Feudorum Piſcaroli, & Grontardi in Agro Cremonenſi, ex Decurionibus anno 1653. electus, & verus Cremonæ Philopator, ſummo enim ſtudio, & dimenſione accurata typis promulgavit.

* *Diſegno della Delmona navigabile*, diligentiſſime topographicis locis in delineatione adnotatis.

Ibi leguntur rationes quadripartitæ, quibus propoſitio conſtruendi Aquæductum in Cremonenſi inferiori Provincia publicæ utilitati nititur, ut docet nobiliſſimus Auctor *in* §. *cui tit. Benefizi, comodi, ed utili &c.*

Quare

Quare a ſexaginta annis, & ultra tale proficuum negotium oblivioni traditum, ac omnino deperditum, ut ſi ageretur de ſtoicorum ſophiſmatibus; Deus ſcit, nec forſan nonnullis Hominibus ignotum eſt!

Camillus ex Marchionibus Pallavicinis in primo Adoleſcentiæ flore Romam miſſus apud Patruum ſuum præſtantiſſimum Antonium Mariam quampluribus Eccleſiaſticis muniis inſignitum, ac Neopacti Archiepiſcopum, ut ſtudiis incumberet inter Collegii Clementini Nobiles Alumnos, & ſcilicet in illo politioris, ac elegantioris literaturæ conſeſſu, præ cæteris in omni ſcientiarum genere excultus emerſit. Arcadum ibi pariter Academiæ aſſociatus, *Altenii* nomine exclaruit; latinis carminibus paraphraſim digeſſit.

*Poematis Philoſophici ſuper Metheoris Joannis Laurentii Stecchii Philoſophiæ Profeſſoris in Univerſitate Piſana.*

Reverſus in Patriam in congreſſibus Coloniæ Arcadum Cremonenſis, etiam italicæ poeſis ſpecimina edidit, nec non in una ſeſſione eruditiſſime diſceptavit.

*Dell' Origine de' Fonti.*

Eccleſiaſticæ diſciplinæ addictus, modo Præpoſitus Mitratus ſedet in Eccleſia Inſigni, & Collegiata S. Agathæ in Patria.

Carolus Affaitatus, ſive hiſtoriarum, ſive poeſis ſcriptor ſui temporis vere illuſtris ex Patriæ Decurionibus, ac ejuſdem Conſervator Ordinum, ab anno 1622. uſque ad 1636. latinis carminibus ſcripſit.

*Vitam Ferdinandi I. Imperatoris, & Romanorum Regis, eamque dicavit Ferdinando II. cum eſſet Auctor in Germaniæ regionibus.*

Scripſit & Italico metro.

*Gli Amori di Venere, e di Marte,* dum juvenis eſſet. Breſſianus in V. R.

Carolus de Bonjoannis ex almi Collegii Borromei Alumnis, cum doctus Adoleſcens eſſet, ſuſcepta legali Laurea in celebri Univerſitate Ticinenſi, Clericatui ſæculari ſe exhibuit, Sacerdotio exinde initiatus in Patriæ Cathedrali Eccleſia Canonicatus Præpoſituræ ſuæ Sedem obtinuit; hinc eligitur in Synodo Litta inter Judices Synodales, inter Cauſarum Conſultores, ac in aliis dignitatum officiis adnumeratur; qui cum ſit Juriſprudentiæ diſertiſſimus Profeſſor, publici juris fecit quamplures præcipuas

*Allegationes legales,*

quæ apud expertiſſimos J. C. C. non abſque maxima exiſtimatione circumferuntur. Fortunet Deus ſuos cogitatus, ut doctrinæ ſuæ alios fructus colligamus; ac ſe dignum demonſtret Pronepotem Vincentii de Bonjoannis, ex Præſule in alma Urbe, Præpoſiti Mitrati in Eccl. inſigni, & Collegiata S. Agatha in hac Patria, de quo mentionem in mea de Prætorum Cremonæ Synopſi ad annum 1664.

Carolus Cazaniga Cler. Reg. profeſſus in Eccleſia S. Abundii Cremonæ die 4. Decembris 1671., more, ac conſuetudine ſui Inſtituti, ſtudiis Philoſ., & Theolog. incumbens, aliiſque pietatis, & doctrinæ exercitationibus poſt multas peragratas regiones ad Luſitani Regni Metropolim progreſſus, ibi per annos pedem fixit, intento flagrans deſiderio ad Indos proficiſcendi, meditans quoque in converſione Infidelium Martyris palmam reportare. Verum enimvero malæ valetudine afflictus per menſes, Ulyſſipone digreſſus, animo ex Medicorum conſilio ad Patrios lares redeundi dum Neapoli aliquando quievit, devotione etiam ductus ſe commendandi Divis Cajetano, & Andreæ Avellino, ubi eorum corpora venerantur, repentina morte correptus Cœleſtem Patriam adivit, ut pie crediturо, Luſitano idiomate, quo etiam poetice delectabatur, librum ſcripſit vulgatum opera Doctoris Don Andræe Nugnez de Silva, hoc tit.

*Hecatumbe ſacra, ou ſacrificio decem victimas ex cem Sanctos, em que ſe conthem as principaes actiones da Vida de Glorioſo S. Gaetano Thiene. Ulyſſiponæ per Michaelem de Deslandes 1686.*

Hæc habuimus a P. de Raymundis ex ſuis regeſtis.

Carolus Lauda J. C. titulo decoratus; titulus qui tunc erat a Nobilibus acceptus, & maximæ exiſtimationis, nunc vero in pluribus hodiernis, vulgaribus, & ineptiſſimis, deriſorius eſt. Anno 1624. floruit Princeps Animoſorum Academiæ. Ex ſuo habentur.

*Orationes multæ tum latina, tum italica methodo ſcriptæ.* Item

*Dell' Aſſedio di Cremona del* 1647. 48. *e* 49.

Eum recenſeo in II. Tomo, ubi de Animoſorum Academia.

Carolus Terrisenghus Olivetanæ Congreg. Alumnus edidit anno 1641. typis Philippi Ghiſulphi Mediolani in 12. librum non ſpernendæ elocutionis, videlicet.

*L' Amor trionfante, Vita, e Martirio di S. Giorgio con ſuoi Compagni*, quem dicavit Eminentiſſimo Theodoro Triultio S. R. E. Cardinali.

Laudatur a Joſepho Breſſiano in libro mſſ. cui tit. *Virtù Ravvivate* pag. 100.

Carolus Coccus Presbyter Sæcularis Eccleſiæ Paroch. S. Apollinaris in Patria Præpoſitus, ex Academicis Animoſis, nuncupatus *il Rincorato*, ſub cujus nomine multa edidit carmina etruſco metro compoſita, nec non *Orationes habitas in eadem Academia*. Anno 1630. peſtilentiali morbo occubuit. Breſſian. in V. R.

Carolus Verrus, dictus Carolus à Cremona, Sacerdos ex Venerabili Capucinorum Inſtituto edidit.

* *Ricordi per eſercitare il caritativo uffizio di ajutare a criſtianamente morire quei meſchini, che ſono dalla Giuſtizia condannati a morte. Coll' aggiunta di alcuni dubbj ſpettanti allo ſtato, e ſalvezza di detti Giuſtiziati, dopo la loro morte. Mediolani 1672. per Federicum Agnellum in 4.*

Item

Digitized by Google

Item e typis Franciſci Zannii Cremonæ 1676.

*Opuſculum Moralium pars prima, in qua continentur tractatus omnes de actionibus humanis, earumque cauſis, & principiis; additis in fine, quæ eſt ſecunda pars, nonnullis diſceptationibus de modo, & facultate miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, tam intra, quam extra Religionem Capucinorum ſæcularibus. Perſonis.*

Ex hac ſtrictiſſima S. P. Seraphici, ac Sanctiſſima Religione in Tomo noſtro II. ad annum 1572. ſex illuſtres Viros adnumeramus probi nominis, & pietate ſingillatim inſignes.

Carolus Antonius Biragus Jac. Philippi F. e Mediolanenſi Familia a Carolo Maria Statore majore Avo, qui primus Cremonam advenit. Peractis Philoſophiæ, ac Theologiæ Studiis in Pontificio, & Cæſareo Juribus, Ticini Laurea inſignitus; Græcis literis imbutus, Eccleſiaſticæ Militiæ deditus, atque Sacerdos, modo in utroque Mediolanenſi Foro Advocatus; Apoſtolici Judicis Auctoritate a S. P. Clemente XII. decoratus. Primum ſpecimen gravioris Juriſprudentiæ emiſit, cum in ſui, ſuorumque decus pertinentium, proprietatem illuſtris Juriſpatronatus pinguis Clericatus, ſub invocazione B. V. M., & S. Syri erecti in Eccleſia Parochiali S. Syri de Miſinto, Plebis Seveſi, Diœceſis Mediolanenſis a temporis vetuſtate, & diuturna abſentia obliteratam, quæ refertas, ac ſpecificas probationes legitimæ deſcendentiæ uſque ad Tritavi Tritavum, continuatoque, per ſæcula in ejus Majoribus jure, cum effectu præſentandi in lucem revocavit, pervetuſto Conſortio cum aliis Nobilibus de Birago Mediolanenſibus Patriciis, Decreto Judicis Metropolitani confirmato.

Utinam ejus doctæ in Jure

*Allegationes* non pereant; quarum multas apud nos ſervamus; nobis etiam inſinuat eruditiſſimus, Auctor opus ſuſcepiſſe perquam utile.

*De ſuſpicionibus omnium Judicum, & aliorum Foro accedentium.*

Eum itaque obſecror, ne dum præſentibus, ſed etiam poſteritati incumbat.

Carolus Felix Matta Antiochi Filius, Vir plurimæ exiſtimationis inter eruditos, ex Auditore Eminentiſſimi Petri Vidoni Patricii noſtri Epiſcopus S. Severi in Apulia, creatus ab Innocentio XI. S. P. die 8. Junii 1678., ubi gratiſſimus fuit Eminentiſſimo Cardinali Urſino mox ad Summi Pontificatus apicem evecto, Benedicti XIII. nomine conclamato, adeo ut in ejus ultimo, cum quo Matta deceſſit elogio, ſuæ mentis executorem, dum eſſet Beneventi Archiepiſcopus Urſinus, eum nominaverit ab humanis exiit die 26. Februarii 1701. ſepultus in ſua Cathedrali. Plura ſcripſit opera, inter quæ circumfertur celeberrimus, Romæ typis Angeli Tinaſſii 1678.

* *Noviſſimus de Sanctorum Canonizatione Tractatus in quinque partes diviſus.*

In quarum prima relati in Apparatu explicantur termini Sanctitatis, Beatitatis, & Canonizationis, ejuſdemque Canonizationis origo, ac forma, & qualiter tractu temporis aucta ſit, & perfecta.

In ſecunda. Explicantur pariter termini omnium, & ſingulorum Virtutum, & quæ cuilibet virtuti opponuntur, vitiorum, interjectis plurimis SS. Patrum, & graviſſimorum Doctorum ſententiis, ad Concionatorum etiam, & eorum, qui animarum curam gerunt, utilitatem.

In tertia. Tractatus de Gratiis gratis datis, deque hiſ, quæ illarum ſpeciem induunt, ubi plurimæ adnectuntur hiſtoriæ, plurima item pro Medicis, aliarumque ſcientiarum ſtudioſis facientia.

In quarta. De materia legali triginta enucleantur quęſtiones ad modum, & formam procedendi in Canonizationum cauſis pertinentes.

Et in quinta. Regiſtrantur Cęremoniale Leonis X. lib. 3. cap. 6. Noviſſima decreta Urbani VIII. in Congregatione Generalis Inquiſitionis edita, nonnullaque decreta Congregationis Sacrorum Rituum, ad materiam Canonizationis ſpectantia. Addita in eadem quinta parte plena inſtructione pro Patrocinantibus cauſas Canonizationum in Curia, & pro formando earum Proceſſibus in partibus.

Hęc omnia appoſui pro peculiari hujus operis notitia, pro ut in titulo; dicatum fuit opus a doctiſſimo Auctore, Summo, & Sanctiſſimo Pontifici Innocentio XI. glorioſiſſimæ recordationis.

* *Tractatus de Conſiſtorialibus Cauſis cum additione de facultate Clericorum in Eccleſia. Romæ 1700. ſumptibus Ant. Galleri, & Joſ. Germani Corbi.*

*De concordatis Germaniæ*, liber editus ab Auctore, non quidem a me viſus, verum ex antedicto Tractatu de Cauſis Conſiſtorialibus ſect. 18., arguo in eo agi de Cauſis, quæ in ſacra Congregatione rerum Conſiſtorialium diſcuti contingit, inter quas, frequentiores ſunt ſuper Electionibus Germanicæ Nationis, ſcilicet eorumdem Capitulorum, & Collegiatarum ad Cathedrales Eccleſias, & Monaſteria, an ſint confirmandæ, vel infirmandæ.

* Italice ſcripſit. *Sogno dell' Incanto, diſcorſo della Verità in 12. edidit Arimini per Simbene Simbeni*, dum ibi Auditoris officio fungeretur, cum illius Urbis gubernio memoratus Vidonus tunc præſul præeſſet.

A multis laudatur, & præcipue ab Anſaldo de Anſaldis S. Rotæ Auditore in Adnotat. ſuę deciſionis 20. ſub num. 10. item

A Joſepho Aurelio de Nigris Cathedr. Crem. Canonico in pręliminaribus ad Hiſt. Epiſcoporum Cremonæ, ubi de Pago S. Joannis in Cruce Cremonenſis Diœceſis, in quo ortum habuit noſter Matta.

A me pariter memoratur in noſtra Prætorum Cremonæ Serie Chronologica ad annum 1678.

A Ni-

A Nicolao Coletto in additis Italiæ Sacræ Ab. Ughelli, ubi habetur per eumdem Mattam excitatum fuiſſe in Urbe S. Severi Clericorum Seminarium, & Palatium in Oppido Divi Pauli ſuæ Diœceſis, pro Epiſcopis erectum a fundamentis.

CAROLUS MARIA LAUDA, ſive LODI Cler. Reg. Somaſchenſium Decus. Dicere nempe ſit ſatis terna vice ſuæ Nobiliſs. Congr. Præpoſitum Generalem electum fuiſſe. Quis igitur ejus merita, & laudes commendabili ſane elogio dinumerare poteſt? Ictu apoplectico correptus vivere deſiit in Cremonenſi Collegio S. Luciæ diebus poſtremis Februariis currenti anni 1740. ibi ſolemni pompa funeratus. Qui plura cupit legat Orationem, quam habuit P. D. Maurus Ant. Martinenghi Ticinenſis, ejuſdem Congregationis Vir eruditiſſimus, quæ circumfertur excuſa Cremonæ ex Ricchini Typographia 1740. cum hoc tit. *Proſa, e Rime in Morte del Reverendiſſimo P. D. Carlo Maria Lodi, Aſſiſtente Generale de' Cher. Reg. Som.* ibi pariter multa carmina italico metro conſcripta leguntur, quorum pars potior eſt Paſtorum Arcadum Cremonenſis Coloniæ.

Eundem ego laudavi etiam in mea Prætorum Cremonenſium Synopſi ad annum 1723.

CAROLUS FRANCISCUS COGROSSUS Marci Ant. F. ex Inſigni Oppido Caravagii Cremonenſis Diœceſis, celebris Dominici Gulielmini in Patavina Univerſitate Auditor, ubi Philoſophiæ, ac Medicę artis Lauream anno 1701. conſecutus, ibi practicæ incubuit, cum duobus Viris, ſane perſpicuis agendo, ſcilicet Bernardino Ramazzino, & Antonio Valliſnerio. Cum adhuc in Urbe Cremæ vivat (& diu vivat) non in ejus laudes effundor, cum a laudatiſſimo Medico laudetur, qualis fuit Bartholomæus Curtius, ſive Corte Nob. Mediolan. in ſuo libro, cui tit. *Notizie Iſtoriche intorno a' Medici Milaneſi &c. Mediolani* 1718. in amicitiæ pignus mihi elargito pag. 240. & ſequ. mihi enim pro nunc ſufficiat opera Cogroſſi recenſere, donec &c.

*Della natura, effetti, ed uſo della Corteccia del Perù, o ſia China China. Conſiderazioni Fiſice Meccaniche, e Mediche &c. typis Marii Carcani Cremæ* 1711. *in* 4.

*Giunta al Trattato della China China, o ſia nuove problematiche riflesſioni intorno la natura delle febbri dette periodiche, e loro febbrifughi, iiſdem typis* 1716.

*Nuova Giunta al Trattato della China China, ibidem* 1718. *in* 4.

*Nuova idea del mal Contagioſo de' Buoi partecipata al Sig. Antonio Valliſnieri &c. Mediolani per M. Ant. Pandulphum Malateſtam* 1714. *in* 12.

*De Praxi Medica promovenda exercitatio præliminaris. Cremæ typis Carcani* 1714. *in* 8.

*L'onore ſeguace del merito &c. Orazione nella partenza del Sig. Conte Valmacana, terminato il tempo del ſuo Uffizio di Podeſtà, e Capitano di Crema. Ibi &c. per eundem Carcanum.*



Digitized by Google

*Opera Medica recenſentur in Diario Literatorum Italiæ Venetiis excuſo, nempe* VI. *pag.* 496. XIII. *pag.* 387. XVII. 419. XIX. 48. *&* 399.

*De diviſione morborum. Prælectio I. habita in Academia Patavina nonis Novembris* 1724.

*De Febribus non curandis. Prælectio II. habita in Academia Patavina, ſunt excuſa in tomo* XX. *collectionis opuſculorum. Venetiis* 1757.

*De inſania ejuſque remediis. Prælectio* VI. *Idus Novembris* 1726. *eſt in tom.* XVI. *ut ſupra.*

Vir iſte doctiſſimus quotidie immortalitati ſtudet, opera conſcribendo, quæ adhuc nobis ſunt ignota.

Carolus Seraphinus de Raymundis Congr. Somaſchenſis Sacerdos, Oratorio ſplendore prælucens habuit in Ducali Seminario Venetiis Orationem, quam typis edidit, cui multa latina carmina ſunt addita, ut teſtatur Breſſianus in V. R. ad annum 1641. Ejus manuſcripta, oratoria videlicet & poetica, tam latine, quàm italice ſcripta, ſervantur in Bibliotheca Collegii Sanctæ Luciæ Cremonæ.

Carolus Thomas Moronus S. J. Theol., & Orator Evangelicus, facundia, & eruditione conſpicuus, bis Orator Evangelicus quadrageſimali tempore in Patriæ Cathedrali; edidit opera, quæ ſequuntur juxta tempus eorum editionis.

* *Quareſimale ſecondo compoſto, e umilmente conſecrato al Verbo eterno Incarnato. Parmæ* 1701. *per Joſeph Roſatum.*

* *Quareſimale primo, compoſto, e umilmente conſacrato a Maria Auguſtiſſima Madre del Verbo Incarnato, iiſdem typis* 1705.

* *Annuale di Prediche, e Panegirici co' Diſcorſi per la Novena di S. Franceſco Saverio, e colle conſiderazioni del Triduo avanti il Santo Natale. Ibidem* 1705.

*Panegirici, e Diſcorſi della Paſſione del Signore. Ibidem* 1707.

*La vera politica Economica Criſtiana inſegnata dallo Spirito Santo nella Caſa di Tobia. Lezioni morali, e ſacre ſopra il primo capo del libro di Tobia. Ibidem* 1709.

Claudius Monsviridis, ſeu de Monteverdi Muſicæ Magiſter præclariſſimus, ac toti Orbi notiſſimus, dum adhuc juvenis eſſet Mantuæ, & Parmæ Sereniſſimis Principibus acceptiſſimus in eorum magnificis Theatris non fictus Apollo, Muſarum amicus, poeſi duplici melodia non ſemel emicuit, adeo ut omnium adſtantium animos eruditione, & cantu, utroque modo mulcitaret. Defuncta Conjuge Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe dedit, & Sacerdos efficitur. Venetiis degens in Ducali Divi Marci Baſilica Muſicorum ad Capellam Sereniſſimæ Reipublicæ Præfectus, quatuor luſtris, pie utique ſemper, & religioſe vivens. Anno ætatis ſuæ quinto ſupra ſeptuagenum Adriaci littoris Cycnus Angelicus ad aſtra evolavit anno 1643., ſepultus in Templo Magnæ Domus, eidem exequiis ſolemniter peractis.

In

Digitized by Google

In ejus laudes ex typis Venetis liber prodiit paginarum ſeptuaginta, funebri Oratione, carminibus italicis, ac latinis multiſve elogiis concinnatis a pluribus etiam emunctæ naris Viris, quorum cathalogum brevitati ſtudendo omittimus. In fronte libri apprime inſtrumentis muſicalibus exculpti, inſpicitur Claudii prototypum, liber ſic inſcribitur.

* *Fiori poetici raccolti nel Funerale del M. Illuſtre, e M. Rev. Sig. Claudio Monteverdi Maeſtro di Cappella nella Ducale di S. Marco, conſacrato da Don Gio: Battiſta Marcinoni detto Giove, Maeſtro di Cappella del Domo di Padova. Agl' Illuſtriſſimi, ed Eccellentiſſimi Signori Procuratori di Chieſa di S. Marco.*

Scimus a Claudio fuiſſe edita multa opera muſicalia. Aliud enim opus ſingulare perficiebat, niſi morte perventus eſſet, ut deducitur ex Oratione funebri eleganti Presbyteri Matthæi Caberlotti Veneti, cujus hauſtum hic nobis liceat exſcribere. *Entri pur qui nuova penna a deſcrivere l' integrità della ſua vita, l'eſemplarità de' ſuoi coſtumi, che non mi reſta, che dire ſolo, che alla divina vocazione, divotamente operando ſempre corriſpoſe, e dopo l' avere con ogni ſua maggior lode vinta l' invidia di chi s' inſtrada al ſommo della Virtù, due altri luſtri permiſe il Cielo, che Claudio Sacerdote praticando tutte le religioſe condizioni, ma più d' ogn' altro il zelo di giovare al Proſſimo, datoſi alla Filoſofia foſſe dietro alla compoſizione d' un Volume, nel quale notificando i più occulti arcani della ſua diſciplina, era per impedire, che mai più ne' ſecoli venturi reſtaſſero naſcoſte agli Studenti le vere ſtrade per facilitarſi l' acquiſto della perfezione dell' arte Muſica.*

Hic itidem nequeo mihi obtemperare, niſi tranſcribam elogium Jacobi Pighetti Patricii Bergomenſis pag. 48. non inutile.

*Suſpirate chori, lugete theatra, veſter honor, gloria veſtra Claudius Monſviridis inclytus Divi Marci Muſicæ Præfectus æternum hic tacet, æternum hic jacet! Eheu ſic igitur conditur Mons ille Nobilis, cui non Pegaſi percuſſus ungulis inexhauſtum præbuit fontem, ſed charitum excultus manibus pretioſos mellitæ harmoniæ fructus mortalibus. Eheu ſic periit ille Divinus, qui noſtrorum animorum affectus miris uſqueadeo permulcebat concentibus, ut Muſas Cœleſtibus Orbibus aſſidentes canere ſi quando voluerint, doctis ipſius notis vocem emodulaturas jure credideris. Ah nimis & vero abiit numquam auditurus Muſicæ lepos, mel harmoniæ, carminum Anima, noſtri ſæculi ornamentum. Apollo ſydereo detracto amictu, atroque obductus mœrore confectus auream negligat cytharam. Errato Thalia, Melpomene, Euterpe, cæteræque Pierides inſolabiliter confuſæ flebilibus querelis memorabilem fateantur jacturam. Ipſæ denique Auræ ſuavibus tanti Myxtæ modis, poſthac non amplius demulcendæ triſti murmurillo ſuum oſtendentes dolorem. Vos autem Veneti Cives veſtro gratiſſimo viduati delicio, funus mœſtiſſimis lacrymis decorate. Suſpirate chori, lugete theatra.*

Clemens Flammenus Sacerdos Oppidi Caſtrileonis Diœceſis Cremonenſis, ex Parochis Curatis in Cathedrali Cremonæ, edidit anno 1642.

* *Iſtoria della Chieſa di S. Maria della Miſericordia di Caſtelleone per Jo: Petrum*



Digitized by Google

*Petrum Zannium in 12. ristampata per Pueronum 1704. soluta oratione, carminibus vero.*

*Iſtoria della Chieſa di S. Maria della Miſericordia del Territorio di Caſtelleone Cremoneſe, composta in ottava rima l'anno 1630., edita anno 1639. per eumdem Jo: Pet. Zannium in 8. ſtylo ſiquidem nimium vulgari*

*La Caſtillionea, o ſia Iſtoria di Caſtelleone, diſtinta in cinquantene. Cremonæ 1649. cum additione undecima cinquantenæ.*

*Trattato della Venerabile Compagnia de' Sacerdoti delli Confratelli, eretta nella Parocchiale delli SS. Giacomo, e Filippo di Caſtelleone Cremoneſe. Cremonæ 1635. per Jo: Petrum Zannium in 8.*

Ex hiſtoria Caſtrileonis in X. cinquantena legitur pag. 110. & ſeq. Eumdem Auctorem ſcripſiſſe liberculum mihi, & aliis uſquedum ignotum, cui tit. *il Cabrino Tradito*, in quo probare nititur Cabrinum Fondulum fuiſſe proditum, non Proditorem Familiæ de Cavalcabobus. In eadem Hiſtoria Fondulo plura elogia contexuit.

Hinc mea tenuitas nequit approbare, quæ ſcribit Æneas Silvius Poeta, Vir maximæ doctrinæ, & dignitatis, pluſquam Eminentiſſimus (cum fuerit Pius II. P. M. ubi ſcribit in ſuis Epiſtolis, cum eſſet in minoribus, Epiſt. 108. de ſomnio fortunæ. *Cabrinus Cremonenſis ſeptem Dominos ſuos interemit, quibus in fœtida ſepultis cloaca, dominatum ſuſcepit.*

Cæsar Carena J. C. celeberrimus, Sacræ Theologiæ Doctor, Conſultor, & Advocatus Fiſcalis S. Officii in Patria, Eminentiſſimi Cardinalis Petri Camporei Epiſcopi Cremonenſis Auditor, dum eſſet Adoleſcens, & Nobilium Parmæ Collegii Convictor, edidit

* *Concluſiones ex Univerſa Philoſophia, Logica, Phyſica, & Metaphyſica, Ethica, eaſque publice defendendas propoſuit, biduo in Eccleſia PP. Soc. Jeſu Cremonæ Octobri menſe anno 1613. ibi excuſas in 4., ubi novem Epigrammata leguntur in laudem ipſius Carenæ.*

* *Reſolutionum Practicarum, ſeu Rerum in Foro præſertim Cremonenſi judicatarum. Liber, in quo CCL. reſolutionibus plurimæ materiæ, & Civiles, & Canonicæ pertractantur, & earum occaſione multæ deciſiones, & maxime ampliſſimi Mediolani Senatus referuntur &c. Cremonæ 1648. apud M. Ant. Belpierium in fol.*

* *Tractatus de Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & modo procedendi in cauſis Fidei in tres partes diviſus,* in quarum prima agitur de Romani Pontificis Poteſtate, Univerſali Romana Inquiſitione, & ſupremo Tribunali S. Officii in Regnis Hiſpaniarum, Epiſcopis, Inquiſitoribus, ac cæteris Judicibus, & Miniſtris S. Inquiſitionis, deque eorum electionibus, dignitatibus, præcedentiis, & muneribus.

In ſecunda tractatur de Hæreſi, & omnibus aliis delictis in ſpecie S. Inquiſitionis Tribunali ſpectantibus, antea quidem ſeorſim impreſſa, nunc vero multis additionibus auctior reddita.

In tertia vero tota Theorica, & Practica criminalis breviſſime

abſol-

Digitized by Google

abſolvitur, maxime in ordine ad hoc S. Tribunal. His acceſſerunt quindecim quæſtiones ad Inquiſitores D. Guidonis Falcodii, olim Card. Ep. Sabinenſis, & poſtea S. P. Clementis IV. nuncupati, nunc primo impreſſæ, & ejuſdem Auctoris Annotationibus illuſtratæ. *Hac nova editione addita fuit Praxis Inquiſitorum Franciſci Pegnæ S. T. ac J. U. D. cum additionibus Carenæ, & Tractatus de Strigibus ejuſdem Carenæ. Cremonæ 1655. apud Jo: Baptiſtam Belpierium in fol.*

Permulta de Nobili Familia Carena leguntur in veſtibulo hujus operis poſt epiſtolam nuncupatoriam P. Horatii Martinii S. J. Theol. & S. Officii Cremonæ Conſultoris, deque tanti Auctoris doctrina, legenda ſunt, quæ ibi pariter ſcripſit P. Leonardus Vellus ejuſdem S. J.

Laudatur a Ghilino in Theatro Virorum Illuſtrium, & a multis, & multis J. Conſultis, & præcipue a Johanne Sitono de Scotia Amico noſtro eruditiſſimo in ſuo Theatro Nobilitatis &c. pag. 19. quibus illud Virgilianum addo de tanto Viro.

*Nobilis & fama multis memoratur in oris.*

Cæsar Cremoninus ex Bertolia Familia Cremonenſi, natus vero in Oppido Centi, Ferrarienſis Territorii, Cremoninus ideo dictus a Patria paterna, ſeu Avita, ut liquet ex ejuſdem epiſtolis Nobilibus Cremonæ Decurionibus datis (ut dicam infra) Plura de hoc præclariſſimo Philoſopho, Poeta, & Oratore conſcripſeram in tertio volumine Cremonæ meæ Literatæ, verum a noviſſimo incendio ſublata; Hinc cum de Cæſare notiones peculiares expeterem ab amico meo eruditiſſimo, & Cl. Viro Hieronymo Baruffaldo Ferrarienſi, Archipresbytero Oppidi præcitati, ecce mihi obvenit doctiſſimi Viri Ferrantis Borſetti hiſtoria Gymnaſii Ferrarienſis, ubi in p. 2. lib. 3. pag. 204. multa habentur in laudem Cremonini, & præcipue exploditur ſepulchrale epitaphium, quod ejus juſſu fabulantur ſuper tumulo inſcriptum fuiſſe, nempe. *Hic jacet totus Cremoninus*. Incredibile enim eſt in Eccleſia tam celebri Divæ Juſtinæ Patavii, ubi ſepultus eſt, voluiſſe de ſe talia referre in loco ſacro, & exculto a Monachis Caſſinenſibus, ejus ex aſſe hæredibus. Reliqua omitto, & Lectorem ad Borſettum remitto, cum mihi tantum ſufficiat exſcribere ejus opera; quæ notantur a Borſetto, ſunt autem

*De Cælo, de Senſibus, de calido innato, de Semine, de Anima, dialectica.*

*Lecturas mſſ. ſuper libros Ariſtotelis de Anima.*

*Poeſie Liriche.*

*Diſputatio de Cælo eſt vetita. In Indice libr. probibit.*

Apud me ſunt ex mſſ.

* *Tractatus de ſubſtantiis abſtractis in 4., minutiſſimis literis. Conſtat ex pag. 138.*

* *Orazione attinente al poſſeſſo de' Lettori nell' Univerſità celebratiſſima di Padova.*

* *Oratio habita ſuper præcedentia Cremonæ, Urbi Ticinenſi,* ex qua, ejuſq;

lite-

literis, ea occaſione ſcriptis ſe fatur Cremona oriundum, ut Baruf-faldo oſtendimus.

Ex impreſſis habemus.

*De Immortalitate Animæ ad Cæſarem Specianum Antiſtitem Cremonenſem in 4. Patavii apud Franciſcum Lenium MDCII. ex Officina Laurentii Paſquati.* Quando id opus concors ſit cum enarrato Epitaphio Dicant, qui ſapiunt!

* *Oratio habita Ferrariæ ad Sanctiſſ. D. N. Clementem VIII. Pont. Max. unum ex Oratoribus ad illam Beatitudinem Legatum Pro S. P. Q. Centenſi An. Sal.* 1598. *Centi recuperati primo, menſe Majo, die 27. in 4. Ferrariæ apud Vict. Baldinum.*

*Clorindo, e Valerio Poema.*

*Le pompe funebri d' Aminta, e Clori.*

*Il ritorno d' Amore, overo la Sampogna di Mirtillo, Favola Silveſtre in 4. Venezia appreſſo G. B. Crotti 1622.*

*Le Nubi Commedia*; cujus mſſ. apud Clariſſimum Fontaninum teſtatur Creſcimbenius in primo Volum. vulgaris Poeſis lib. 4. cap. 6. pag. m. 208. quo Lectorem remitto.

* *Il naſcimento di Venezia. Poema in 12. Bergamo per Valerio Ventura &c.* 1617. ex hiſce poeticis operibus quantum Muſis italicis charus fuerit, Lector intelliget.

Permulti de eo mentionem habent, & præcipue P. Ricciolus in Chronologia Tom 4.

Papadopoli in Hiſt. Gym. Patavini. Tom. 1. lib. 3. ſect. 2. cap. 28.

Creſcimbenius idem Commentat. volg. poeſie. Vol. 4. lib. 2. p. m. 123.

Fontaninus in Am. difeſa pag. 148.

Libanorius, Ferrara d'oro part. 3. pag. 75.

Portenarius, Felicità di Padova lib. 7. cap. 4.

Vander Linden de Scrip. Medicis, qui refert Cæſarem ſcripſiſſe Apologiam Dictorum Ariſtotelis de origine, & principatu membrorum adverſum Galenum.

Panninus in excurſu hiſt. Oppidi Centi fol. 44.

Baruffaldus, de quo ſupra in ſua diſſertatione de Poetis Ferrarienſibus claſs. 2. f. 13. eum laudat cum præter alia ſtudia, Poeſi italica delectaretur.

Imperialis in Muſæo hiſt. f. 173. ſcribit anno funeſtiſſimo Peſtis 1630. quo eum dira Mors ſurripuit octogenarium in Urbe Patavina.

Cæſar Graſſus in elog. Vir. Illuſtrium.

Legantur ea, quæ ſcribit eruditiſſimus Joannes Andreas Barottus Ferrarienſis in ejus opere, cui tit. *Difeſa degli Scrittori Ferrareſi, da quanto ha pubblicato contro di loro l' Autore del terzo libro dell' Eloquenza Italiana di Monſignor Giuſto Fontanini di nuova impreſſione*, opus hic circumfertur cum

aliis

aliis Roveredi ut dicitur excuſum anno 1739. in 4. cui itidem tit. *Eſami di varj Autori ſopra il terzo libro intit. l' Eloquenza Italiana di Monſignor Giuſto Fontanini Arciveſcovo d' Ancira*. Legantur, dixi, par. 2. in cenſura ſeptima, ubi defendit acerrime, quæ de Cremonino maligne expoſita fuere circa negationem Animæ Immortalitatis.

Redeo poſt hæc ſcripta ad Amicum Baruffaldum, cum quo de Cremonino plura hinc inde in noſtris Epiſtolis diſceptavimus; nunquam tamen impugnavi nativitatem Cremonini in Oppido Centi, nec Patris ſui; at ſemper inſtiti ſuper iis, quæ ipſemet fatetur in ſuis literis datis Cremonæ Decurionibus, & præcipue ex una diei 4. Septembris ex altera diei 2. Octobris, & ex alia diei 31. Decembris 1621. eidem Amico notis.

Hinc ut jurgia, ceſſent, acquieſco paragrapho ſuæ Epiſtolæ diei 5. Octobris currentis 1740. a me receptæ, quod hic in ſignum pacis exſcribo. *Voi dite che ſiete ſul dar fuori il voſtro terzo Tomo della voſtra Cremona Letterata, e me ne rallegro e l' aſpetto: Ciò che ſiate per fare del Cremonini, io me l' immagino: Voi farete il giudicio di Salomone*, Dividatur, *e così tanto Cremona, quanto Cento avranno la loro parte &c.*

Cæsar Donellus Lollius Cauſidicus Coll. in Patria, cujus nomen omiſſum fuit in II. Tomo, ad cujus laudes ſatis eſſet repetere, quæ de ipſo ſcripſit in tribus Epiſt. eloquentiſſimus Franciſcus Zava noſter, & ſignanter in libro VII. eum vocando ſummum Oratorem, perfectum Philoſophum, muſis annuentibus Poetam proximum celeberrimo noſtro Vida. Ejuſdem mentionem feci in meo libro, cui tit. *Spectabiles Cauſarum Patronos ex inclyto Cremon. Collegio anno* 1554. Verum cum a Creſcimbenio in ſuo libro, inſcripto *L' Iſtoria della volgar Poeſia lib. 5. pag.* 435. *nu.* 174. ſcribat Cæſarem Donellum Lollium Poetam Ferrarienſem, quin referam, nequeo lapſum Creſcimbenii, qui dum vivebat maxima mihi neceſſitudine conjunctus erat, ut ex pluribus ſuis Epiſt. ad me directis, & inter alias Literatorum Amicorum ſervatis. Deceptus fortaſſe ille a cognomento *Lollio*, ex quo Ferrariæ Viri celebres floruerunt. Sitque veritati aditus; in libro enim allegato ab Amico, & de quo loquitur, tit. eſt *Rime di diverſi Autori Eccellentiſſimi lib.* IX. Cremonæ cuſo per Vinc. Contum, ſeu Comitem anno 1560. non apparet vera Patria Donelli Ferraria, ſed potius Cremona, ubi nominat flumen Padi; en ſane majores dilucidationes Hier. Baruffaldus alter amicus, in ſuis de Poetis Ferrarienſibus diſſertat. nihil de Donello. Ferran. Borſettus in ſua plane erudita hiſtoria Gymnaſii Ferran. nihil & ipſe: anno tamen 1648. recenſet Cæſarem Lollium Ferrar. Philoſ. & Medic. Doctorem, & tandem habemus in hoc Templo Divi Dominici ejus Tumulum cum Epitaphio, *Egr. Cauſidici D. Cæſaris Donelli, & Hæredum anno MDLXXX.*

Item in libro vere ſelecto, cui tit. *Rime ſcelte de' Poeti Ferrareſi*. Ferrariæ 1713., nec verbum quidem legitur de Cæſare Donello.

Cæsar

Cæsar Porta, ſive dalla Porta, de quo egimus in ſecundo tomo Cremonæ Literatæ anno 1584. pag. 385., ſed omiſimus ſequens opuſculum; hinc ne depereat memoria, neve incuriæ noſtræ tradatur hæc oblivio, illud ſubjicere bene duximus.

* *Il primo libro del Parto della Vergine di Giacomo Sannazaro, tradotto &c.*

Hæc traductio carminibus, ut ajunt, ſolutis, egregium ſui Auctoris ingenium perhibet; excuſa eſt Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium 1585.

Cæsar Specianus Epiſcopus Cremonenſis, de quo late ſcripſimus in noſtro Cremonæ Literatæ ſecundo volumine ad annum 1591. quo ad Patriæ Epiſcopatum promotus fuit a noſtro S. P. Gregorio XIV., qui cum Nicolaus Sfondratus eſſet, ante ipſum Specianum, Patriæ, & ipſe Epiſcopatum decorabat.

* *Synodum ſuam ſecundam edidit*, ut pariter diximus in alio loco, Anno 1604. licet talis editio reſpiciat tempus præſentis noſtræ Additionis, cui pariter ſuperaddimus extare penes nos autographa nonnullarum epiſtolarum, ac ſcripturarum eidem Speciano datarum, cum ipſe eſſet Nuncius Apoſtolicus, & ad Sacram Cæſar. Majeſt. de Latere Legatus anno 1595., pro componendis jurgiis Capituli Paſſavienſis, nec non ſedandis diſſenſionibus inter Epiſcopum Principem Uratiſlavienſem, ejuſque Canonicos. In epiſtolis, ac aliis ſcripturis Capituli Paſſavienſis præmittitur hæc expreſſio erga Specianum, & nempe *Reverendiſs., ac Illuſtriſs. Princeps D. Clementiſſime*; ſubſcriptio verum *Obſequentiſs. Filii, & Sacellarii Præp. Decanus, Senior, totumq; Capitulum Eccleſiæ Paſſavienſis*. Ubi notandum eſt illud verbum *Sacellarii*, quod explicatur, ut *Saccularius*, ideſt Theſaurarius. Officium Eccleſiæ Romanæ, & Conſtantinopolitanæ, ut ſcribit *Magrius in Vocab. Eccleſiaſtico lit. S.* addens eſſe ex primioribus Officialibus Palatii Pontificii, & ex concomitantibus Sum. Pont. in Equitatu, ubi *Poſt equum*, ſcilicet S. Pont. *vero hi ſunt, qui equitant Vicedominus, Veſtiarius, atque Sacellarius*, & in Eccleſia Conſtantinopolitana numerantur Sacellarii, ſecundo loco primi ordinis Clericalis, qui curam habebant ſuper diſciplina, & obſervantia monaſteriorum. In Onomaſticho explicantur Sacelli Præfecti, ſeu Cuſtodes; mirum tamen eſt, cum hæc ſit dignitas, quomodo ita ſe ſubſcribant illi Canonici in ſignum reverentiæ?

Ad eumdem Specianum plures epiſtolas manu propria ſcripſit Sanctiſſimus Card. Archiep. Carolus Borromeus anno præſertim 1578. tom. XV. part. 2. ſervato in Bibliotheca Ambroſiana, ut ex ejus eruditiſſimo Præſide Joſ. Ant. Saxio habuimus.

Cum ad noſtras manus devenerit, quædam epiſtola mſſ. Homoboni Offredi J. C. Collegiati longe clariſſimi, directa Cremonenſium Juris Conſultorum Equitum, Comitumque Collegio in laudem Jo: Baptiſtæ Speciani Genitoris noſtri Cæſaris, de quo egimus

ctius in II. noſtræ Cremonæ Literatæ Volum. Lubet hic exſcribere, quæ de Cæſare leguntur. *Utinam non periiſſent multa, quæ ſapientiſſime, atque eloquentiſſime variis temporibus dictavit, [ ſcilicet Jo: Baptiſta ] & ſcripſit. Haberemus profecto ſpirantem in ejus ſcriptis effigiem, ac vivam quodammodo ſimulachrum doctrinæ illius, atque prudentiæ, quam cum ſupertes eſſet Summi Dynaſtæ, ipſe etiam ingentis Nominis Imper. Carolus V. admirabatur. Verum enim vero etſi perierunt, quæ literis conſignavit; vigent tamen, ac vigebunt ad poſteritatis memoriam ſempiternam, quæ factis expreſſit. Vigent etiam inſigniori quadam ratione in Cæſare filio noſtræ Urbis vigilantiſſimo Antiſtite illius virtutis, ac ſapientiæ argumenta, & ſane verius, quam in mutis literarum monimentis, ut enim Pater tota Ciſalpina Gallia fuerit aliquando celeberrimus, Filius tamen ad Reges, atque Imperatores Auguſtiſſimos Summorum Pontificum Nuncius univerſam Germaniam, Hiſpaniam, Italiam ſua virtute complevit ac nunc egregia tum naturali, tum maximarum rerum uſu comparata prudentia, fortitudine, conſtantia, æquitate, munificentia, & exculta quadam liberalitate præſidium eſt firmiſſimum, ac noſtræ ornamentum ſingulare Civitatis &c.*

Addendum quoque ex P. D. Jo: Bagatta Cler. Reg. Theat. in Vita Ven. Urſulæ Benincaſæ part. 1. cap. 15. pag. 107. quod cum Romæ adeſſet Cæſar Specianus, tunc utriuſque Signaturæ Referend. & a Secretis Congr. Ep. & Reg. fuit ipſe anno 1581. una cum Sancto Viro Philippo Nerio electus a S. P. Gregorio XIII. ad inquirendum de vita, & moribus tantæ, ac adeo præclaræ Mulieris, qualis erat prælaudata Ven. Urſula.

Ex ingenita diligentia doctiſſimi Amici noſtri Lud. Antonii Muratorii Bibliothecarii Sereniſſimi D. Ducis Mutinæ in libro, quem edidit Mediolani in 4. anno 1736. cui tit.

*La Filoſofia morale eſpoſta, e propoſta ai Giovani*, addidit in fine.

*Scelta d'alcuni avvertimenti morali finora inediti di Monſignor Ceſare Speziano già Veſcovo di Cremona*. Opuſculum vere admiratione dignum.

Laudatur a Michaele Obſtrachovitſch a Gorytza Oratione, & Carminibus eidem dicatis. Pragæ excuſa per Daczicenum 1593.

Permultæ tanti Præſulis laudes leguntur etiam in Oratione inſcripta

*Deploratio in obitu Cæſaris Speciani. Auctore Labentio Rotopicenſi. Mediolani apud Pontium, & Piccaleam 1607. in 4.*

Cyriacus Roccius Romæ ortus, verum ex antiqua Cremonenſi Familia, in qua præ cæteris anno 1385. floruit Novellus Roccius inter Nob. Decuriones; ſumma ingenii claritate emicuit Viterbii, primo & Ferrariæ Prolegatus, Nuncius apud Helvetios, ac anno 1630. die 10. Aprilis Nuncius itidem Apoſtolicus apud Ferdinandum Imperatorem, pro pace componenda inter Principes circa Mantuani Ducatus Succeſſionem. Anno 1633. Cardinalis publicatur, quo tempore cum eſſet Viennæ, ſuis in literis inferius ponendis,



Digitized by Google

Cremonam Patriam ſuam appellat. Poſt Purpuram adeptam Urbinatenſi Legationi præficitur, perfectoque triennio in ſui diſceſſu maximam de optimo regimine memoriam reliquit. In Sede vacante Urbani VIII. Succeſſor ejus ab omnibus acclamabatur. Obiit die 25. Septembris anno 1651. ſepultus in Eccleſia ſua titulari S. Servatoris in Lauro.

Multa de eo ſcripſeram, quæ incendio, ut ſæpe diximus, fuerunt ſublata.

En epiſtolæ enunciatæ ſervatæ in Patriæ Archivio anni 1633. inter epiſtolas num. 98. & 99.

*Illuſtriſſimi Signori.*

*La grazia di N. Signore con eceſſo di benignità s' è compiaciuto farmi col promovermi al Cardinalato, accreſce infinitamente la mia privata contentezza per la ſperanza di aver acquiſtato qualche abilità di potere con l' eſempio de' miei Antenati far apparire l' ottima mia diſpoſizione verſo coteſta Città, e Patria. Vengo però a partecipare alle SS. Loro Illuſtriſſime queſto mio felice ſucceſſo, promettendomi la loro corteſia, che ſi compiaceranno ſentirne abbondantiſſima allegrezza per più riſpetti. Reſta ſolo, che ſi diſpongano a porgermi occaſione di ſervirle, ſi come mi offro a fare con tutto l' animo, ſicuri, che con la prontezza dell' opere procurerò di ſoddisfare pienamente per beneficio di coteſto Pubblico al proprio, ed ereditario obligo mio; ed alle SS. Loro Illuſtriſſime prego da Dio ogni vera proſperità.*

*Di Vienna 24. Dicembre 1633.*

*Delle SS. VV. Illuſtriſs.*

in calce *Signori Deputati al Governo di Cremona.*

ſottoſcr. *Affezionatiſs. per ſervirle ſempre*

C. Card. Rocci.

*Illuſtriſſimi Signori.*

*Accreſce molto la mia privata conſolazione l' umaniſſima lettera delle SS. VV. Illuſtriſſime con la quale anno voluto parteciparmi l' allegrezza, che indifferentemente provano tutti i Cittadini per la mia Promozione al Cardinalato, della quale ſtimando io quanto devo l' origine, che ho da coteſta Città, mi trovo già aver dato a loro Signori parte con altra mia, ſicchè altro per ora non mi reſta, ſe non dir loro il mio gradimento di queſta pubblica dimoſtrazione; che da loro ſi fa meco per così felice ſucceſſo. Piaccia a Dio, che queſta Dignità mi dia maggiore abilità di*

poter

Digitized by Google

*poter ſervire al pubblico, ed a' privati, che così conoſcerà ciaſcuno la ſtima, che ſempre ho fatto della Patria, e delle SS. Loro Illuſtriſſime, alle quali prego da Dio ogni compito bene.*

*Di Vienna 30. Dicembre 1633.*

*Delle SS. VV. Illuſtriſſime.*

in calce *Signori Preſidenti al Governo di Cremona.*

ſottoſcr. *Affezionatiſs. per ſervirle ſempre*

C. Card. Rocci.

In ſecunda Centuria Epiſtolarum Jo: Baptiſtæ Lauri illa nu. 24. eſt directa Cyriaco in gratulatione ejus Sororis Nuptæ Jo: Baptiſtæ Verallo Cardinalis Veralli Fratri.

M. Ant. Bonciarius humaniorum literarum Præceptor in Un. Peruſina pariter in ſuis epiſtolis num. 40. habet Cyriacum militaſſe & legibus, ac humanioribus literis Peruſii ſub ſua diſciplina.

Proſper Mandorius Eques in ſua Bibliotheca Romana, quam in incendio amiſſimus, plura ſcribit tam de Cyriaco, quam de Bernardino Roccio Nepote itidem Cardinali, de quo ſupra.

Cosmas, ſeu Cosma Raymundus, ille eſt de quo ſcripſimus in primo tomo noſtræ Cremonæ Literatæ ad annum 1450. pag. 268., verum cum ad manus eruditiſſimi Petri Canneti Abbatis Camaldulenſis cui multum debent mea ſtudia, devenerit Codex manuſcriptus ſæculi XV. in quo multa opuſcula Hominum illius ævi Literatorum, & præcipue Gaſparini Bergomatis, Poggii, Leonardi Aretini, Blondi, Guarini, Antonii Luſchi, Cardin. Gherardi Landriani, Philelphi, Vegii, & Panormitani, inter quæ ſequentes noſtri Coſmæ epiſtolæ, quæ non extremum occupant locum, ſic inſcriptæ.

*Epiſtola Coſmæ Raymundi Cremonenſis ſuper allatis in Italiam rumoribus de Joanna puella Galliæ Paſtorali.*

1. *Clariſſimo, atque ornatiſſimo Viro, omniumque optimarum artium peritiſſimo D. Johanni Corvino Aretino Ducali P. C.*

2. *Reverendiſſimo in Chriſto P. & D. Viroque Sapientiſſimo D. J. Cæſarino Cardinali dicto S. Angeli, Conciliique Baſilienſis Legato promeritiſſimo, Ex Avenione idibus Octobris anno Chr.* 1432.

3. *Bartholomæo Senenſi, in qua inter alia legitur. Quamobrem non mediocri me affecit voluptate Thomas de Milio Cremonenſis meus, cum ab eo quærenti mihi eſſes ne adhuc cum R. P. & D. Archiepiſcopo Mediolanenſi, & eſſe, & bene valere reſpondiſſet &c. Ex Avenione* VII. *Kal. Octobris* 1432.

4. *Eidem Bartholomæo Senenſi, in qua notandum eſt. Ego certe quotieſcumque a meis mihi legum ſtudiis aliquid erit otii, vel negotioſus quoque ad te ſcribam &c.*

5. Ma-

5. *Magnifico, ac ſplendidiſſimo Militi, Viroque ſapientiſſimo D. Johanni Cadarti Domino Belleviſus Conſiliario Regio, in qua notatu digna ſunt hæc: Miratus ſæpe ſum, atque iterum miror, Miles ſplendidiſſime, quid nam ſit, & unde accidat, ut Provincia Galliæ, quæ in omni genere optimarum artium, & diſciplinarum ſemper floruit, præſertim in Philoſophia, una omnium maximam, in qua ſummum ſit ornamentum dicendi peritiam, atque orandi facultatem incognitam prorſus habeat, & pene contemptam. Neminem enim audio veſtrorum Hominum ſtudere vehementius eloquentiæ, & uſurpare priſcum illum dicendi morem, & Oratorum, ſed verſari in genere dicendi interrupto, atque incompoſito, minimeque eruditis Viris digno &c.*

Hodie non hæc ſcriberet Coſmas, cum apud Gallos Ars Oratoria efflореſcat, ut ipſi poſſint in toto terrarum Orbe in literis humanioribus eſſe magiſtri.

Ex illa quarta epiſtola arguitur Coſmam fuiſſe Legum Lectorem in Univerſitate Avenionenſi, & in tertia ſcribit. Urbs hæc, ſcilicet Avenio, celeberrima Alumna maxima ſtudiorum, quæ literas omnes, & doctrinas excoluit ſemper hominibus ſapientiſſimis refertiſſimum gymnaſium tenuit &c.

In Bibliotheca Ambroſiana inter mſſ. lit. S. nu. 290. *Exhortatoria ad Fr. Antonium Raudenſem Mediolanenſem Minoritam, ut edat librum de Imitationibus eloquentiæ.*

*Carmina ad Nicolaum Arcimboldum, ex quibus liquet Raymundum fuiſſe Poetam.*

Curtius Manaria Sacerdos probitate perſpicuus, typis tradidit.

* *La Pietà di Cremona, overo Relazione del Funerale Famoſo, celebrato in ſuſſidio delle Sante Anime del Purgatorio colla Comunione Generale fatta al medeſimo fine nella nobiliſſima Cattedrale di Cremona la Domenica quarta di Quareſima MDCXXXVI.*

Damianus Cossalus Regulam Somaſchenſem ſolemniter profeſſus eſt die 19. Auguſti 1629., excelluit in humanioribus literis; quas in Academiis Nobilioribus docuit, lectiſſimos libros collegit, quos per varias ſuæ Congregationis Bibliothecas diſtribuit, in quibus adhuc ejus nomine obſignati reperiuntur; ſcripſit quamplura Epigrammata etiam typis impreſſa, & valde nota P. D. Joſepho Hieronymo Sementio, tunc ejuſdem Conclerici, ut ipſemet mihi teſtatus eſt.

Ejuſdem leguntur duo Elogia in obitu Eminentiſſimi Principis, & Epiſcopi Card. Caroli Emanuelis Madruccii Tridenti, ibi excuſa.

Deodatus Scalea Prædicatorum Ord. adſcriptus, Nepos Deſiderii S. R. E. Cardinalis, cujus erit mentio, Philoſophiæ, ac Theologiæ Magiſter, ac celebris Orator Evangelicus. Anno 1625. ab Urbano VIII. S. P. per dimiſſionem Lazari Caraffini Cremonenſis ad Epiſcopatum Melphienſem promotus eſt, cum eſſet ætatis annorum 32. & ab eodem S. P. anno 1643. ad Inſulam Alexandrinam in Mediolani Dominio. Edidit.

* *Mel-*

Digitized by Google

* *Melphienſis, ac Rapollenſis Eccleſiarum Synodales Conſtitutiones celebr. anno 1635. Venetiis apud Andraam Baba 1638. in 4. quarum in calce legitur Tabula Epiſcoporum S. Eccleſiæ Melphienſis, in qua recenſentur ſucceſſive quinque Epiſcopi, Patria Cremonenſes, præter Placidum de Marra Neapolitanum, & ſunt.*

*Marcus Antonius Amidanus* 1591.

*Matthæus Brumanus Can. Reg. Nicomediæ Ep. Amidani ſucceſſor.*

*Deſiderius Scalea exinde Cardinalis* 1621.

*Lazarus Caraffinus* 1622. &

*Deodatus, qui ſupra. Ex ejus ſcriptis habemus:*

*Giudizio ſopra l' Iſtoria del Bentivoglio, ut in Bibliotheca Sluſiana pag.* 534.

Desiderius Arisius Frater meus dilectiſſimus Hieromonachus Hieronymianus Congregationis Inſubriæ, non ſine magno labore ingens ſcripſit volumen, mihi dono datum, cui tit. in fol.

* *Accademia de' Pittori, Scultori, ed Architetti Cremoneſi*, in quo demonſtrat prolixe, & erudite ducentos trigintaquinque Cives Cremonenſes in Pictura, Sculptura, & Architectura inſignes. In totum periiſſet tantus labor in incendio ſæpiſſime enarrato, niſi prima exemplaria, quæ ipſe retinebat in Monachio S. Sigiſmundi, penes ſe; poſt ejus obitum ſequutum die 31. Julii 1725. mihi per ejuſdem PP. Comonachos benigne tradita fuiſſent; in quibus etiam reperi aliud opus, de quo erat mentio in Academia, ſcilicet.

* *La Galleria delle Pitture inſigni, che ſono nelle Chieſe, e Luoghi pubblici di Cremona in fol.*

Edidit ſequens opuſculum a multis in Patria deſideratum.

* *Andreæ Guarnæ Salernitani Cremonenſis Bellum Grammaticale dilapſis ferme duobus ſæculis Patriæ typis redonat. D. Deſiderius Ariſius &c. & dedicat Reverendiſſimo P. D. Romano Merigho Claſſenſis Aſceterii Ravennæ nunc S. Romualdi de Urbe Abbati Spectatiſſimo, nec non totius Ord. Camaldulenſis Generali Procuratori meritiſſimo. Cremonę 1695. typis Fratrum de Zannis in* 8.

Laudatur ab Abbate Bacchino *in Ephemeride Literatorum anni 1696. Mutinę excuſa 1697. pag. 128. nec non*

A Joanne Cinello Calvolo *in Pluteo* XIV. *ſuæ Bibl. Volantis in tertio tomo, ut ajunt, Galleria di Minerva, per Albritium Venetum pag.* 266.

In gratiam antiquitatis dicta ſint, quæ idem Frater meus refert in ſua Pictorum, & Architectorum Academia, italice ut vidimus ſcripta, ubi de Julio Campo peregregio Cremonenſi Pictore ſermonem habet; refert, inquam, dum in elegantiorem, & novam formam, ut ajunt, *alla Romana*, redigebatur Ara major Templi Monaſterii S. Sigiſmundi, in quo ipſemet Frater meus tunc degebat; cum ad id opus perneceſſe fuiſſet effodere pavimentum prope Aram, die 5. Julii anni 1710., detectus, & effoſſus fuit lapis marmoreus



Digitized by Google

albeſcens, in cujus medio exculptæ videbantur imagines SS. Hieronymi Doctoris, & Sigiſmundi Regis; in parte vero poſtica Ducalia inſignia Domus Vicecomitum, & Sfortiadum, & binæ literæ B. M. Blancæ Mariæ nomen indicantes, cum ſequenti ſculpta inſcriptione.

*Illuſtriſſima, & Excellentiſſima Domina Domina Blanca Maria Vicecomes Duciſſa Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitiſſa, ac Cremonæ Domina Fundatrix extitit hujus Almi Monaſterii Ordin. Monachorum Heremitarum S. Hieronymi. Quod inceptum fuit Anno ab Incarnatione Domini* 1463. *die* xx. *Junii, & prius intitulatum erat S. Sigiſmundi, juxta quod de anno* 1441. *die* 29. *Octobris præfata Domina deſponſata fuit Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Franciſco Sfortiæ Vicecomiti Cottignolæ, & Ariani Comiti, Marchiæ Anconitanæ March., Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Confalonerio, ac Illuſtriſſimæ tunc Ligæ Capitaneo Generali, nunc vero Duci Mediolani. Quod quidem Monaſterium, & Eccleſiam ad laudem Dei, & ob ſpecialem Devotionem ſuam, ut eſt, fabricari fecit, & lapidem hunc ipſamet ſolemniter depoſuit, Anno, & die ſupraſcriptis.*

Die vero 18. ejuſdem menſis repoſitus fuit lapis, cui ſupra hæc duo carmina a Fratre meo contexta.

*Hic latet inſculptum Franciſci nomine ſaxum,*
*Conjugis & Blancæ, quæ Clauſtra erexit, & Ædem.*

Ex hac Congregatione Hieronymiana Cremonenſes floruerant Horatius Maghenzanus, & Michael Angelus Maloſſus a P. D. Pio Rubeo in ſuis Commentariis S. Hieron. cap. 10. vocati celeberrimi Viri, Doctoreſque Theologi; & in Epiſt. nuncupatoria ejuſdem libri notat Maloſſum Virum acris, & ferventis in ſcholaſticis præſertim ingenii.

Desiderius Scalea, Vir præſtantiſſimus Ord. Prædicatorum S. T. M. clariſſimus, Inquiſitor Papiæ, deinceps Cremonæ, demum Mediolani, a Paulo V. S. P. Commiſſarius Generalis S. Officii de Urbe electus, qui pariter illum præfecerat Inſulæ Melphienſi, & Comenſi, & anno 1621. die 11. Januarii S. R. E. Cardinalis ab eodem S. P. creatus. Quantum Patriæ ſuæ morem gereret, dignoſcitur non tam ab epiſtolis Urbi Cremonæ ſcriptis, quam quod in aliis rebus ſe hoc modo ſubſcribebat. *Il Cardinale di Cremona.* Non pauca de tanto Viro olim ſcripſeram, quæ in terribili Domus meæ incendio periere. Ejuſdem Cardinalis præter alios meminit citatus P. Rovetta ad annum 1639. quo die 17. Auguſti ad Superos migravit, ætatis ſuæ annorum 71. Multa tamen omiſit, & eum vocat tantum Conventus Cremonenſis Alumnum, ac recenſet tantum hæc opera.

*Codicem Orationum lepidiſſimum.*

*Librum diverſorum Carminum.*

*Tractatum ſive Praxim procedendi in cauſis Fidei.*

*Inſti-*

Digitized by Google

*Inſtitutionem de modo formandi proceſſus in cauſis ſtrygum, atque maleficiorum, &*

*Codicem, ſeu Seriem Cauſarum ad S. Officium ſpectantium*, cujus exemplar mſſ. penes me aſſervabatur, verum in incendio enarrato combuſtum. Quæ Cauſarum Series ab Auctore exarata italico ſermone, latine typis Florentinis, edita fuit a Patre de Nigris Ord. Minimorum S. Franciſci.

Ejuſdem quoque meminit P. Vincentius Maria Fontana in Theatro Sacro Domenicano pluribus in locis, & alii ejuſdem Ordinis Chronographi, & præcipue legendus eſt liber P. Jo. Mich. Cavalerii, cui tit. *Gallerìa di Som. Pont. &c.* Beneventi 1696. in 4., tomo ſecundo pag. 235. & ſeq. ubi plura de noſtro Deſiderio ſcitu digna.

Dum Ferrariæ verſarer iturus ad Sacrum Alverniæ Montem anno 1719. die 10. Maii, Amicus meus eruditiſſimus Hieronymus Baruffaldus in illius Urbis Univerſitate Anteceſſor dono mihi dedit librum in 4. cui tit. *Sette Canzoni di ſette Famoſi Autori in lode del Serafico P. S. Franceſco, e del Sacro Monte della Verna, raccolte da F. Silveſtro da Poppi Min. Oſſ. in Fiorenza* 1689. Inter quæ, carmina ſecundo loco poſita exhibent hunc tit.

* *Affetto eſtatico alle Stimate di S. Franceſco*; hinc donum mihi fuit gratiſſimum, tum quia ab Amico factum, cumq; de Sacro Monte agebatur, ad quem greſſus meos devote dirigebam.

Extant penes me ejuſdem Scaleę opuſcula, quibus tit.

* *Sermone ſopra le Sante Reliquie della Chieſa di S. Domenico di Cremona.* Ibi per eumdem Barucinum Zanni 1595. in 12.

* *Symbolica Hippolyti Mythologia. Cremonæ ex typographia Barucini Zanni* 1594. *in* 4. in hoc opuſculo ſe appellat a Brixia, & de hoc, videbimus infra. A Jacobo Echard in Bibliotheca Fratrum Ord. Præd. Pariſiis edita refertur elegans elogium in laudem Dominici Bollani Epiſcopi Cydonienſis, ex Ordine pariter FF. Prædicatorum, ejuſque antiquiſſimæ Familiæ, novem paginas implens, ab eodem Scalea concinnatum, & editum in Hiſtoria Urceana P. F. Dominici Codalii conſodalis ejuſdem. In Eccleſia S. Caroli Almæ Urbis, cujus erat titularis legitur hoc epitaphium.

*D. O. M.*
*Deſiderii Scaleæ*
*Ex Prædicatorum Familia Cardinalis*
*Vita, dum deſideratur, eripitur,*
*& quod de eo condi poterit*
*ſub marmore jacet,*
*Cæterum eximiæ ejus virtutes*
*Per ora volant*



Digitized by Google

*Fr. Deodatus Scal. Epiſ. Alexandrin.*
*Avunculo Beneficenti*
*Grati animi exiguum Argumentum*
*P. Ann. S. MDCLIII.*

A nonnullis appellatur Brixienſis, cum natus ſit Brixiæ, Genitore nimirum Cremonenſi, Brixiæ, ut audivimus, in cauſam criminalem, tunc agente; Quæ ſequuntur habuimus a Reverendiſſimo P. S. T. M. Hermenegildo Todeſchini Cremonæ Generali Inquiſitore vigilantiſſimo.

In libro Conventus S. Dominici Cremonæ ſervato in ejuſdem Archivo, cui tit. *Liber recipiendorum ab anno* 1525. *uſque ad annum* 1658. *pag.* 5. *t.*

1584. *Fr. Deſiderius de Cremona in ſæculo vocatus Joannes Baptiſta, Filius Domini Joannis Pauli de Scaliis, qui natus eſt, & baptizatus Brixiæ in Parochiali S. Clementis die* 26. *Septembris* 1568. *receptus fuit ad habitum Clericorum unanimi voto Patrum, ac totius Capituli per R. P. Dominicum Bazardi de Treviato Magiſtrum, & Priorem die* 14. *Auguſti* 1584.

*In margine paginæ leguntur ſequentia.*

*Nota - Fuit creatus S. R. E. Cardinalis a SS. D. N. Paulo V. die* 11. *Januarii* 1621. *Vivat diu felix.*

*Idem P. Rovetta Brixienſis in ſuo opuſculo, cui tit.* Anima totius Alanei operis *pag. mſſ.* 424.

F. Deſiderius Scalea Cardinalis de Cremona nuncupatus Ordinis Præd. jurium Confraternitatis Roſarii adeo defenſor, ut in publica congregatione DD. Eminentiſs. Cardinalium pluries in privilegiorum ejuſdem manutentione inſudaverit. In una Bononienſi ex Petro Lavvet. in Theſauro Roſarii pag. 155.

Dominicus Capra Alexandri celebris Architecti Filius, Vindobonæ degens ſub auſpiciis Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis, cui ob ejus præſtantiam in mathematicis militaribus charus admodum fuit; antequam e Patria receſſiſſet. Typis tradidit Bononiæ per Jacobum Monti 1685. in 4.

* *Il vero riparo, il facile, il naturale per ovviare, o rimediare ogni corroſione, e ruina di Fiume, e Torrente, abbenchè giudicata irremediabile. Dottrina pratica tanto neceſſaria, quanto è caro ad ogn'uno il ſaperſi difendere con poca ſpeſa, ed infallibilmente utile, dalle ruine dell'acque. Eſpoſta a beneficio di tutti, e ſimili danneggiati, e maſſime della Città di Cremona &c. dedicata in tributo di figliale offerta alla medeſima.*

Ejuſdem Dominici mentionem feci in epiſt. ad Lectorem, ubi de Aggeribus, & Dugalibus, editus fuit liber Cremonæ, typis Ricchini anno 1713.

Dominicus Pueronus ex Olivetana Familia S. Mariæ Novæ de Urbe Abbas, & aliquando ſui Ordinis Rector Generalis, magni nominis

Digitized by Google

nominis Theologus, nunquam peritura doctrinæ ſuæ monimenta poſteris tradidit.

*Commentaria in univerſam Bullam Cænę Domini, quæ S. P. Alexandro VII. dicata prodierunt Romæ ex Officina Ignatii de Lazaris 1666. in fol. evo anno ibidem prodiit in 4. ejuſdem, iiſdem typis.*

*Iter cœli per ſemitas Viæ Purgativæ, Illuminativæ, ac Unitivæ cunctis Chriſtianæ Perfectionis ſtudioſis peragendum, iiſque neceſſarium æque, ac perjocundum.*

*Inſtitutionum de Regularium Ariſtocratia Tomis quatuor comprehenſarum, [quorum duo ſecundus, & quartus penes me ſunt] Tomus primus. Senis apud Bonettos 1632.*

* *Tomus ſecundus dicatus S. P. Urbano VIII. Bononiæ 1633. in 4. in quo de myſtico ipſius Cœli Empirei Pontifice Optimo Maximo graviores controverſiæ elucidantur.*

* *Tomus quartus eidem S. P. dicatus. Florentiæ ex typographia Lanzinea 1633. in 4., in quo ad Pontificis Summi myſtici noſtri Empirei poteſtatem contemplandam Bulla Cœnæ Domini SS. D. N. Urbani Papæ VIII. lecta anno MDCXXI. ad Canonem uſque XI. Commentariis illuſtratur.*

Nec minus Profeſſor, quam promotor eruditionis Viris doctis pro viribus contulit; quamobrem ad ipſam extant directa Literatorum opera, inter quæ epigrammatum, aliorumque alterius generis Carminum Hortenſii Sorii Veronenſis liber, quem Bononiæ excudit Clemens Ferronius 1632. in 4.

Memoratur a Laur. Legato *in fragmentis ſui Lycæi Herculis lit. D.*

Blateret, ut vult notiſſimus ille Apoſtata, & Abderologus, quem vituperat Menchenius in Charlataneria eruditorum pag. m. 191., & ſcilicet Gregorius Letus in ſuo IV. tomo, *Italia Regnante,* nuncupato pag. 455. ſcribendo de Abbate Minutillo ejuſdem Congregationis Olivetanæ, quod Abbas Generalis Pueronus, tanquam Plagiarius uſurpaverit nonnulla ejuſdem Minutilli opera, ex auctoritate Superioris, qua ſupra eum pollebat, de hac putida calumnia in quarto tomo meæ Cremonæ Literatæ, quamplura congeſſeram, Leti miram audaciam riſu potius, quam argumentatione retundebam; verum ab incendio ſæpius enarrato conſumpta una cum libris ejuſdem Leti periere.

Forſan Gregorius fabulam hanc bibit a Secundo Lancellotto ejuſdem Congr. Olivet. Alumno, & Hiſtorico, qui hoſtem acerrimum in quodam ejus manuſcripto contra Pueronum ſe oſtendit, oblitus religioſæ Fraternitatis, & reverentiæ Superiori ſuo debitæ; non ita egit Adrianus Bancherius Bononienſis Abbas, & ipſe Olivetanus in epiſtolis Harmonicis, quinis ad eum, & uni ad ejuſdem fratrem Germanum Mich. Angelum Pueronum ejuſdem inſtituti pariter Abbatem ſcriptis. Laur. Lag. in Lycæo Herculis mſſ. ut ſupra.

Iſidorus Ugurgierius in ſuo libro, *Pompe Saneſi,* inſcripto part.



Digitized by Google

1. pag. 277. eum laudat. *Breſſianus in Vit. Rauv.* addit a Paſtore ſcriptum fuiſſe.

*De Prælatorum electione.*

*De Abbate Regulari, quo ad Pontificalia.*

*De Abbate Ordines conferente.*

*De Regularium Perſonarum, & locorum exemptione ab Epiſcoporum viſitatione.*

*De Conſervatoribus Regularium &c.*

DOMINICUS de ZANNIS Sacerdos ſecularis, latinis carminibus, aliiſque virtutum ornamentis clarus, præcipuum ſcripſit inter alia cum adhuc eſſet Clericus opus, cui tit.

* *Lyra Davidica, Officium B. M. Virginis, & Defunctorum cum Pſalmis Gradualibus &c. Pœnitentialibus &c. Elegiaco idiomate elucubratum.*

*Id manuſcriptum penes me ſervatur ab eodem Auctore dono acceptum.*

*Paraphraſis integra celeberrimi Poematis Torquati Taſſi*, opus laborioſiſſimum, cuidam Inclyto Principi dicatum, adhuc prælum ſuſpirans.

Italice ſcripſit, & in Cremonenſi Academia anno 1711. die 5. Martii habuit.

* *Diſcorſo ſopra la ſeconda ſtrofa della Canzone del Petrarca, che comincia. Vergine bella, che di Sol veſtita,* eſt penes me miſſ.

DOMINICUS MARIA ZANNI S. T. L. ex ſacra Prædicatorum Familia, ac ſemel Prior Patrii Cœnobii S. Dominici, ſcripſit, & vulgavit.

* *Sermoni ſopra gli Evangeli, e Feſte di tutto l'anno per promovere la divozione del Santiſſimo Roſario. Cremonæ per Franciſcum Zanni 1689. in 4.*

* *Parte ſeconda. Sermoni del Roſario nelle Feſte de' Santi di Precetto. Ibidem.*

* *Breve Compendio della Vita del Santo Pontefice Pio V. della Nobiliſſima Famiglia Ghisleri dell'Ordine de' Predicatori, poſto nel Catalogo de' Santi l'anno 1712. Mantuæ 1712. per Albertum Pazzonum.*

Obiit nocte diei 9. Octobris 1731.

* *Proteſte fatte con l'occaſione delle Sante Miſſioni nella Quadrageſima dell'anno 1695. in S. Domenico di Caſtello nella Città di Venezia, ibi impreſſæ in 4. & in 24. anno ſequenti, dum Auctor erat Concionator in Eccleſia S. Jacobi dall'Orto.*

DOROTHEA de GOLDONIS, in ſæculo Lucretia Jo: Franciſci Viri Patricii, & Patriæ Decurionis Filia, Sacrum Sanctimonialium Capucinarum Clauſtrum ingreſſa anno 1630. Annorum ſexaginta quinque ſpatio innocentiæ, pietatis, & præcipue humilitatis virtutibus vitam tranſegit. Anno ſiquidem 1695. die 17. menſis Februarii in Domino piiſſime obdormivit, non abſque aliquibus Sanctitatis inditiis præclara; Divino Bibliorum libro delectabatur,

ut

Digitized by Google

ut de in eo contentis cum Theologis apprime diſceptaret cœleſti lumine plena, ex ſuis mſſ. opuſculum apud ſuas Conſodales ſervatur.

*Modo dilettevole per preparare nell' Anima noſtra un Giardino per invitare il Celeſte Spoſo, cui tit. Veniat dilectus meus in Hortum ſuum.* Cant. 17.

Hic ſuper verſiculis Cant. Cantic. diſcurrit de Sepe, de Plantis, de Floribus, de Fructibus, ea omnia applicando ad Animas præcipue Virginum dicatarum.

Ampliſſimi Mœcenatis noſtri fuit Proamita. De ea nimirum latiori calamo opus, nec labor noſter, Deo Dante, inanis erit. In Proemio II. Tomi ejuſdem memini pag. XII.

Interim, hoc loco, Filiæ meæ dilectiſſimæ memoriam facio, in iiſdem clauſtris incluſæ, jam triginta annos, & ultra, Mariæ Victoriæ nomine obſignata, qua occaſione ejus primi ad Seraphicam Januam acceſſus (Lector Amori Paterno parcat) edita fuerunt hæc carmina italica.

*Figlia, dove ne vai: troppo è ſpinoſa*
*La via, che appreſti al tenero tuo piede!*
*Nel chioſtro, a cui t' inoltri [oh Dio] ſi chiede*
*Donna d' anni più forte, e generoſa.*
*Riſpondi verſo me quaſi ſdegnoſa,*
*Padre non dubitar della mia fede:*
*Sarò ſalda, e coſtante: a me concede*
*Intrepido valor chi a ſe mi Spoſa.*
*Figlia, mentre ritorno a ricercarti,*
*Per conſolar queſto mio core appieno;*
*Tu col Piagato Eroe ti abbracci, e parti.*
*Figlia, vò dirti un' altra volta almeno*
*Sì dolce, e caro nome: indi laſciarti*
*Del tuo, del mio gran Padre unita al ſeno.*

Latine hæc carmina reddidit Homobonus Xaverius Auctoris Filius.

*Quò te vota trahunt? Imbelles comprime greſſus*
*Filia: quam calcas, eſt via plena rubis,*
*Crede mihi, quæ Clauſtra petis, majora repoſcunt*
*Robora, quam ſimplex corde Puella fovet.*
*Ne Genitor dubites: tenui commota ſub ira*
*Inquis: ſervabo tempus in omne fidem.*
*Intrepidum pectus, vegetis ac viribus aptum*
*Me cupiens Sponſam, præbuit ipſe Deus.*
*Filia dum læta rurſus te voce requiro;*
*Auſpice Franciſco, tecta paterna fugis.*
*Filia adhuc ſemel, hoc te charo nomine dicam,*
*Perge exinde meo, ac cum Patre juncta tuo.*

ÆMILIA de GUARNIERIIS Uxor mea dilectiſſima non procul a Filia Capucina, ſuperiori loco memorata, condigne a me reponenda, in Feſto enim Filiæ Profeſſionis emiſſæ, ab ea editus fuit liber, cui tit.

* *Cantici per le Sacre Vergini Capuccine di Cremona, in occaſione della ſolenne Profeſſione di Suor Maria Vittoria, al ſecolo Geneviefa Saveria Ariſi. Cremonæ typis Bartholomæi Cariſſimi anno 1709. in 12.*

In eo continetur Flaſciculus Florum varii generis, in quibus alluditur B. V. Deiparæ titulis, ut plurimum ex deſumptis a S. Brigitta in tertio libro Revelationum cap. xxx.

Plura hic de ea ſilere me cogit amoris exceſſus, dicam tantum in ejus obitu die 27. Januarii anno 1725. ſequuto, ſic in mei ſolamen id morticinium ſcriptum fuiſſe a P. Joſepho Maria Ferrarino S. T. M. Ord. Præd., S. Officii Mediolani tunc Commiſſario.

*L' Alma sì pia della gentil Conſorte,*
*Che fu poc' anzi a te dal Ciel rapita,*
*Giunta al piacere dell' eterna vita*
*In un breve ſoſpir, che a noi par morte!*
*Ella ancor t' ama, e con più lieta ſorte,*
*E teco pure col ſuo cuore unita,*
*Che la prima ſua fiamma al Ciel ſalita,*
*Fuori del proprio fral è aſſai più forte.*
*Nuovo non è della tua fede il vanto,*
*E in mirando il pallor del meſto volto,*
*No, non vorrebbe, che piagneſti tanto.*
*E dice, o caro, lagrimaſti molto,*
*Onde per premio di sì largo pianto,*
*Quà un dì ſarai con meco* A' RISI *accolto!*

En meum reſponſum.

*Amico, or che della fedel Conſorte,*
*A me sì d' improvviſo, o Dio, rapita!*
*Creder mi fai, che nell' eterna vita*
*Ella ſi trovi ſenza orror di morte;*
*Queſta è de' carmi tuoi la bella ſorte,*
*Che ad altre tue virtù va ſempre unita,*
*E col farmi vederla in Ciel ſalita,*
*Vuoi, che a sì grave affanno i ſia più forte;*
*So ch' egli è ſcarſo di mia fede il vanto,*
*E non puote il pallor del meſto volto,*
*Coprire il duol, che sì mi affligge, e tanto!*
*So, che poco mi giova il pianger molto,*
*Ma è impoſſibil quaggiù, ch' io laſci 'l pianto,*
*Se in Ciel con Lei toſto non venga accolto!*

EVAN-

Digitized by Google

Evangeliſta Biffus Monachus S. Hieronymi Congregationis Inſubriæ illiuſmet Congregationis Abbas, & Procurator Generalis in alma Urbe edidit Venetiis 1676. per Jo: Franciſcum Valvacenſem in 4.

* *L' eſemplari Operazioni del P. D. Carlo Figino da Milano Monaco Gerolimiano &c.*

Ejuſdem Auctoris, qui obiit nonagenario major in Aſceterio S. Sigiſmundi Cremonæ, vidi impreſſas nonnullas panegyricas Orationes, & præcipue.

In laudem S. Thomæ de Villanova Valentiæ in Hiſpania Archiepiſcopi, quam dixit in Templo Divi Auguſtini Cremonæ anno 1662. cui tit. *Il Giardino*, typis Philippi Ghiſulphi Mediolani in 4.

Extant, & ipſius, ut ex eo habui Carmina Etruſca, quæ leguntur pag. 64. Collectaneorum in laudem Lauræ Mariæ Gypſiæ, Bellingerii Senatoris Bononienſis eruditiſs. F. inſcriptorum *il Lauro rapito*. Bonon. apud Ferronum 166.

Evangeliſta Comendulus Somaſchenſi Congregationi ſe ſe, & res domeſticas tradidit; ſcientias ſpeculativas e pluribus cathedris in perſpicuis Civitatibus profeſſus eſt. Confectis ſtudiorum curſibus, Patriam ſuam quam pluribus annis venerabili ſua præſentia, ſuiſque intellectualibus, moralibuſque virtutibus illuſtravit. Divæ Luciæ Templum, & Collegium pretioſis ſupellectilibus, reditibuſque ditavit. Ad eum conſulendum in rebus arduis Cives aſſidue confluebant; ejus opera, & doctrina Cremonenſes Antiſtites, & Inquiſitores utebantur. In utroque Tribunali Conſultor inſerviebat. Omnes, & ſingulas ſuæ Congregationis dignitates ſumma laude, & rectitudine adminiſtravit, præter Præpoſituram Generalem, cui majori laude terque quaterque abrenunciavit. Demum plenus meritis, & annis octogeſimo quarto ætatis anno Vicarius Generalis occubuit die 29. Aprilis 1700. Cremonæ.

Plura ex ejus penu reliquit manuſcripta in prædicto S. Luciæ Collegio, & ex impreſſis habetur.

*Petro Vidono Epiſc. Laudenſi Oratio. Mediolani typis Jo: Petri Cardi.*

Hac arrepta occaſione in Regeſtis ejuſdem Collegii memoratur.

Hieronymus Tintus, qui ipſiuſmet Congregationis Vicarii Generalis dignitatem obtinuit anno 1599., qua inſignitus ad Cœleſtem Patriam, ut pie creditur evolavit; indicium eſt ipſum tum in literis, tum in pietate excelluiſſe, ob enarratam dignitatem.

Evangeliſta Doratus Congregationis Somaſchenſis, & ipſe ſublime, ac perpetuum decus, de quo ſcripſimus in noſtra Prætorum Cremonenſium Serie Chronologica, ad annum 1602. Multa hic ad noſtri Herois gloriam repetere non pigeat. Hoc eodem anno ſcilicet 1602. die 4. Junii piiſſime obiit in Vico Somaſchæ Agri Bergo-

Digitized by Google

Bergomenſis mortis ſuæ tempore pluries prænuntiato. Ven. P. D. Evangeliſta Dorati, Virginitate illuſtris, Flagellum Dæmonum appellatus ortus in pago Platinæ Terr. Crem. anno 1539. Qui jam Sacerdos, & Seminarii Cremon. Rector, ubi ejus devota Effigies ad piiſſimi Viri claram memoriam adhuc aſſervatur; a piis operibus Presbyterorum Congreg. Somaſ. attractus, & illectus, eorum inſtitutum (non ſine dolore ob tanti Viri a ſe ſummopere amati ammiſſionem Nicolai Sfondrati Ep.) amplexus fuerat anno 1582. Ob inſignia ejus merita, nec non eximiæ probitatis ſpecimina, in præcipuis Italiæ Urbibus exhibita, & præſertim Romæ in aula Pontificia, ubi ab oblata Purpura a Gregorio XIV. humillime ſe ſe retraxit; eum invitum in Præpoſitum Generalem totius Congreg., indicto obedientiæ præcepto Derthonenſia Comitia elegere anno 1593. Oſſa ejus & cineres poſt aliquot annos juſſu Sereniſs. Venetæ Reip. ob relictam Sanctitatis opinionem, ſigillo S. Marci munita apud reliquias V. P. Hieron. Emiliani Fundatoris collocata fuerunt. Huc uſque in noſtro opuſculo, nunc addimus eum ſcripſiſſe italice.

*Vita del B. Girolamo Miani Fondatore de' Cher. Reg. Somaſchi*, cujus mſſ. ſervantur in Archivo Collegii S. Majoli Papiæ, demum impreſſa in compendio proceſſuum Romæ, ubi agitur de Beatificatione Ven. Hieronymi, ut jamdiu nobis indicavit P. Sementius toties a me commendatus, de quo ipſe cecinit.

*Terra Cremonenſi fœlix nunc viſitur agro,*
*Sub cœlo hunc natum prædicat eſſe ſuum.*
*Cum dederis tales calamos virtute nitentes*
*Scriptores, jactat Platina clara ſuos.*

Alludit Batholomæo Platinæ celeberrimo Scriptori.

Laudatur a Creſcentio in Præſidio Romano, ubi de Cler. Reg. Somaſchis.

Euſebius Casellus ſive Casellius Monachus Hieronymianæ Congregationis degens in Monaſterio S. Sigiſmundi in Suburbanis Cremonæ, muſis italicis deditus ſcripſit non inconcinne

*Sonetti*

quorum librum mihi dono dedit D. Deſiderius frater meus cariſſimus ejuſdem Congregationis Monachus, flammis exinde combuſtus in meo notiſſimo incendio nocte diei 18. Martii 1727.

Euſebius Paternus Canonicus Regularis Lateranenſis pollens eloquio, cum floridiores Religionis annos, docendo impendiſſet, ſenium ſcribendo deſtinavit; quare ſcripſit.

*Commentarium in Hiſt. Sacram Judith. lib. 1. &*
*Commentarium in Hiſtoriam Sacram Heſter.*

Plura conſcripſiſſet, ſi meliori valetudine uſus eſſet. Manuſcripta remanſerunt poſt mortem Auctoris, forſan edenda. Nobile ipſi poſuit elogium *Celſus Roſinus in lib. V. Lycæi Lateranenſis, & Legatus in Lycæo Herculis.*

Faus-

FAUSTINUS SUMMUS, ſive de SUMMIS, ex antiqua, ut ſuſpicor Cremon. Familia oriundus, ex qua inſignes etiam Patriæ Præſules emerſerunt. Vir Emunctæ naris, fidiſſimus celebris Jaſonis de Nores Amicus, inter alia edidit: Patavii, per Bolzettam 1600., & 1601. Vincentiæ recuſos.

*Diſcorſi poetici*, & alia,

quorum notitiam præbent Jo: Marius Creſcimbenius, Hiſt. Ital. Poeſ. lib. 4. pag. 383. & ſeq., & Dominicus Bartolus in Haſta Achillis.

Cum Vir clariſſimus Jaſon de Nores poſtremum, vergente ſæculo XVI., diem obiiſſet, quo ſane tempore literarium bellum, ſcriptis hinc inde libris, ipſum inter, & præſtantiſſimum Poetam Jo: Baptiſtam Guarinum, fervebat, defuncti Jaſonis amici ſui partes ſuſcepit Fauſtinus Summus, & acrius in Guarinum inſurrexit, duabus editis diſſertationibus, altera, quæ de Tragicomediæ generalibus loquitur præceptis, altera, quæ Paſtorem fidum critico ſale aſpergit &c. At contra Summum, una, & Jo: Petrum Malacretam, anno 1601. ſtylum acuit Orlandus Peſcettus, Guarini vindex, evulgato opuſculo, quod incipit, *Difeſa del Paſtor fido*, typis Veronenſibus. Immotus excepit Adverſarii impetum Summus, in lucem edito libello, quem, *Replica*, nominavit; eodem anno Vincentiæ impreſſo. Quia, & ipſo anno 1601. prodiit Joannis Savii Veneti Apologia, ne dum in Summum, & Malacretam, ſed & in Angelum Ingenerium, qui in hoſtilia caſtra tranſierat, unde male Guarinus excipiebatur. Latius hæ diſſenſiones deſcribuntur a Creſcimbenio, ubi ſupra.

De Fauſtini Patria nil adhuc mihi conſtat; promptus enim ei reddam id pignus.

FELIX MARIA CAFFUS, Cler. Reg. Barnabita, Theol., & Phil. & in ſacris literis eruditus, Lector in Collegio Romano, Pariſienſi, & demum Papiæ, ubi obiit, dum meditabatur publici Juris facere.

*Opus magnum Theologicum admiratione dignum*; Vivebat anno 1646., ut indicat Breſſianus in Vir. Ravv.

FIRMINUS LOPEZ de MENDIZOROZ, e Nob. Stirpe Hiſpana proveniens, in Oppido Piceleonis Crem. Diœceſis translata, edidit hiſpano idiomate; Viglebani 1625.

*Obſervaciones de la Vida del Condeſtable Juan Fernandez de Velaſco.*

FRANCISCUS ARISIUS, hujus operis Promotor, & Auctor, non ad jactantiam, ſed ut Amicis morem gerat, hic ſubnectere conatur ea, quæ typis edi, adhuc in Adoleſcentiæ flore inutiliter, ac præcipitanter mandavit, & in primis

*Parce precor, Lector, noſtris juvenilibus annis.*

*Delle Poeſie, parte prima. Cremonæ, typis Franciſci Zanni in* 12.

*Poeſie*

Digitized by Google

*Poeſie Liriche, parte ſecunda iiſdem typis* 1684 *in* 12., ibi exorat Auctor quemcumq; ſi forte legerit, aut leget, ut ætati parcat; quemadmodum in ſequentibus juvenilibus opuſculis, excuſis pariter Cremonæ diverſis temporibus, pro muſicalibus harmoniis concinnatis, vulgari nomine, *Oratorii*, nuncupatis.

Pro die Sancti Paraſceves.

*La Redenzione del Mondo.*

*Il Dolor ſuperato* 1681.

In feſtivis Solemnitatibus Divi Antonii de Padoa.

*La Tirannide ſoggiogata* 1677.

*Il Diſinganno della Geloſia* 1678.

*L'Ereſia avvelenata* 1680.

*Il Cuore nello Scrigno. Cremonæ, & Mediolani* 1704.

*L'Innocenza ſprigionata* 1683.

*Il Plauſo degli Elementi* 1705.

*Il Ritratto di S. Giovanni di S. Facondo Agoſtiniano*, pro ejus Canonizatione in Eccleſia S. Auguſtini, Cremonæ anno 1691.

*Lettera, nella quale ſi dà contezza, di quanto è ſeguito ne' primi quindici giorni, che la M. Cat. di Filippo V. dimorò nella Città di Cremona, ibi, typis Ferrarii* 1702.

*Il Martirio Celeſte per le Sacre Stimate del S. P. Franceſco anno* 1703. *Hæc muſicalis Actio reimprimitur Cremonæ, typis Bartholomæi Cariſſimi anno* 1709.

*Spectabiles Cauſarum Patronos, ex inclyto Cremonenſi Collegio. Placentiæ, in Ducali typographia Joannis Bazachii* 1697. *in* 4.

*Cremona Literata, ſeu in Cremonenſes Doctrina, & literariis dignitatibus eminentiores, chronologicæ Adnotationes &c. Tom. I. priſcorum temporum monumenta complectens, uſque ad annum milleſimum quingenteſimum primum, omnigena eruditione refertus, ac Indicibus locupletiſſimus, Illuſtriſſimis, atque Ampliſſimis ejuſdem fideliſſimæ Urbis Decurionibus dicatus. Parmæ MDCCII. typis Alberti Pazzoni, & Pauli Montii in fol.*

*Cremona Literata &c. Tomus II. ſæculum ſeſquimilleſimum complectens, multiſariam eruditionem continens, cui aliquando Scriptorum Orationes; ſive ineditæ, ſive raræ exſcriptionis acceſſerunt. Addita etiam, ut in fine mantiſſa Inſignium Muſicorum &c. iiſdem typis anno MDCCV. in fol.*

*Senatorum Mediolanenſium ex Collegio Judicum Cremonæ ab ipſo erecto Senatu, uſque ad hæc tempora continuata Series, aliique ejuſdem Civitatis Clariſſimi Viri in eumdem ordinem lecti, typis Laur. Ferrarii* 1705.

*Joſephi Nigri Patricii Cremon. Carmina jam dicata Raynutio Farneſio Cardinali ampliſſimo ab Auctore, verum a Franciſco Ariſio, Euphemo Bathio, inter Arcades Romæ, Trinepote Auctoris ex Matre, nunc primum edita, quibus ejuſdem Ariſii acceſſere Epigrammatum libri duo Joſepho Aurelio Nigro Avunculo Præſtantiſſimo inſcripti. Cremonæ* 1707. *ex typographia Bartholomæi Cariſſimi in* 4.

*Lezione*

Digitized by Google

*Lezione di Cintio di Nico Gattafilota ſopra la Canzone del Coppetta in perdita della Gatta: aggiuntevi alcune Annotazioni di Aſirio Franco della Torre in Gattopoli* 1711. *in* 12. Sub nomine Cintio di Nico latet nomen Hyacinthi de Vinciolis Nobilis Peruſini, & ſub illo Aſirio Franco della Torre, nomen Franciſci Ariſii.

*Rime per le Sacre Stimate del S. Patriarca Franceſco, dedicate all' A. S. di Franceſco I. Duca di Parma &c. Cremonæ typis Petri Ricchini* 1713. *in* 4. ubi per plures illuſtres Poetas Auctor laudatur, cum ejuſdem reſponſis.

*Præfatio ad Lectorem in fronte libri, cui titulus, Proviſiones Aggerum, & Dugalium Agri Cremonenſis, nuper editæ, cum Additionibus, & Indicibus Dugalium, Seriolarum, ac Nomenclatura Nobilium DD. Præfectorum, ab erectione Officii &c. Cremonæ, iiſdem typis anno* 1713. *in fol.*

*Lettera a' Signori Autori del Giornale de' Letterati d'Italia, nella quale ſi riſponde ad una Critica de' medeſimi, che ſi legge nel Giornale X. ſtampato in Venezia.* Litera eſt ſine nota typographiæ, verum impreſſa Cremonæ anno 1713. in 4.

*Narrazione dell' Apparato, fatto dalli M. Reverendi Padri di S. Domenico, nella loro Chieſa, in Cremona, colle iſcrizioni, elogi, e di quanto è ſeguito nell' Ottavario ſolenne per la Feſta della Canonizazione del glorioſiſſimo Pontefice Santo Pio V. Domenicano. Cremonæ typis Ricchini* 1714. *in* 4.

*De Origine, ac Viris Illuſtribus, Inſignis Oppidi Caſalis Majoris, Epiſtola ad Illuſtriſſimum Dominum Carolum Thomam Moloſſum J. U. D. &c.* hæc præmittitur editioni, iterum factæ Statutorum dicti Oppidi. Mediolani 1717. ex typographia Joſephi Pandulphi Malateſtæ in fol.

*Sonetti, nelle Rime degli Arcadi al Tomo VII. Romæ per Ant. Roſſi* 1717.

*All' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignor Aleſſandro Litta, nel ſuo primo ingreſſo, al Veſcovado di Cremona, Odda panegirica, colle ſue Annotazioni. Cremonæ typis Ricchini* 1718. *in* 4.

*Vigolo, Villa ameniſſima dell' Illuſtriſſimo Sig. March. Don Franceſco Ruota, Canonico Propoſto della Cattedrale di Cremona* 1718. *typis iiſdem in* 4.

*Vita di Monſignor Gio: Franceſco Ruota, Prelato in Roma. Nel II. Tomo delle notizie degli Arcadi morti alla pag.* 116. *in Roma* 1720.

*La Vendemmia Baccanale Ditirambico, con alcune annotazioni, iiſdem typis Cremonæ* 1722. *in* 12.

*Alcune Rime Stampate in Faenza per Girolamo Maranti* 1723. *nel libro intitolato, Rime de' Poeti illuſtri viventi P.* 1.

*Il Tabacco maſticato, e fumato. Trattenimenti ditirambici &c. colle ſue annotazioni. Mediolani* 1725. *typis Pauli Ant. Montani, in Via nova in* 4.

*Racconto Iſtorico, d'alcune notabili Azioni della Ven. Suor Angela Seraſina Paſini Cremoneſe, Religioſa Profeſſa nel Moniſtero del Corpus Domini della*

Digitized by Google

*della ſua Patria. Anno* 1730. *typis Ricchini in* 4.

*Prætorum Cremonæ Series Chronologica, additis nonnullis, & præcipue ad ejus Urbis Hiſtoriam. Opuſculum ad Illuſtriſſimum D. Don Antonium Stoppanum, Reg., & Duc. Mediolani Senatorem, ac Cremonæ, ejuſque Provinciæ Ampliſſimum Prætorem integro quadriennio, iiſdem typis anno* 1731. *in* 4.

*Il Cioccolato, Trattenimento Ditirambico, all' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignor Aleſſandro Litta, Veſcovo di Cremona, iiſdem typis anno* 1736. *in* 4.

*Il Canto vigeſimo, ed ultimo, del Poema lepido, intitolato Bertoldo &c. Bononiæ, in fol. per Lelium a Vulpe anno* 1736. *cum figuris, affabre exſculptis, reimpreſſus Venetiis,* & alibi non ſemel.

*Lettera familiare al ſuo cariſſimo Amico, il Sig. Avvocato, e Cauſ. Coll. Giulio Ceſare Porri per la morte dell' Amatiſs. Collega, il Sig. Avvocato, e Cauſ. Coll. Giuſeppe Maria Breſſiani, iiſdem typis* 1737. *in* 4.

*Lettera, Iſcrizioni, e Annotazioni, agl' Illuſtriſſimi Signori Prefetti alla Ven. Fabbrica della Cattedrale di Cremona, per l' Erezione ſulla Piazza Maggiore delle ſei Statue di marmo, di ſei Santi Protettori, typis iiſdem* 1738. *in* 4.

*Riſtretto di notizie della Vita, ed Azioni del piiſimo Sacerdote Cremoneſe D. Girolamo Balladori, Rettore del Ven. Collegio del Seminario, e Propoſto della Parocchiale de' SS. Clemente, e Maddalena di Cremona, typis iiſdem* 1738. *in* 4.

*Eſtratto d' alcune conſiderazioni dall' Apologia a favore del fu Monſignor Marco Girolamo Vida, Patrizio Cremoneſe, Veſcovo d' Alba, contro Giuſto Viſconti, diretto a un cariſſimo Amico.* Venetiis anno 1740. impreſſum eſt id opuſculum in Collect. ab eruditiſs. P. D. Angelo Calogera Camald. opuſc. tomo XXII. tertio loco.

Opera manuſcripta, quæ nocte diei 18. menſis Martii anni 1727. concremata fuere.

*Cremona Literata &c. ab anno* 1601. *ad uſque annum* 1660. *Tom. III. in fol.*

*Cremona Literata &c. Tom. IV. ab anno* 1660. *uſque ad annum* 1727. *in fol.*

Ex duobus anteſcriptis Voluminibus unum mira Auctoris patientia e cineribus redivivum emerſit, & hoc eſt, quod Tertius Tomus nuncupatur, & quod prælo ſubjectus cœpit eſſe die 4. Octobris 1740. ſub ſacris auſpiciis Divi Franciſci Seraphici Auctoris Tutelaris exoptatiſſimi.

*Orazioni, e diſcorſi Accademici ſacri, e profani, pluſquam viginti.*

*Il Viaggio divoto, ed erudito al Sacro Monte della Vernia nel meſe di Maggio* 1719. *colla dimora colà di cinque giorni, diretto al P. Giannantonio Cavedo, che fu Miniſtro Provinciale della Provincia di Bologna, ora Veſcovo di Eucarpia, e Coadjutore del Veſcovado di Comacchio, Compagno dell' Autore in quel Viaggio.* Rac-

Digitized by Google

*Raccolta di dugento, e più Autori, o ſieno Scrittori, che diffuſamente trattano del S. Patriarca Franceſco d'Aſſiſi, del Sacro Monte della Vernia, delle Sacre ſue Stimate, e del Serafico ſuo Ordine con molte erudite notizie.*

*L'Ormiſda di Perſia, Drama per Muſica.*

*L'Infelice Paſtor, ma fido Amante, Commedia Paſtorale.* Magno cum plauſu, ex Nobilit. concurſu expoſita trina vice in Manſione ampla, prope Scalam Pub. Palatii, tempore Bacchannalium anno 1714.

*Cento, e più Sonetti da aggiungerſi alle Rime già ſtampate per le ſacre Stimate.*

*Epigrammi, Iſcrizioni, Elogj per diverſe occaſioni.*

*Sonetti trecento, e più, ſopra diverſi argomenti Sacri, ed Eroici.*

*Rime facete, e curioſe da farne due volumi.*

*La Parruccheide, dugento Sonetti, ne' quali ſi dà il gabbo a un Parruccante.*

Alia Opera, quæ penes ſe nunc retinet.

*Clypeus Reorum, ſeu Defenſiones in Cauſis diverſis Criminalibus, cum eſſet ex Nob. Carceratorum Cremonæ Protectoribus. Tomi duo in fol.*

*Rime Sacre, Eroiche, e Funebri per un Tomo.*

*Selva di Rime Anacreontiche, sì morali, che critiche, Centurie dodici, e più.*

*Altri Componimenti Poetici, in diverſi metri, la maggior parte in iſtile lepido.*

*Le Corone intrecciate alle glorie di S. Giovanni della Croce, Azione per Muſica &c.*

*Lettere ſecento diciotto, ſcritte per la Patria, nel tempo di eſſere Conſervadore degli Ordini, dirette a diverſi Perſonaggi Qualificatiſſimi, tra i quali il S. Pontefice Benedetto XIII., Cardinali, Imperadore, Rè, Principi, Generaliſſimi d'Armate, Miniſtri Principali, Senatori, ed altri &c., donate dall'Autore alla ſtimatiſſima Patria in due Tomi in fol., e dedicate agl'Illuſtriſſimi Signori Decurioni della medeſima.*

*Diſcorſo nella Ragunanza della Colonia Cremoneſe degli Arcadi la ſera delli 18. d'Agoſto 1732. nel Giardino Veſcovile per la Feſta della Solenniſſima Incoronazione della B. V. Lauretana colla Corona d'Oro mandata da Roma. Aderant ibi tres Epiſcopi, Cremonæ, Placentiæ, & Cremæ, multique Nobiles exteri, & tota Patriæ utriuſque ſexus Nobilitas.*

*Buone Feſte, che manda il Genitore a Suor Maria Vittoria Capuccina, al ſecolo Genevieſa Saveria Ariſi, cioè Lodi ſuccinte, in Verſi a gloria d'Iddio, della B. V., de' Santi, Beati, e Venerabili dell'uno, e dell'altro ſeſſo, diſpoſte di meſe in meſe, al regiſtro de' loro giorni Feſtivi, colle Annotazioni, alle quali ſi allude.*

*Per Monſignore Marco Girolamo Vida Cremoneſe, Celebratiſſimo Poeta, ed Oratore, Veſcovo d'Alba Pompeja, contra Giuſto Viſconti, Diſcorſo apologetico.*

*Seconda Apologia a favore di Monſignor Vida, e di Cremona contra Bernardo*



Digitized by Google

*nardo Sacco, Autore di un libro intitolato*. De Italicarum rerum origine, & elegantia.

*Il Delizioſo di Bordolano, Villa del Sig. March. Ceſare Crotti, deſcritta in Verſi italiani, colle Annotazioni.*

*Del Criſtiano, e Politico Decurione.*

*Queſtioni CLII. latinamente ſcritte dal Dottor Collegiato Gio: Pietro Ala, aggiuntevi alcune oſſervazioni, e annotazioni nel Volgarizzamento delle medeſime Queſtioni.*

*Catalogus Academiarum Italiæ, quibus adſcribitur Auctor juxta ordinem ſuæ cooptationis. Parcat Lector, ſi nomina retenta a nonnullis ex ſequentibus Academiis, non bene conveniunt cum idiomate latino.*

1. *Inunitorum Cremonæ, cujus fuit Promotor, & ſemel Princeps, adhuc Adoleſcens.*

2. *Animoſorum ejuſdem Patriæ, in qua fuit a Secretis, & alia vice Secundus Aſſeſſor.*

3. *Concordium Ravennæ, ubi Auctor anno* 1686. *in inclyto Aſceterio Claſſis PP. Camald. habuit Orationem Academicam coram Eminentiſſimo Laurentio Raggio, ibi de Latere Legato.*

4. *Philergitarum Forolivii* 1688. *ex dipl. Auctori dat. a Comite Fabritio Monſignano tunc Acad. Principe.*

5. *Arcadum Romæ, Euphemus Bathius nuncupatus. Anno* 1691. *ex diplomate Alpheſibei Carii generalis Cuſtodis &c.*

6. *Incitatorum Faventiæ. Anno* 1702. *ex diplom. miſſo ab Equite Carolo Andræa Synibaldo Patricio Faventino.*

7. *Intronati Senarum. Anno* 1704. *ex epiſt. Hieron. Gilii Patricii Sen. cum ex mandato Nobiliſs. Acad. miſerit literas Diomedis Burgheſii* dello ſcrivere Toſcano.

8. *Spenſierati Roſani. Ex epiſt. Canonici Hyacinthi Gimmæ Barienſis, Acad. Inſtitutoris anno* 1702.

9. *Faticoſi Mediolani* 1706. *ex diplomate.*

10 *Intrepidorum Ferrariæ ſub Principatu Marchionis Antonii Trotti.*

11. *Archontium Italiæ, ut ex Indice Literatorum, in fine libri Lamindii Pritanii, cui tit.* Del buon guſto.

12. *Cruſcantium Florentiæ. Anno* 1712. *die* 26. *Septembris, ex epiſt. Senatoris Pandulphi Pandulphini Vice a ſecretis.*

13. *Affidati Papiæ. Anno* 1713. *ſub Principatu Marchionis Goldoni Vidoni Senatoris, tunc Prætoris Papiæ.*

14. *Innominatorum Braydenſium Taurini* 1719. *ſub Principatu Comitis Bobbii Petri Ignatii a Turre.*

15. *Coloniæ Arcadum Cremonæ, cujus fuit primus ex Promotoribus, & ex generali Cœtu Romano Arcadum electus Vicecuſtos* 1719.

Ex ſupra memoratis Academiarum diplomatibus multa combuſta fuerunt in noto incendio.

16. *Rinvigoriti Fulginii* 1725. *ex catalogo in libro, cui tit.* il Quadriregio



Digitized by Google

driregio excuſo Fulginii eodem anno.

17. Vineariorum Ferrariæ 1725.

18. Obtuſorum Spoletii 1727. ex diplomate diei 25. Auguſti.

19. Aſſorditi Urbini 1730. ex diplomate diei 12. Aprilis.

20. Diſſonantium Mutinæ, ex Catalogo impreſſo 1731. & diplomate diei 4. Julii.

De hiſce Academiis nonnullæ memorantur in I. & II. Tomo Cremonæ Literatæ, nec non in meis Dithyrambis de Tabacco, & Coccolata.

Me, etſi indignum, honoribus afficiunt, Scriptores ultra centum, in eorum libris, ut videre eſt, in catalogo relato, ab Advocato Franciſco Maria Breſſiano Carena in libro, cui tit. *Prætorum Cremonæ Series Chronologica*, ibi excuſo anno 1731. quibus alii plures addendi hucuſque noti.

Joſeph de Forbicis Bibliator Iconiſmum affabre exſculptum, in fol. magno, Turris Majoris Cremonæ, ex typis Bartholom. Cariſſimi 1706. Ariſio pariter dicavit, cum impreſſione ſequentis epigrammatis, alludendo Operi Cremonæ Literatæ.

*Docte Cremonenſes numerans Heroas, Ariſi,*
*Hoc tibi Palladiæ Vovimus Artis opus.*
*Barbara Pyramidum cedant miracula Turri,*
*Cui creſcit Lauris trina Corona tuis.*

FRANCISCUS BAREZZIUS BAREZZII Cremonenſis, celeberrimi Typographi in Urbe Veneta, Filius, ut inter literas natus, & educatus, in eximium Philoſophum, Juriſconſultum, & Theologum emerſit. Fuit Sacerdos ſæcularis, & Vicarius Generalis Epiſcopi Torcellani; Ad Paternæ Typographiæ decus, & poſteritatis utilitatem valde promovit opera, quæ ibi excudebantur, diligentiſſime corrigens, ac emendans, quin, & nonnulla ad faciliorem uſum redegit, & in primis.

*Julii Clari monumenta legalia*, de quibus ipſe, in epiſtola nuncupatoria ad Cardinalem Burgheſium, ſequentis Operis mentionem habet; Patris inſuper hortatu congeſſit.

*Additiones ad Manuale Confeſſariorum Martini Navarri*, cuique capiti inſertas, in quibus habentur Auctores, de qualibet materia tractantes, nec non complures, e graviſſimis Scriptoribus deſumptæ deffinitivæ Sententiæ, ac denique permultæ Sum. Pontificum Bullæ, poſt Navarrum emanatæ quæ, ut optime inquit Barezzius Pater ad Lectorem: *Caſus adeo enucleatos relinquerent*, ut, ne dum temerarium, ſed impium, & hæreticum eſſet aliter aſſerere. Opus editum eſt cum hoc tit.

*Abſolutiſſimum Manuale Confeſſariorum, & Pœnitentium in duas partes diviſum; quarum prior complectitur reſolutiones omnium pene dubiorum, quæ communiter, in ſacris Confeſſionibus, occurrere ſolent; altera vero præter*



Digitized by Google

*commentaria reſolutoria de Uſuris, de Cambiis, de Furto notabili, de Simonia, de Neceſſitate defendendi Proximum, & de Homicidio Caſuali; continet a nobis nunc recens annexos tractatus de Fama, & Infamia, de Finibus humanorum actuum, de Eleemoſyna, de Lege pœnali, & de Reis in carceribus conſtitutis, legitime exquirendis, Martino Azpilcueta Doctore Navarro Auctore, Noviſſima in hac cæterorum omnium, multoque, ut videre eſt locupletiſſima Barezziana editione appoſuimus.*

Franciſci Filii Additiones &c, Venetiis 1616. apud Barezzium Barezzium in 4.

* *Idem Franciſcus novam prolixam, & locupletiorem formam editionis Calepini, Dictionarii ſeptem linguarum &c., Venetiis pariter ex ejus prælis expoſuit, anno 1644., ab eodem Franciſco, dicata Franciſco Abo, Academiæ Vigilantium vigilantiſſimo Rectori*. Tranſtulit itidem ab Hiſpano ad Italicum ſermonem.

*Diſcorſi Quareſimali compoſti in Spagnuolo dal P. M. F. Diego Lopez d'Andrada dell' Ordine di S. Agoſtino, tradotti in Italiano. Ibidem 1645. in 4.*

Quæ, de Typographis nonnullis Patriæ adnotavimus. Vide infra, ubi de Hyacintho Belpierio.

Franciscus Bonsignorius Capucinus, ex inſigni Oppido Caſalis Majoris, Vir admodum doctus, & in omni ſcientiarum genere verſatus, quo magis ad primos ejuſdem Ordinis gradus expetebatur, eo enixius ab eiſdem erat alienus, eorumque repulſam perpeti cogebat, ut ſuæ Provinciæ honores ultra etiam, ac importune oblatos eluderet impune, atque animarum ſalutem unice juvaret; ſatius duxit in Rhætos ſe transferre. Ibi hæreſes pro viribus impugnans, ac profligans, Orthodoxæ Fidei vexillum Rhæticis arcibus Victor inſerebat. Neapoli obiit peſte dira ſublatus anno 1657. ſuæ Religionis ſplendor, ſuæque Familiæ ultimum germen. Extant tanti Viri.

*Conciones Quadrageſimales, & plura Philoſophica, ac Theologica mſſ. Item Hiſtoria Sablonetæ, ac Cœnobii S. Mariæ de Vigoreto mſſ.*

*De Humanis Abortivis nondum humanitatis ſigna præſeferentibus, neque ſub conditione baptizandis. Philoſophica, Theologica, & Dogmatica veritas, adverſus cujuſdam Larvati, & jam damnati Martini ab Holuhervaſo Apologeticum reſponſum, nec non contra ejus Abbatis Lucilii Romæ in jus ad excitatam doctrinam contexta, & quinque partibus, ubi alii noviſſime inſurgentes refelluntur, digeſta qua Sanctæ Matris Eccleſiæ mores, & ritus contra damnatum Auctorem vindicantur, Traducinnorum hæreſis diluitur, ſeminis hinc humani animatio confutatur; quomodo Phyſica a Philoſophis paſſim, & Medicis actitata ad lydium Sacr. Paginarum lapidem intelligenda, regulanda expenditur; Fœtus humani formiter, & difformiter constructio, & ſucceſſive animatio, cœtera hucque tendentia examinantur, quomodo, ac quando Baptiſma miniſtrandum; & denique multigena his de cauſis curioſa, ac ad rem utilia Sacrorum Dogmata proponuntur, dilucidantur.*

*Il Principe Criſtiano guerreggiante, diviſo in due parti, Nella prima rappreſenta la norma di un' eſpedizione militare aggiuſtata per giungere alla bramata pace. Nella ſeconda ſoggiunge la forma, ſotto la quale gli Eccleſiaſtici debbono concorrere alla guerra, appoggiandolo alle Sacre Carte, Sacri Canoni, e Concilj, alle Leggi civili, Autorità de' Sacri, e Profani Dottori, alla ragione, ed Iſtoria. Addattato alle occorrenze delle militari controverſie de' preſenti tempi deſcritto &c.*

Hæc opera excerpſimus ex quadam epiſtola ejuſdem P. Gregorii ſcripta Laurentio Legato, & a me comperta in fragmentis ſui Lycæi Herculis, ſine loci, & anni appoſitione, eaque opera extare in Bibliotheca Aſceterii S. Petri de Pado Cremonæ, non dubitamus, cum ibi ſuum clauſerit diem.

*Allegationes quamplures* ſcripſit in jure, ac etiam typis impreſſas, ex

Digitized by Google

ex quibus nonnullæ ſervantur in noſtris miſcellaneis legalibus, inter quas in cauſa propria habetur.

* *Fatto ſeguito nella Cauſa fra li Miniſtri del Monaſtero di S. Pietro di Cremona per una parte, ed il P. D. Gregorio della Torre, come altre volte, Abate d' eſſo per l' altra*; in qua diſerte, & luculenter, & docte diſcutitur nullitas ſententiæ contra eumdem P. Abbatem prolatæ die 2. Maii 1653.

* *Racconto Giuridico compilato ad iſtanza delle Canonicheſſe Regolari di S. Andrea della Porta di Genova, con occaſione della nullità de' due atti pregiudiciali eſeguiti nella Chieſa Regolare di S. Andrea ſuddetto nel corrente anno 1668. &c. Placentiæ 1670. typis Stephani Soienæ in 4.*

Gregorius Ugolanus Cler. Reg. Theat. in ſua Eccleſia Divi Abundii ſolemnem emiſit profeſſionem die 13. Martii 1616., ibi diuturno tempore vixit, cujus etiam Præpoſituram anno 1657. rexit præcipuus Cultor Sacelli B. V. Lauretanæ. Ut ſuperioribus morem gereret Neapolim perductus in ædibus Divæ Mariæ Angelorum ſacris, ſenio confectus ad Superos evolavit, relicto poſt ſe ſuæ doctrinæ monimento mſſ. ſervato in Bibliotheca illarum Ædium, cui tit.

*Commentarium in Hymnos omnes Breviarii Romani Tom. 1. in fol., quod refert doctiſſimus P. D. Innoc. Raphael Savonarola de Vir. Illuſtr. Cler. Reg. Theat.*

Guido Grandus Congregationem Camaldulenſem amplexus eſt anno 1689. tunc ſuæ ætatis an. 17. deinde Abbas, Viſitator, & Ex-Generalis; inter Paſtores Arcades ſub nomine *Dubeni Erimantii*, Theologus, & Mathematicus Regiæ Celſitudinis Etruriæ, ejuſdemque Matheſeos publicus in Univerſitate Piſana Profeſſor, Academicus inter Cruſcantes Florentiæ, ac Regalis Angliæ Societatis, nec non in aliis Italiæ Academiis aggregatus; cujus vividiſſimum ingenium in omnium ſcientiarum genere, ut videbimus, excultum, & celeberrimum præter admirationem eluceſcit. Virorum verò Literatorum Italiæ non tantum, quam totius Europæ amicitiam excoluit. Longum plane eſſet hic illorum ſeriem ſubtexere. Florentiæ, ut de cæteris ſileam Comiti Laur. Magalotti, & Ant. Magliabequii M. D. Etruriæ Bibliothecarii amiciſs. Leguntur ex ſuis Operibus ſequentia.

* *Geometrica Demonſtratio Vivianeorum Problematum, quæ in exercitatione Geometrica, etruſco idiomate anno 1692.* edita cum ſola determinatione prodierant, circa Formationem, ac Dimenſionem cujuſvis regularis Architectorum Fornicis, exactumque Tetragoniſmum infinitarum partium curvæ ſuperficiei, tum ſphericæ, novi admirandi Fornicis Veliformis Florentini, tum Cylindricæ antiqui ſcaphiformis Romani. Cum latina omnium Verſione Italico Textui adjuncta, variis notis, & ſcholiis locupletata. Addita etiam Appendice de Geometrica Quadratura infinitarum partium curvæ

ſuperficiei Conicæ, variorumque Fornicum ex iis Compoſitorum: Florentiæ in 4. 1699. ex Typographia Jacobi de Guiduccciis prope Conductum. Cum Epiſtola nuncupatoria Regiæ Celſit. Magni Etruriæ Ducis Coſmi III. perquam egregie elaborata, pro ut eſt Epiſtola Geometræ Lectori. Ibi pariter habetur ejuſdem Grandi Paſtoralis Luſus in Vivianeum enigma de miro opificio Teſtudinis quadrabilis Hemiſphericæ Geometriæ Templo obductæ, Ecloga, ex qua dignoſcitur Auctor quantum in pandendis carminibus latinis valeat, & emicet.

* *Geometrica demonſtratio Theorematum Hugenianorum circa Logiſticam, ſeu Logarithmicam Lineam, qua occaſione plures Geometricæ Methodi exhibentur circa Tangentes Quadraturas, Centra gravitatis ſolida &c. Variorum curvarum, uti infinitarum Parabolarum, Hyperbolarum, Spiralium &c. Aliæque Geometricæ Veritates illuſtrantur. Addita epiſtola Geometrica ad Patrem Thomam Cevam S. J. Florentiæ in 4. 1701. typis Regiæ Celſit. Apud P. A. Brigonci.*

Idem Opus fuit reimpreſſum Amſtelodami in 4. anno 1728. apud Janſonios VVesbergios, occaſione qua edita fuere Chriſtiani Hugenii Zuilichemii, dum viveret Zelemi Toparchæ, opera reliqua, ab hoc Hugenii Matheſeos præclariſſimo Profeſſore Theoremata, de qua ſupra Hugeniana fuere appellata.

*Quadratura Circuli, & Hyperbolæ per infinitas Hyperbolas, & Parabolas Geometrice exhibita. Acceſſit, & Hyperbolæ dimenſio ope Tractoriæ, & innumerarum Parabolarum, Hyperbolarumque Rectificatio, & alia complura ſcitu digniſſima de Inventione, de Spatiorum variorum menſura, Calculi differentialis Analyſi &c. Piſis in 8. 1703., ex Typographia Franciſci Bindi.*

Opus cum multis, ac multis additis eodem Impreſſore recuſum anno 1710.

* *De Infinitis Infinitorum, & infinite parvorum ordinibus Diſquiſitio Geometrica, in qua variis utriuſque generis gradibus demonſtratis, tum Methodi infinitiſmalis fundamenta oſtenduntur, tum præcipue pluſquam infinita ſpatia Hyperbolica VVallifii, adverſus nuperrimos eorumdem Impugnatores, vindicantur. Piſis 1710. in 4. apud eumdem Bindum. Accedit erga finem epiſtola Geometricæ ejuſdem Auctoris ad Equitem Aſcanium Lippi Aretinum.*

In Diario Literat. Italiæ Venetiis 1711. Tom. VI. pag. 503. legitur quædam quæſtio inter noſtrum Grandum, & Vitalem Jordanum circa opinionem Lucæ Ant. Portii celebris Mathematici, unde anno 1711. in Urbe Lucæ typis edita fuit cum hoc titulo.

Epiſtola Mathematica de Momentis Gravium, deque directione fulcri in Æquilibriis attendenda, cum notis Italicis cujuſdam Anonymi Neapolitani, edita Romæ 1710. in 12.

Epiſtola Mathematica de momento gravium in planis inclinatis, deque directione Fulcri in mechanicis attendenda ex Auto-

grapho

Digitized by Google

graphus, iterum edidit, novis adnotationibus eam illuſtravit, & adverſus Tambuccianam epiſtolam opportunis Vindiciis munivit Marius de Ceniga, Auctoris diſcipulus, typis Peregrini Frediani 1711. in 4.

Alia Epiſtola ſub nomine ejuſdem Marii Cenigæ ad Hieronymum Tambuccium, cum ſolutione Problematum ipſi propoſitorum, & refutatione falſæ ſolutionis ab ipſo exhibitæ. Aretii 1711. in 4.

* *Proſtaſis ad exceptiones Clar. Varignonii, libro de Infinitis Infinitorum ordinibus oppoſitas, circa magnitudinum pluſquam infinitarum VValliſii Defenſionem, & anguli contactus, cum infinite parvo ad centrum oſculantis circuli conſtituto comparationem, iiſdem typis* 1713.

Ex dono ejuſdem Reverendiſſimi P. Abbatis ſunt penes me nonnullæ ſcripturæ typis datæ in materia aquarum.

* *Nuove Conſiderazioni fatte dopo l'acceſſo del meſe di Giugno proſſimamente decorſo ſopra la famoſa controverſia vertente fra li Signori Marcheſi Riccardi, e Niccolini, circa la preteſa erezione d'una Peſcaja nell'Era ad uſo d'un nuovo Mulino. Florentiæ* 1714. *in fol. per Guiduccium, & Franchium. Ibidem reimpreſſæ* 1723. *in* 4. *tom* 2. *degli Autori dell' Acque.*

* *Riffeſſioni ſopra la ſteſſa controverſia &c. Piſis* 1714 *per Bindum in fol.*

* *Eſame della ſcrittura pubblicata dal Sig. Dottor Geminiano Rondelli in eadem Controverſia. Florentiæ* 1715. *in fol. per Mich. Neſtenus &c. Ibidem reimprimitur* 1723. *ut ſupra.*

* *Alcune Relazioni ſopra il Padule di Fuſecchio typis Lucenſibus, annorum* 1715. *&* 1718. *quæ quidem ſcripturæ per me in unum amplum Volumen redactæ fuerunt, ſunt quatuor.*

* *Flores Geometrici ex Rhodonearum, & Cleriarum curvarum deſcriptione reſultantes, una cum noviſſimi expeditiſſimi Meſolabii auctario &c. Florentiæ* 1718. *apud Tartinium, & Franchium in* 4. *Pars prior hujus operis excuſa fuit in Tranſactionibus philoſophicis Londinenſibus, menſibus Julii, & Auguſti, cum epiſtola latine exarata de natura Coni, recuſa itidem in dictis Tranſactionibus Neapoli* 1731. *tom.* 2. *pag.* 35.

Idem opus, Flores Geometrici, lingua etruſca traductum fuit per Thomam Narduccium Nob. Lucenſem, cum nonnullis notis. Lucæ anno 1730.

* *Diſſertationes Camaldulenſes, in quibus agitur.*

1. *De Inſtitutione Ordinis Camaldulenſis.*

2. *De ætate S. P. Romualdi.*

3. *De Viſione Scalæ ejuſdem, & Habitus mutatione prætenſa.*

4. *De S. Petri Damiani, & Avellanitarum Inſtituto Camaldulenſi. Lucæ* 1707. *typis Mareſcandoli in* 4. *magno.*

* *Epiſtola de Pandectis ad Cl. Virum Joſephum Averanium in Piſana Academia Juris Interpretem celeberrimum. Piſis* 1726. *typis Jo: Dominici Carotti in* 4.

* *Edi-*

Digitized by Google

* *Editio altera ejuſdem epiſtolæ cum notis variis, & Appendice Veterum monumentorum ab Auctore Completata Florentiæ 1718. in 4. apud Tartinium, & Franchium.*

* *Vindiciæ pro ſua epiſtola de Pandectis Florentiæ ſecundo edita cum notis &c. adverſus inanes querelas, & oppugnationes Bernardi Tanuccii J. U. D. Thienſis in eadem Academia Cæſarei Juris Interpretis in ejus libello non ita pridem Lucæ impreſſo expoſitas, Piſis 1728. typis Carotti in 4.*

* *Nuova Diſamina della Storia delle Pandette Piſane, e di chi prima le rammentaſſe, come ancora d' altre incidenti queſtioni, collo ſcioglimento delle difficoltà oppoſte all' epiſtola de Pandectis, ed alle Vindicie &c. hanc edidit ſub nomine Bartoli Luccaberti in 4. partes diviſam. Faventiæ, typis Archi 1730. in 4. edidit etiam ſub nomine P. D. Vitalis Martii Faentini Mon. Camald.*

* *Riſpoſta alle queſtioni Vallombroſane del P. M. D. Fedele Soldani da Poppi Monaco Vallombroſano. Faentiæ typis Archi 1732. in 4.*

* *Lettere apologetiche in difeſa della ſua riſpoſta già data alle queſtioni Vallombroſane, ibidem anno 1733. Editi fuere hi duo libri ſub nomine D. Vitalis Martii Mon. Camald. Faentini.*

* *Vita del glorioſo Principe S. Pietro Orſeolo Doge di Venezia, indi Monaco, ed Eremita Santiſſimo, primo diſcepolo di S. Romualdo, Fondatore dell' Ordine Camaldoleſe. Venetiis 1733. per Bettinellum in 4. cujus vitæ Compendium ediderat Venetiis pariter anno 1731. in 4.*

* *Diſſertatio Neopilea in defenſionem decreti circa mutationem Coloris Pilei in fol. Piſis per Jo: Dominicum Carottum 1735.*

*Sequuntur alia ejuſdem Opera, quæ pænes me non extant.*

*Florum geometricorum manipulus Regiæ Societati exhibitus in Tranſactionibus philoſophicis. Londini 1723. in 4.*

*Diſquiſitio geometrica in ſyſtema Sonorum Domini Narciſi Archiep. Armacani edita in Tranſactionibus philoſophicis Angliæ, nempè Londini, decreto Regiæ Societatis 1709. in 4.*

*Ejus etiam altera editio in libro inſcripto, Saggio delle tranſazioni filoſofiche. Neapoli 1731. in 4.*

*Eſtratto di una lettera al Sig. NN. in riſpoſta di quella del Sig. Varignon, circa la controverſia de' Più, che infinite. Venetiis in tom. VI. Ephemeridum Literatorum 1711.*

*Dialogo circa la controverſia eccitata dal Sig. Dott. A. M., cioè Aleſſandro Marchetti, colla ſoluzione de' problemi, propoſti al P. Grandi dal Sig. Vitale Giordani. Lucæ 1717. in 4.*

*Riſpoſta apologetica alle Oppoſizioni fatte dallo ſteſſo Sig. Marchetti con difeſa del Galileo, e del Viviani, e con molte Dottrine circa la Reſiſtenza de Corpi Duri, e la forza dell' Infinito. Lucæ 1712. in 4.*

*Soluzione di due problemi meccanici. Venetiis in Ephemerid. Literat. Tom. II. Eadem latine traducta in Actis Eruditorum Lypſiæ in 4.*

Trattato

Digitized by Google

*Trattato delle reſiſtenze, cominciato dal Sig. Vincenzo Viviani, ora compiuto, e riordinato, ed arricchito, colle dimoſtrazioni, che gli mancavano, coll' Appendice d' altri Problemi, ſtampati nel Tom. II. del Galileo. Florentiæ* 1718. *qui fuit recuſus.*

*Trattato del Movimento de' Corpi Sodi in un mezzo fluido, in eodem libro Galilei, impreſſus eodem anno.*

*Note al Trattato del moto accellrato del Galileo, in eodem libro, iiſdem typis pag.* 385.

*Diſſertatio de jure ferendi ſuffragii à Lectoribus Clauſtralibus Canald. in Capitulis ſuis Generalibus, ſub nomine Tebenii Vedmanna, J. C. Piſis* 1714. *in fol.*

*Compendio delle Azioni Coniche d' Appollonia, con aggiunta di nuove proprietà di eſſe ſcienze. Florentiæ* 1722. *in* 12.

*Trattato d' Archimede de' Solidi innatanti nel fluido, tradotto in volgare, e con nuovi lemmi &c. Florentiæ* 1723. *in Tom. I. Auctorum de Aquis.*

*Del movimento delle Acque lib.* 2. *Florentiæ* 1723. *in Tom. II. ut ſupra.*

*Informazione agli Uffiziali de' Foſſi di Piſa, circa una nuova terminazione propoſta dell' Era. Ibidem in Tom. II.*

*Eſame del progetto del nuovo Mulino, propoſto nell' Alberita dell' Anconella del Piano di Ripoli. Florentiæ* 1727. *in fol.*

*Scrittura ſopra la Controverſia delle acque tra li Signori Luccheſi. Lucæ* 1728. *in fol.*

*Memoria, che contiene le ragioni per l' unione del Reno di Bologna al Fiume Pò, tradotta dal Franceſe, ed accreſciuta con trenta note. Florentiæ* 1723. *in Tom. III. Auctorum de Aquis.*

*Diomedis Brava Patricii Tranenſis diſquiſitio Critica de Interpolatione Gratiani. Bononiæ* 1694. *in* 4.

*Iſtoria della Controverſia circa la miſura delle forze, excuſa in præfatione Tractatus de motu aquarum currentium a D. Thoma Narduccio. Lucæ* 1733. *in* 4.

*De formulis bonæ memoriæ, diſſertatio impreſſa, in Tomo IV. Opuſculorum ſcientificorum. Venetiis* 1733.

*Officium parvum S. Michaelis Archangeli, cum novis hymnis. Venetiis* 1734. *in* 8.

*Scrittura in riſpoſta a' queſiti de' Signori Giudici di Siena nella controverſia di Sinalunga, coll' Illuſtriſſima Religione di S. Stefano, circa il rilaſciamento di alcune Acque ſtagnanti. Senis* 1737. *in fol.*

*Sectionum Conicarum Synopſis auctior. Neapoli* 1737. *in* 8.

Circa queſtionem habitam pro Pandectis cum Bernardo Tanuccio, Lector adeat, quę ſcripta ſunt in libro, cui tit. *Novelle della Repubblica delle Lettere*, anni 1729. Venetiis apud Albritium, pag. 54., & ſequ. Ibi etiam circa hoc inveniet epiſtolam P. D. Virginii Valſecchii Caſſinenſis in Academia Piſana Sacr. Literarum, & Hiſt. Eccleſiaſticę Profeſſoris tractatum de Vete-

ribus

Digitized by Google

ribus Piſanæ Civitatis Inſtitutis, cum hoc tit. Ad Clariſſimum, & Reverendiſſimum P. D. Guidonem Grandi, Camald., S. Michaelis in Burgo Abbatem, & in eadem Academia Matheſeos Profeſſorem præſtantiſſimum, Typis Tartini, & Franchii, anno 1727. in 4. P. Carolus Rabbius Bononien. Auguſtini. Congregationis Lombardiæ dicavit P. Grando librum inſcriptum: De Mathematicarum diſciplinarum ad Theologiam utilitate, ipſarumque in ea uſu, Diſſertatio. Faventiæ apud Archum 1729. in 4.

Jacobus Retazzi Plebanus in Civitate Prati prope Florentiam, cenſuræ P. Grandi ſubjecit ſuum laborioſum opus, in quo de omnibus materiis agitur, quæ ad rectam inditionem S. Paſchatis influunt, & novis Ciclis corriguntur errores Calendarii Gregoriani in eadem inditione, ſine variatione prædicti Calendarii; at longum eſſet omnes recenſere Scriptores etiam exteros, qui eum juremerito laudant.

In ejus epiſtola, inter quamplures Auctori ſcriptas Florentiæ idibus Septembris 1710. ſcribit circa quoddam opuſculum eidem adſcriptum, ita. *In ſecundo Tomo Diarii Eruditorum Italiæ, quod Venetiis impreſſum eſt, recenſitum lepidum illum Sejani, & Ruffini dialogum inter opuſcula noſtra conqueſtus ſum, ſpem verò fecit Illuſtriſsimus Zeno hanc notitiam in ſequenti tomo retractandam, ac ſupprimendam. Ibidem me Regiæ Academiæ Pariſienſi adſcriptum ſcribent. At Societatis Anglicanæ dumtaxat me Sodalem factum eſſe conſtat.*

In epiſtola P. Ab Canneti ad me data ſub die 7. Februarii 1706. in 2. tomo Collectanearum hæc leguntur, ſcrivo a Piſa al P. Lettor Grandi, (tunc erat Lector) il quale ſia detto con pace di tutti, io ſtimo il primo Letterato della noſtra Patria, e da collocarſi al pari de' primi dotti, ed eruditi del ſecolo &c.

Laudatur a doctiſſimo Poeta P. Jo: Baptiſta Cotta Auguſtiniano in ſuo libro italice inſcripto.

Dio, Sonetti, ed Inni: In adnotationibus pag. 493.

Liceat hic exſcribere epiſtolam Tanti Viri cum eidem dono miſiſſem primum, & ſecundum meæ Cremonæ Literatæ Volumen.

*Doctiſſimo, Eruditiſſimoque*
*Viro Amiciſſimo*
*Franciſco Ariſio*
*Patriæ Hiſtoriographo,*
*Et Ordinum Conſervatori*
*Guido Grandus S. P.*

*Tandem Florentiæ ſuperiori menſe reddita mihi ſunt duo Literatæ Cremonę Volumina, in quibus, & amorem in me tuum, & eruditionem immenſam, & Ubertatem, & Ordinem ſuſpexi. Nec tamen otium fuit ad eadem pro arbitrio evoluenda; nam paulo poſt Aretium me conferendi neceſ-*

*ſitas*

Digitized by Google

*ſitas ſuborta eorum lectionem interrumpere coegit, & in aliud majoris quietis tempus differre. Notavi interim quum, per honorifice pluribus in locis de me ſentias, tibique eo nomine gratias quam poſſum maxime reddo. Si ejuſmodi operis lectitandi facultas facta fuiſſet ante mearum Diſſertationum Camaldulenſium editionem, nomen tuum inter Auctores, qui Petrum Damiani Camaldulenſem appellant, recenſuiſſem, eaque occaſione meum tibi obſequium publice teſtatus eſſem; at non deerit alias de hoc ipſo argumento agendi locus. Vehementer cupio, ut mearum Diſſertationum exemplar legas, antequam tertii Voluminis tui editionem perficias; ſed cui committam ad te deferendum ignoro. Si quem Bononiæ Amicum indicaveris, a quo illud expedite redimere poſſis, Bononiam tranſmitti, ac cui juſſeris conſignari mandabo. De me, ac meo in res Geometricas ſtudio, nemo melius, & accuratius referre poteſt elegantiſſimo, & Amiciſſimo P. Thoma Ceva Soc. Jeſu, qui Mediolani degit, & quocum frequentem epiſtolarum Geometricarum conſuetudinem habeo. Is etiam perhonorificè noſtri nominis meminit, tum in Philoſophia novantiqua, tum in libro italico de Vita P. Arconati Soc. Jeſu. Vale, Summum Patriæ ornamentum, cujus epigrammata carminibus Joſephi Nigri conjuncta, avide expecto. Aretii, Idibus Julii 1707. ubi ad finem uſque circiter Auguſti commorabor, hinc Florentiam, tum forte in Æmiliam conceſſurus.*

Quanti Grandum faceret Clemens XI. S. P. doctiſſimus, ex Epiſtola ſubannexa Eminentiſſimi Pauluoci nobis ab ipſomet Abbate communicata, ex ſuis litteris in noſtris Colleſtaneis ſervatis, dignoſci poteſt.

*Molto Rev. Padre.*

*Eſſendo molto ben noto alla Santità di N. S. quanto aggiunga all' altre Scienze, che ſi profeſſano in V. P. la ſua eccellenza nelle facoltà Matematiche, delle quali Ella eſercita la Lettura in coteſta Univerſità di Piſa, e colle quali ha reſe altre volte alla S. Sede rilevanti ſervigi, fù giudicato di doverſi di Lei prevalere, acciocchè intervenga come ſuo Matematico alla Viſita, che dovrà farſi con i Comiſſarj de' Principi Confinanti per riconoſcere ſe l'introduzione del Reno nel Pò può recare pregiudicj a i loro Stati, da Monſig. Gio: Rinuccini Comiſſario Pontificio. Potrà dunque V. P., eſſendoſi già ottenute le neceſſarie licenze, con quella ſollecitudine, che le verrà permeſſa, portarſi in Bologna, e preſtare alla comiſſione del detto Prelato tutta quella aſſiſtenza, che può ſperarſi dalla di Lei ſingolare Virtù, e che le farà acquiſtare ſempre maggior benemerenza appreſſo Sua Beatitudine, e intanto io le prego da Dio ogni bene. Roma 14. Ottobre 1719.*

*Di V. P. Affezionatiſs.*
*Il Card. Paulucci.*

In Calce: *P. Ab. D. Guido Grandi Mon. Camald. Piſa.*

In

Digitized by Google

In Ephemeridibus Literatorum Italiæ, Venetiis excuſis, pluries, atque pluries Grandi Opera, & nomen recuduntur.

En Epiſtola Nuncupatoria præfixa ad prædictam doctam Diſſertationem P. Rabii Bonon. Auguſt. S. T. Lectoris emeriti.

De Mathematicarum diſciplinarum ad Theologiam utilitate ipſarumque in ea uſu. *Ad Te, Mæcenas ornatiſſime, ſcimus jamdudum ſacræ doctrinæ myſteria Ravennæ in ampliſſimo Claſſenſi Cænobio, tum Florentiæ, ac Romæ Urbes Sapientum Virorum frequentiſſimæ, nec niſi maximorum ingeniorum laudatrices, magno plauſu docendo, & explicando tractaſſe. Mathematicas verò diſciplinas novimus Te ita excoluiſſe, ſeu, ut rectius loquar provexiſſe, ac illuſtraſſe, ut ingens ipſis lumen, atque incrementum attuleris, Tibi immortalem gloriam comparaveris. Præclaram ſane, & ampliſſimam acceſſionem attuliſti penitiori Geometriæ, parabolæ quadraturam exhibens, dimetiens Vivianeum Cœlum, & Theoremata Hugeniana demonſtrans. His atque aliis hujus generis monumentis acutiſſimi ingenii abditiſſima, ac nova, prorſuſque mira retegentis, Te digniſſimum probaſti earum laudum, quibus Reipublicæ Literariæ proceres, & inſigniores Europæ Academiæ Reverendiſſimum Guidonem Grandium, non tanquam collegam, aut ſocium, ſed velut ornamentum præcipuum, Heroemque eximium proſequuntur. Alii enim Te Virum Celeberrimum, alii ſapientiæ fama ubique notiſſimum, quidam etiam Te, qui unus inter Italos Mathematicos triumphes, prædicant. Quin Clar. Chriſtianus VVolffius hoc illuſtre, & ſingulare in tuis laudibus ponit, quod ad analiſticæ artis adyta, ac faſtigia breviorem, & apertiorem viam noſtratibus tradideris, quum ipſe primus expeditores methodo, rationeſque novas e Tranſalpinis regionibus in Italiam invexeris.*

Eidem Auctori adſcribuntur ſequentia opuſcula. Quantum ad me, dicam

*Non hic Victoria Teucrum, Vertitur &c.*

*L'Antilunario in cui con* 200. *note ſacre Aſtronomiche, e varie ſi ſcuoprono, e ſi emendano alcuni sbaglj del Lunario ſtampato in Luca* 1711. *ſub nomine Nicolai Ripadonieri. Dublini* 1711. *in* 4.

*Sejani, & Ruffini Dialogus de Laderchiana Hiſtoria S. Petri Damiani. Pariſiis* 1705. *in* 4.

*Lucii Alphei Diaviſis, de qua fit mentio in Satyra Menippea M. Thymaleontis in fine Appendicis.*

Hic ſubdere optimum duco, quæ inter alia nuperrime ad me ſcribit in ſua Epiſtola, Florentia data die 23. Julii 1740. *Io quì in Firenze mi trattengo, perchè ſi ſtampa la mia Algebra in volgare, che da altri non potrebbe correggerſi, ed oltre le mie Iſtituzioni Mechaniche già ſtampate, ſono ancora ſtampati gli Elementi di Euclide, da me pure fatti in volgare, ne ſtampano l'Aritmetica, ed altre Iſtruzioni Geometriche da me fatte &c.*

Quantum injuſte, liceat dicere, contra noſtrum Abbatem ſcripſerit Fontaninus conſpicienda eſt Epiſtola Critica, ultimo loco poſita in libro, cui tit. *Eſame di varj Autori ſopra il libro intitolato l'Eloquenza*

*Ita*

Digitized by Google

*Italiana di Monſignor Giuſto Fontanini. Roveriti* 1739.

Ex conſenſu etiam omnium Eruditorum totius, dicam, Europæ in Mathematicis noſter Grandus, cum ſit ſane Epiphanes, retundenda ea ſunt, quæ Menchenius de Charlataneria Erud. reportat ex actis Lipſiæ anni 1715. pag. 42. & ſeq.

Tanti Viri circumfertur apud Eruditos Magnum Æneum numiſma anni MDCCXXXVIII.

Guillelmus Lupus Medicus, Philoſophus, & Aſtronomus non infimi cenſus; cæcus effectus ob ſenium, nam vixit nonaginta annos ex Academicis Animoſis in Patria, ſcripſit peculiariter.

*De natura, & qualitate Plantarum, Herbarum, & Mineralium, & alia Opera Medica, quæ affirmat Joſeph Breſſianus in ſua Vir. Rav. fuiſſe relicta penes Jacobum Mariam Filium dicti Guillelmi. Vivebat anno* 1644.

Hercules Capredonus Soncinas, Medicinæ, & Philoſophiæ Doctor. Vulgavit Brixiæ per Rizzardum anno 1687. in 4.

* *La Verità ſmaſcherata, con la quale ſi toglie ogni riſugio alle impoſture prodotte in nome di Antonio Antenori Chirurgo ottogenario in Breſcia, in ordine alla cura delle Ferite di Cavaliere coſpicuo.*

Inſuper ad novam Antagoniſtæ ſcripturam edidit in fol. ſine anno, & loco impreſſionis.

* *La Verità Trionfante del Dottor Ercole Capredoni, Apologia ſeconda contro di Antonio Antinori &c. in fol. in cap.* 8. ubi agit de pulvere ſympatico.

Noſter Auctor ſugillatur ab Dionyſio Andræa Sancaſſano Med. clariſſimo Amico meo, in ſua epiſtola cum adnotationibus, circa Balſamum ſympaticum, arguente Capredonum, tanquam nimis credulum, & partialem circa effectus dicti Pulveris.

Hieronymus Balladorius Sacerdos S. T. D. Rector Ven. Seminarii Cremonæ, & Præpoſitus S. Clementis, & S. Magdalenæ, vita, moribus, & pietate inſignis, devoto calamo ſcripſit.

* *Il Traſficante Celeſte, Oceano di Santità, Virtù, e Miracoli dell' Angelico Padre de' Poveri, e Teſoriero del Cielo Omobuono, il Santo Cittadino Cremoneſe, Grande Limoſiniere. Opus vulgatum a Paulo Puerono ſuis typis impreſſum cum figuris anno* 1674. *in* 4. *& Patriæ dicatum.*

*Ejuſdem Auctoris opuſculum.*

De multis Viris Illuſtribus ex ſtrictiori Ordine S. P. Franciſci ſcripſit, ut vidi, nimirum caractere minutiſſimo, cum niſi magno labore tale opus vix legi, vel intelligi poſſit.

* *Breve riſtretto della Vita, e Morte del Ven. Servo del Signore D. Benedetto Viani Viadaneſe. Mediolani per Federicum Agnellum* 1684. *in* 12.

In Eccleſia Parochiali S. Michaelis Veteris, Cremonæ ſepultus eſt, cum ſequenti inſcriptione ſuper arca, ubi repoſitum fuit ab aliis diſtinctum ejus cadaver.

*Hic jacet Corpus M. R. D. Hieronymi Balladorii Sacerdotis Cremonenſis, qui ſem-*

Digitized by Google

*ſemper piiſſimam, nec non exemplarem Vitam duxit. Charitate erga Proximum ſummopere fervens, tandem plurimis, quos pro Deo, & Proximo ſuſtinuit, laboribus fractus; Poſt diuturnam, & gravem, ſed patientiſſime tolleratam infirmitatem die XXIX. Auguſti A. D. MDCLXXXIII. in pace quievit. Ætatis ſuæ An. LXIV.*

Verum de Balladorii tumulo dignum carmen repeterem Adriani, quod Pompejo inſcripſit

*Oſſa Viri Magni, tenui quam clauſa ſepulchro.*

De tanto Viro late ſcripſimus in noſtro opuſculo, cui tit. italice.

*Riſtretto di notizie della Vita, ed Azioni del piiſſimo Sacerdote Cremoneſe D. Girolamo Balladori Propoſto della Chieſa Parrocchiale de' SS. Clemente, e Maddalena in Cremona.*

Hieronymus Capellus ex Oppido inſigni Caſalis Majoris Cremon. Diœceſis, Ordinis Min. Conventualium S. P. Franciſci, Sac. Theologiæ Magiſter, fuit Regens apud Suos Bononiæ, & ibidem S. Officii Conſultor, a S. P. Paulo V. ex Conſultoribus Supremæ Congregationis Urbis conſtituitur anno 1615. die 20. Maii, obtenta etiam Cathedra Theologiæ in Archigymnaſio Sapientiæ, & ab Urbano VIII. die 23. Novembris 1626. creatur ob merita, & doctrinam Epiſcopus Termularum, obiit anno 1643., ſepultus in ſua Cathedrali.

Ughellus in Ital. Sac. ubi de Ep. Termularum. Breſian. in Roſis, & Violis Crem.

Cum hic de Oppido Caſalis Majoris, facta fuerit mentio, liceat mihi ſubdere, ut infra, ne memoria inter nos depereat,

1400. Fr. Hilarius, cujus cognomen ignoratur, natus in Oppido præcitato, Ord. Prædicat. Converſus, Filius Conventus S. Dominici Mantuæ, Vir bonus, & doctus, humilis, & laborioſus, ſuper omnia otia fugiens, qui cum in Ordine humiliter, & viriliter vixiſſet, bonis operibus plenus migravit ad Dominum in Conventu Finarienſi, ſepultus ibi miraculis clarus. Sunt verba Tahegii tom. 1. pag. 167. Cap. de Converſis, qui obierunt cum fama Sanctitatis.

Hieronymus Capredonus e Soncino, Diœceſis Cremonæ, ex Ordine Prædicatorum, Philoſophus, Theologus, & Hagiographus doctiſſimus, bis Regens in Studio Bononienſi, Mantuæ Inquiſitor.

Laudatur a P. Rovetta in Bibliotheca ad annum 1621. ubi plura notatu digniſſima, profundiſſimo, atque utiliſſimo calamo in bonum diſcipulorum ſcripſit, ſpecialiter.

*Doctiſſimum Tractatum de Auxiliis Divinæ Gratiæ, & concordia liberi arbitrii.*

*Quæſtiones metaphyſicales de Animæ intellectivæ inefficientia.*

*De cognitione animæ ſeparatæ.*

*De Cæleſtibus Corporibus.*

*De*

Digitized by Google

*De animatione Cœli.*
*De ſubſtantiis ſeparatis,*
*De earumdem cognitione, & cogitationis medio.*

Theologia Ariſtotelis in tres libros diſtincta, & ſcilicet.

*De Animæ humanæ immortalitate.*
*De Intelligentiis, ſive de Angelis.*
*De Deo, ejuſque divinis perfectionibus.*
*De Dei æternitate.*
*De Divinis Nominibus.*
*De Scientia Dei.*
*De ideis Divinis.*
*De Veritate.*
*De Voluntate,*
*De Providentia.*
*De Infinitate primi Motoris, atque*
*De Creatione. Venetiis 1609. in fol.*

Quæ omnia acutiſſime, & attentiſſime, profundeque ſcrutatus eſt, & ad mentem Ariſtotelis, & juxta D. Thomæ Doctrinam, Catholicamque Fidem.

Hunc celebrant præter Rovettam, alii Scriptores de doctis Viris Ord. Prædicatorum. *Jo: Michael Plodius, Alphonſus Fernandez in Concertatione Prædicatorum, Vincentius Rivalius in Catalogo Scriptorum Provinciæ Lombardiæ.* Extant in Biblioth. Ord. Præd. Soncini, *de Auxiliis Divinæ Gratiæ Tomi tres in fol. mſſ.* a me viſi die 26. Julii 1739. ut dixi, loquendo de Raymondo Nido. Vidi pariter in eadem Bibliotheca opera Jo: Ludovici Vivaldi, quibus præmittitur Epiſtola latina F. Andreæ de Soncino die 25. Januarii 1507. valde erudita; verum de hoc Andræa aliud non habemus.

Hieronymus Fliscus Congr. Somaſchenſis, poeſis latinæ cultor perſpicuus, multa congeſſit

*Epigrammata*

ex quibus tria legimus in operibus Pantaleonis Panvinii, pariter Cremon., & ejuſdem Congr. ut dicemus ſub lit. P.

Laudatur a P. Athanaſio a S. Carolo Auguſtiniano Nudipede, olim Amico noſtro eruditiſſimo in ſuis Tractatibus de Annulis ſerv. in Bibliotheca S. Damiani Mediol.

Hieronymus de Gratis Auguſtinianus Congr. Inſubriæ, Theologus, & Concionator perquam egregius. Vivebat anno 1611. ſcripſit opuſculum, cui tit.

*Scala del Paradiſo per le Anime divote, deſideroſe di ſalire a quella Patria con brevità. Breſſian. in Vir. Rav. ad annum 1611.*

Hieronymus Nervus Cauſ. Coll., Syndicus Civitatis, ac Comitatus Cremonæ, anno 1657. per Zannium, ibi vulgavit in 4.

*Encomj Accademici fatti nel fine della Pretura dell' Illuſtriſſimo Sig. Senatore*

*natore D. Gio: Ramos del Manzano, nel paſſato biennio* 1656., 1657. ubi Collectoris nobile Elogium in initio habetur.

HIERONYMUS DE NOVELLIS Sacerdos Congr. Somaſchenſis, ſoluto carmine, cum divite vena, tam latine, quam italice, ut inquit Horatius, prolixe cecinit, & edidit Mediolani apud Jo: Baptiſtam Paganellum 1617. in 4. librum diligenter excuſum, cui tit.

*Grotteide Poema ſciolto, in cui dall' origine del Mondo fino a' tempi noſtri ſi contano i Fondatori, e tutti gli Uomini per Armi, Principati, Governi, Lettere, e Santità ſegnalati dell' antichiſſima, e nobiliſſima Famiglia Grotta*, illumque dicavit, utor ſuis verbis,

*Al prudentiſſimo, e nobiliſſimo Conſiglio di Cremona*. In hac nuncupatoria Epiſtola Civem, & Filium Cremonenſis Patriæ ſe appellat, atque gloriatur. Ibi multa leguntur de Nob. Stirpe Crotta Cremonenſi; quoque ibi habentur pag. 183.

*Vita di S. Lupo Grotto, ſecondo Principe di Bergamo, & pag.* 207.

*Vita di S. Alleida Principeſſa di Bergamo, & pag.* 231.

*Vita di S. Grata Principeſſa di Bergamo.*

*Vita di S. Eſteria Verg., e Mart. Principeſſa di Bergamo pag.* 291.

*Atti di Fermo, e Ruſtico Cugini, fortiſſimi, e chiariſſimi Martiri di Caſa Grotti pag.* 315.

*Prima Translatione de' SS. Fermo, e Ruſtico, illuſtriſſimi, e fortiſſimi Martiri di Caſa Grotta pag.* 443.

*Secondo Trasferimento delle medeſime Reliquie dall' Africa nell' Iſtria, onorata Provincia d' Italia pag.* 448.

*Terzo Trasferimento pag.* 461.

*Quarta Traslazione pag.* 483.

De laudibus SS. Calimachi, Martiniani, Auxani Hymni tres in libro, cui tit. *Divote azioni di Milano nel Concilio Provinciale VII. del Card. Federico Borromeo Arciveſcovo* 1611. *apud Pontium, & Piccaleam*.

Ejuſdem extat etiam, Satyra latinis carminibus contra Epicuræos præmiſſa libro Ludovici Carboni, Viri non parum eruditi, cui tit. Fons vitæ, & ſapientiæ, vel ad veram ſapientiam acquirendam hortatio.

Præter linguam Græcam, & Hebraicam, quas didicerat, adhuc juvenis, ſub diſciplina Patris Primi de Comitibus, qui fuit unus e Sociis Ven. Hieronymi Æmiliani Fundatoris, Rhetoricas quoque, & Philoſophicas, nec non Theologicas Facultates, quas publice, Venetiis præcipue in Seminario Patriarchali, tradiderat, perfecte callebat. In extremis vitæ ſuæ, priuſquam animam Deo redderet, Mediolani die 25. Oct. 1623. mirifica viſione ſupradicti Ven. Æmiliani, quem vivens ſumma pietate coluerat, dignatus fuit, ut conſtat ex Proceſſibus in cauſa Beatificationis ejuſdem Venerabilis fabricatis.

Hac arrepta occaſione, dico corrigendam eſſe aſſertionem, quam feci in II. Tomo Crem. Lit. pag. 190., appellando Hier. Novellum Vicentinum,

Digitized by Google

centinum, pro ut etiam in Indice Rerum Notabilium lit. H. cum, ut vidimus, ſe Civem jactet Cremonenſem.

HIERONYMUS PAROLUS Medicus, & Poeta latinis carminibus illuſtris, ſcripſit, & luci exhibuit.

*De Specianorum Familia Elogia ad Cæſarem Specianum, Cremonæ Epiſcopum. Cremonæ apud Chriſt. Draconium, & Baruccinum Zannium* 1602. *in* 4.

Extat ejuſdem Paroli penes erudituſſimum D. Med. Phyſicum Joannem de Sonſis, Compaſtorem in noſtra Cremonenſi Colonia, & Muſarum Italicarum eximium Cultorem,

Commentariolum eruditum ſuper Cantionem VII. Petrarchæ, quæ incipit

*Quell' antiquo mio dolce empio Signore &c.*

HIERONYMUS PELLIZZONUS ex Oppido Caſalis Majoris Architectus, & Pictor, amator Patriæ ſuæ edidit.

*Oſſervazioni ſopra varj effetti, che ſogliono cagionare le acque nel Fiume Pò, maſſime dove ſono in corroſione, con un modo di fortificare le Piarde. Cremonæ typis Laur. Ferrarii* 1683.

HIERONYMUS RAPHAELLUS Sacerdos Sæcularis, & Parochus Parabiaghi Diœceſis Mediolani. Ex ejus ſcriptis extat.

* *La Vera Iſtoria della Vittoria, qual' ebbe Azzio Viſconti Principe di Milano dell' anno* 1338. *nel dì* 12. *Febbrajo in Parabiago contra Lodriſo Viſconti &c. Mediolani per Jo: Petrum Limonta* 1609. *in* 8.

HIERONYMUS SCHINCHINELLUS, Legali Laurea ſuſcepta in Patavino Gymnaſio, anno 1613. Animoſorum Academiæ in Patria Princeps deputatur, eodemque anno Nobilibus Decurionibus adſcribitur. Romam exinde acceſſit Reſidens pro Archiepiſcopo, & Principe Juvavienſi, vulgo Salzburg; ab Urbano VIII. Prothonotarius Apoſtolicus e numero Participantium eligitur, aliiſque honoribus, & titulis Eccleſiaſticis decoratur. Dum Tyburi recreandi animi cauſa degebat ægritudine preſſus verè quievit. Ejuſdem meminit Joſeph Breſſianus in Roſis, & Violis ad annum 1624.

Joannes Baptiſta Maynoldus, de quo erit ſermo, eidem nuncupavit Orationem funebrem, quam habuit de Comite Oliverio Schinchinello.

HIERONYMUS DE STEPHANIS, ex Sodalibus Ven. Confraternitatis S. Mariæ Paſſionis, vulgo S. Mariæ Secretæ, erectæ anno 1238., juxta Ædes S. Joannis Novi Cremonæ; devoto calamo compilavit.

* *Breve Relazione della Compagnìa di S. Maria di Paſſione, detta di S. Gio: Nuovo eretta in Cremona, compoſta ad iſtanza de' Confratelli della medeſima Compagnìa. Aggiuntavi appreſſo l' iſtoria del Volto Santo di Lucca. Cremonæ apud Chriſt. Draconium, & Baruccinum Zannium* 1611. *in* 8.

HIERONYMUS DE SANCTA TERESIA Carmelita Diſcalceatus, Provincialis, ac Deffinitor Generalis ſui Ordinis, dicitur na-



Digitized by Google

tus ex Familia Burſa; id opus Hiſpanicum Italica lectione traduxit.

*La Vita del B. P. Franceſco del Bambino Gesù*, editum 1620. iterumque prodiit Genuæ typis Benedicti Guaſci 1654. in 4. ex Lycæo Herc. Legati.

Item opus illud numquam ſatis laudatum P. Joſephi a Jeſu Maria, vulgavit de Vita, & Excellentiis B. M. V. quod primum excuſum fuit Bruxellæ anno 1651. in fol., deinde recuſum Matriti, & italice verſum Patavii, anno 1658. hoc præmiſſo titulo.

*Padiglione del Miſtico Salomone, in cui ſotto la ſemplice, ed umile apparenza d' Iſtoria della Vita, Eccellenza della V. M. N. S. leggeranno li più curioſi ingegni un Compendio delle più qualificate prerogative di sì gran Regina, li più ſottili, ed eruditi Teologi ſpeculativi, una ſomma di Teologìa, li Profeſſori di Sacre Lettere, e Predicatori, un compitiſſimo Mariale, li Contemplativi, e dediti all' orazione, una miſtica Teologìa, ſenza paragone, ed eſempio maneggiata: li Fedeli tutti, e divoti della Madre di Dio uno ſtimolo di pietà, e divozione.* Laudatur a Maraccio in Appendice Bibliothecæ Marianæ, adjecta Polianthheæ Mar. lit. H. pag. mihi 50.

HIERONYMUS TROMBONUS Sacerdos J. U. D. Præpoſitus Eccleſiæ antiquitus, & modo Collegiatæ SS. Ægidii, & Homoboni, ex Academicis Animoſis, ac Etruſca Poeſi præclarus.

* *Vita, Morte, e Miracoli del glorioſo S. Omobono. In Cremona* 1618. *appreſſo Bartolomeo, ed Erede di Baruccino Zanni in* 4.

* *L' Angelo Cuſtode, Ajo della Monaca, mandatole dal Paradiſo, perchè la conſiglj, e corregga in Vita, la ſoccorra, ed avvalori in Morte, e l' accompagni, e riconduca ſalva allo Spoſo Criſto. Nella ſteſſa Stampa* 1625. *in* 12.

* *Preghi affettuoſi alla Beatiſſima Vergine Madre di Grazie, ſolennizata nella Chieſa Cattedrale, compartiti ſopra i più rilevanti biſogni della Città noſtra di Cremona. Ibi* 1628. *in* 12.

* *Dialogo amoroſo della B. V. Madre di Grazie, coll' afflitta Città di Cremona, nel quale potrà chi legge profittevolmente oſſervare i motivi del caſtigo peſtilenziale, che manda Dio, ed i rimedj a placare la Giuſtizia del Cielo. Cremonæ* 1630.

Carmina multa italica, edita in diverſis Collectaneis, leguntur noſtri Auctoris.

HIERONYMUS UGOLANUS Marchio Paterni in Agro Cremonenſi, & J. C. Colleg. Patriæ, Italicæ Poeſis, & latinæ in horis ſubceſſivis Profeſſor anno 1667. Mediolani typis Joſephi Marelli in 12. prodiere.

* *Gl' Inciampi del furore poetico*, cui libro in fine additur heroicis carminibus latine compoſitis.

*Plaudentis Cremonæ Triumphus in adventu Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi S. R. E. Principis Cardinalis Petri Vidoni, Laudæ Epiſcopi &c.*

* *In funere invictiſſimi, & Potentiſſimi Philippi IV. Hiſpaniarum Monarchæ &c. Regales Cremonenſi in Urbe exequias Illuſtriſſimo Comiti Bartholo-*

mæo

*meo Areſio Excellentiſſimi Mediolani Senatus Præſidi D. D. D., typis Pauli Pueroni 1665. in fol.*

Hieronymus Vidonus ſuſcepto Clericali habitu, Romam a Patre miſſus, poſt Lauream in utroque Jure ſuſceptam, inter Parci majoris Abbreviatores, ac utriuſque Signaturæ Referendarios admiſſus, & Annonæ Præfectus a S. P. Paulo V., ac Apoſtolicæ Cameræ Clericus deputatur; quinimmo muniis exactis Theſaurarii Generalis Pontificii Exercitus, ac Generalis Commiſſarii in turbationibus bellicis, ferè totam Italiam agitantibus ab Urbano VIII. Purpureo Galero decoratur die 5. Auguſti 1627. Verùm totius Almæ Urbis mœrore vix elapſo quinquennio in ea eminentiſſima dignitate, die 25. Octobris 1632. denaſcitur. Tumulatur in Eccleſia S. Mariæ de Victoria nuncupata, in Sacello ſuis expenſis conſtructo, cum ſequenti Epitaphio.

*D. O. M.*
*Hieronymo S. R. E. Cardinali Vidono*
*Cremonenſi,*
*Qui graviſſimis apud plures Sum. Pontif.*
*Muneribus functus*
*Ab Urbano VIII. P. O. M.*
*Per honorum gradus evectus ad Purpuram*
*Magno ubique non minus innocentiæ,*
*Ac Sinceritatis exemplo,*
*Quam ſui deſiderio apud omnes reliquis.*
*Obiit anno Sal. 1632. ætatis ſuæ 51.*
*Cæſar Marchio S. Joannis in Cruce F. O. M. P.*

In Cathedrali Cremonæ legitur hæc altera inſcriptio, ære publico prope Sacrarium marmoreo lapide exculpta.

*D. O. M.*
*Hieronymo Vidono Patricio Cremonenſi*
*S. R. E. Cardinali Eminentiſſimo,*
*Qui paginam fœlicitatis meritis adimplevit, ac præmiis,*
*Documento Aulicis*
*Fortunæ rotam virtutis clavo defigi*
*Romæ titulos ingenio capaces prope exhauſit omnes*
*Pari gratia ſub quatuor Pont. Max. pollens*
*Clemens enim VIII. illum inter Aulæ Romanæ Præſules adlegit,*
*Paulus V. Sign. Utriuſq. Referend. Abbrev. de Par. Majori*
*Piceni Prolegatum, & C. A. C. renuntiavit.*
*Gregorius XV. Annonæ Præfectum ad Urbis tutelam decoravit.*

*Urbanus demum VIII.*
*Præſidem prius totius Flaminiæ &c.*
*Et Generalem Eccleſiæ Theſaurarium nuncupatum*
*In Sacrum Card. Collegium Orbe plaudente cooptavit.*
*Vera de Eo fama fuit*
*Deſtinaviſſe Patres, optaſſe Reges*
*Ut Pontifex Maxi ipſi renunciaretur,*
*Si vitam ad proxima Concilia protraxiſſet*
*Civitas tanto decore deſtituta*
*Parente velut orbata*
*Meritorum grata, ac providè exempli*
*Decreto publico*
*Amoris, & Doloris Monumentum*
*Æque in Marmore, ac Cordibus*
*P.*
*Curantibus Fabricæ Præfectis*
*Alphonſo Maynardo J. C. Com. & Eq. R. D. Sen. Mediol.*
*Andræa Roncadello, Ludovico Bonetto,*
*Cap. Hieronymo Zucchello,*
*Balthaſſari Saccio.*
*Vixit an. 51. in Cardinalatu 5.*
*Obiit Romæ die 25. Octobris 1632.*

Hilarius Mazzolarius Monachus Ord. S. Hieronymi Congregationis Inſubriæ, diſerto calamo ſcripſit, & in lucem emiſit.

* *Le Reali Grandezze dell'Eſcuriale di Spagna, Opera, in cui con eſattezza più che ſtraordinaria deſcriveſi non ſolo tutta la Fabbrica del celebre Monaſtero di S. Lorenzo il Reale, detto l'Eſcuriale &c. ma altresì qualunque ornamento sì di Scoltura, come di Pittura &c. con un preciſo, e veritiero conto de' ſuoi prezioſi arredi di Chieſa, e di tutto il denaro, che ſi è conſumato, che ſopravanza molti millioni di Scudi d'Argento, e nel fine un diſcorſo, col quale ſi paragona il detto Edificio &c. in particolare al Tempio di Salomone col Fondatore Filippo II. Rè delle Spagne &c. Bononiæ 1648. per Jo: Baptiſtam Ferronum in 4.*

*Vita del P. S. Girolamo, tradotta dall'idioma Spagnuolo del P. Giuſeppe da Siguenza,* ut idem P. Mazzolarius ſcribit in memorato ſuo libro pag. 122.

Homobonus de Bonis Cler. Reg. S. Pauli, & in Metropolitana Eccleſia Bononienſi Pœnitentiarius, ac Sanctæ Inquiſitionis ibi librorum Reviſor, & Conſultor, anno 1618. vulgavit in 4.

* *Commentaria de Caſibus reſervatis, tum Epiſc. tum Regularibus Prælatis &c. Quidquid tam ad Theoricam, quam ad Praxim ſpectat compendiaria methodo, & aphoriſtico ſtylo dilucidantia. Bononiæ typis Nicolai Tomaſii in 4. anno 1618.*

* *Com-*

Digitized by Google

* *Commentaria reſolutoria de examine Eccleſiaſticorum Tomi tres in fol. Bononiæ* 1623. *&* 26. 27. *reimpreſſa.*

*Conſultationes, & Reſponſa Quæſtionum moralium Tom.* 2. *in* 4. *Bononiæ* 1632. *&* 34.

*Enchiridion Clericorum, in quo omnia, quæ ad eorum Statum, Vitam, & Mores, Officia, ac Privilegia ſpectant, perſtringuntur; ubi etiam de Privilegio Fori, eorumque Immunitatibus. Bononiæ* 1634. *in* 4.

*De modo addiſcendi, & docendi Theologiam, & de uſu in foro externo, & interno, ubi etiam de Caſibus arbitrariis Judici, tam Laico, quam Eccleſiaſtico. Ibidem* 1635. *in* 4. *Vide in Amphiteatro Fontanæ part.* 6. *lit. B., & de eo plura P. Barella in Annal. ſuæ Congregationis.*

*Dialogo delle Stazioni di Bologna*; ut indicat Peregrinus Merula in ejus opuſculo, cui tit. *Peregrinazione alle Sette Chieſe di Cremona, cap.* 12. *allegando Homoboni opus in pag.* 113., *&* 125.

*De humanæ vitæ ſtatibus, eorumque officiis, & obligationibus Commentaria ad Chriſtianum, Eccleſiaſticum, Religioſum, Ethicum, Æconomicum, Politicumque munus explendum, æque brevi, & facili methodo conſcripta. Bononiæ ex Typographia Victorii Benatii* 1619. *in* 4.

*Arte teorica, e pratica per ajutare nello Spirito gl' Infermi. Bononiæ* 1616. *iiſdem typis in* 8.

A pluribus ejus ſcripta allegantur in materiis ad Sacros Canones ſpectantibus, & præcipue a Biſcia Caſſinenſi in I. Tomo Liturgiæ lit. F. ubi, an Epiſcopus poſſit concedere, quod feria VI., in Paraſceve celebretur Miſſa, ſuſtinendo, quod ea die occurrente aliquo Feſto de præcepto, puta, Annunciatione B. V. &c. poſſit.

In Indice Scriptorum Congr. Cler. Reg. S. Pauli Bibliothecæ concinnato, ut dicitur anno 1735., memoratur Homobonus de Bonis, nomine tantum, & cognomine; Index eſſet plane laudabilior, ſi Scriptorum Patria ſaltem in eo fuiſſet apposita.

Homobonus Piso Artium, & Medicinæ Doctor eruditiſſimus, Alexandri de quo ſupra Filius, in primo flore juventæ Cremonæ edidit in 12. typis Laur. Ferrarii 1690.

* *Ultio antiquitatis in ſanguinis circulationem: hoc eſt opuſculum in quo ſanguinis circulatio Antiquis ignota, a Recentioribus inventa refellitur.* Habuit nonnullos oppoſitores, quos hic referre, mei non eſt inſtituti; Verum laudatur opus in Ephemeride Literatorum. Parmæ anni 1690. tit. XI. pag. 243., & ſeq.

* *Diſſertatio de uſu Veſicantium in febri maligna, iiſdem prælis* 1694.

* *Cruentum periculum in quo Cubiti Phleobotomia Tali Sectioni præfertur contra Sectatores Arabum, & Sanguinis Miſſio in febribus contra Helmontium affertur, iiſdem typis* 1695.

Cum a multis annis eſſet in Academia Patavina Medicinæ Practicæ Profeſſor 1726. Patavii typis Jo: Baptiſtæ Conzatti evulgavit in 4.



Digitized by Google

* *Methodus medendi. Acceſſit nova in Sanguinis circuitionem Inquiſitio. Hunc librum ad me humaniſſime miſit, cum ejus epiſtola diei 22. Septembris 1726.*

* *Oratio pro Juventute Medicinæ addicta &c. ad novæ ſedis ingreſſum habita Patavii 1728. typis Jo: Baptiſtæ Conzatti in* 4. de qua ſit mentio in libro inſcripto *Novelle della Rep. delle Lettere,* anni 1729. typis Albritii 1730. pag. 58. Sicuti memoratur opus enunciatum *Methodus medendi* pag. 168. Edidit Patavii pariter typis ejuſdem Conzatti 1735. opus inſcriptum.

* *De Regimine magnorum auxiliorum in curationibus morborum, Diſſertationes quatuor. De offenſionibus Medici Operoſi Diſſertatio ſingularis, nobis pariter dono tranſmiſſæ.*

*Empyema ex pleuritide cum dolore deſcendente feliciter in operatum, inter gravia laborantis errata. Opuſculum inter collectanea facta a P. Calogerà. Venetiis 1736. apud Chriſt. Zanum Tom. 13.*

Laudatur a Joanne Cinello in Bibl. Volante circa opuſculum de Sanguinis circulatione Pluteo XI. pag. 90., & in XVIII. pag. 135. ubi de Roberto Grevio, qui ſcripſit carmen de Sanguinis circulatione, Londini editum 1685. in 4.

Homobonus Hieronymus Rota, Jo: Jacobi F., ab adoleſcentia, uſque ad mortem ſumma neceſſitudine mihi hujus operis infimo Auctori conjunctus; Suſcepta Cremonæ Laurea Philoſophiæ in Gymnaſiis Soc. Jeſu, exinde Ticinenſi in Univerſitate Legali Diademate inſignitus, ut Juriſprudentiæ jugi ſtudio incumberet, ad Mediolanenſe Forum celeberrimum ſe contulit. Habens enim Homobonus ad maxima ingenium ſemper aſſurgens, brevi ex ſelectioribus Advocatis emerſit; unde ob ejuſdem præclara merita anno 1721. ab Auguſtiſſimo Carolo VI. Senatoria Toga decoratur, & anno ſequenti Papiæ Prætor electus, inexpleto biennio die X. Maii anni 1723. è vivis exceſſit; tunc præ cæteris ego animi maximo mærore concuſſus, cum ſæpeſepius inter nos Epiſtolarum commercium ageretur, ac ipſemet è Sacro Fonte ſuſceptor eſſet Homoboni Xaverii Filii mei dilectiſſimi, de quo infra. Innumeras in utroque Jure ſcripſit, & prælis tradidit,

*Allegationes, & Conſilia,* utpote qui recte, & acute omnia differebat.

In amicitiæ, & honoris teſſeram in meis foliis typis editis pluries ejuſdem nomen intexui.

Cum Marchio Bartholomæus, Neapoli degens, ejuſdem Senatoris Frater, cooptatus extiterit inter Nobiles Patriæ Decuriones anno 1732. a me tunc Ordinum Actuali Conſervatore, ſequens diploma extenſum fuit, eidemque authentice ſic tranſmiſſum.

Nos

Digitized by Google

*Nos Præſides, & Decuriones Antiquiſſimæ, & Fideliſſimæ Urbis Cremonæ.*

*Sicuti a Nobis, Noſtriſque Præceſſoribus ob inſignia merita, & legalem ſcientiam, qua emicuit, Nobilibus Patriæ Decurionibus anno 1722. adſcriptus fuerit Illuſtriſſimus D. Don Homobonus Rota Regius, ac Ducalis Mediolani Senator, & illico Inclytę Urbis Papiæ Ampliſſimus Prætor, ibi immatura morte correptus; ita ad adeo ſenſibilem Patriæ jacturam inſtaurandam motu proprio, & unanimes in voto, optimum duximus ad talem dignitatem modo promovere, noſtroque perſpicuo Cętui aggregare D. Marchionem de Colleſorti, & S. Juliani Don Bartholomæum Rotam, ejuſdem D. Senatoris Fratrem, quamvis incolatum habeat, cum tota ejus præclara Familia in Regali Civitate Neapoli. Propterea coacto noſtro generali Conſeſſu, die heſterna ſeptima Januarii, plenis ſuffragiis eumdem D. Marchionem Bartholomæum Rotam nominavimus, & acceptavimus in numerum Nobilium Cremonæ Decurionum. Volentes, & reſpective mandantes, ut pro tali ab omnibus, & ſingulis ad quorum notitiam præſentes noſtræ Teſtimoniales Literæ devenerint, habeatur, recognoſcatur, & honoretur, & in Catalogo Nobilium Cremonæ Decurionum deſcribatur, & eo utique modo perfrui poſſit quibuſcunque honoribus, prærogativis, ac privilegiis, quibus perfruuntur Nobiles Decuriones hujuſce Patriæ. Veruntamen ut de prænarratis ubique pateat, & conſtet, juſſimus eidem D. Marchioni Rotæ expediendum eſſe Diploma, ſubſcriptum de more, & noſtri Publici Sigilli munimine roborandum. Datum ex Dictaria Illuſtriſſimæ Urbis Cremonæ hac die Martis 8. Januarii 1732.*

Franciſcus Ariſius Ordinum Conſervator.

*Jo: Petrus de Pratis Not. Coll. Cremonæ, alter ex Cancellariis.*

Homobonus Xaverius Arisius Auctoris F. puerilibus ſtudiis exactis in Scholis PP. Soc. Jeſu, Amicorum ſuaſu inde applicitus Thomiſticæ Philoſophiæ, penes PP. Ord. Præd. anno 1710. die 7. Februarii primum ſpecimen ſub directione P. Vincentii Paſſano de Genua edidit, & ſcilicet ſuſtinendo Theſes ex Logica ſelectas juxta mentem Divi Thomæ Aquinatis &c. quas in devotionis monumentum eidem Angelico Præceptori dicavit; ſunt excuſæ typis Laur. Ferrarii, iiſdem pariter typis anno ſequenti 1711. in lucem prodiere Theſes ex Univerſa Philoſophia juxta mentem Angelici Doctoris &c. quas in magnifico Divi Dominici Templo propugnandas iterum expoſuit, præſentibus præcipue Illuſtriſs., Nobilibuſq; Viris Decurionibus, & Præſidibus Regimini Patriæ, quibus eaſdem Theſes ſolemniter cum Inſigniis Urbis Cremonæ, ipſe, meo conſilio, obſequentiſſime dedicavit. Eodem anno, Novembrio menſe, ſub auſpiciis Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Giberti Borromei, Patriarchæ Antiocheni, dein Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis, ac Novarienſis Ep. in Almum Borromeorum Colleg. Papiæ receptus, ac in Uni-

Digitized by Google

ea Univerſitate Juriſprudentiæ operam dedit, ubi triennio peracto legali Laurea in utroque Jure decoratus, Mediolanum miſſus, apud Suſceptorem ſuum in Baptiſmate, qui erat, paulo ante memoratus doctiſſimus Advocatus Homobonus Hieronymus Rota, exinde Ampliſſimus Senator, & Papiæ Prætor, dignitatibus etiam longe majoribus dignus, de quo ſupra; ut in Legibus profiteretur poſt aliquot annos Patriam rediit. Anno 1721. Regii Prætoris Oppidi Inſignis Caſalis Majoris, annuente Excellentiſſimo Mediolani Senatu, Syndicator eligitur. Non ſine laude munus illud obivit; nunquam deſerens muſarum, ac literarum humaniorum culturam; quapropter inter Paſtores Arcades Cremonenſis Coloniæ Fundatores *Nomaſti Priſchei* nomine adnumeratur. Anno 1724. in Collegium Spectabilium Cauſidicorum Patriæ aſcitus, die XIII. Decembris prima vice, qua ſedit in publico Auditorio a J. C., & Cauſ. Colleg. Xaverio Maltraverſio, diſertiſſima Oratione laudatur, una cum J. C. & Cauſ. Coll. Franciſco Maria Breſſiano Carena, prima vice, & ipſo nunc ſedente, & paulo poſt electus a Nob. Præſidibus Regimini Patriæ in unum ex Protectoribus Carceratorum. Plures in Jure ſcripſit

*Allegationes, quarum etiam multæ prælo traditę.*

*Carmina latina, & italica edita in multis collectaneis.*

*Additamenta ad librum a me Genitore vulgatum ex typographia Bazacchii Placentiæ in 4. anno 1697., cui tit. Spectabiles Cauſarum Patronos ex inclyto Cremonenſi Collegio &c. ex mſſ. peculiariter.*

*Diſcorſo Paſtorale ſopra i Paſcoli delle Campagne in una Tornata della notte del dì 15. Febbrajo 1722.*

Hic ſermo habitus fuit in Epiſcopali Palatio, ubi præ cæteris aderant Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Idelphonſus Manaria Bobbienſis Epiſcopus, & Litta Cremonæ.

*Oratio, qua grates redduntur Illuſtriſs. D. Sen. Prætori Petro Antonio Calcho, nec non Nob. & Sp. DD. Cauſ. Coll. pro ingreſſu in eorum Collegium.*

HONORATUS A CREMONA nuncupatus, cognomine de FERRIS, e Venerabili Capucinorum Inſtituto, quem probitas, & merita ad Miniſtri Provincialis dignitatem evexere. Rectiſſimæ Vitæ moribus eloquentiam perfecte conjunxit. Italice ſcripſit.

*Vita del P. Girolamo Offredi Capuccino, al ſecolo Attilio, Cavaliere Geroſolimitano.*

*Vita del S. Protettore Omobuono mſſ.* ſervantur, ut dicitur, in Bibliotheca ſui Cœnobii Cremonenſis.

Breſſianus in V. R., & nos de eo in Vita Pii Sacerdotis Hieronymi Balladorii.

HORATIUS BIFFUS Abbas J. U. D. in Almo Archigymnaſio Bononienſi Juriſtarum Prior. Bononiæ edidit 1678. typis Jo: Recaldini in 4.

* *Ager ad culturam revocatus Proluſio, ſeu Præfatio pro Minervalibus En-*

cœniis

Digitized by Google

*centiis, hoc eſt pro ſtudiorum renovatione in almo Archigymnaſio, habita 19. kalendas Octobris &c.*

Dum eſſet Romæ ibi vulgavit typis Dominici Ant. Herculis 1686. in 4.

* *De Sanctiſſimo Trinitatis Myſterio, Oratio habita pro ejuſdem Solemnitate in Pontificio Sacello Palatii Vaticani. Ad SS. D. N. Innocentium XI. P. M.*

Horatius Guarguantus e clariſſimo Soncini Oppido Medicus, & Philoſophus, & Aſtrologus præſtantiſſimus, nec non practicæ facultatis Vir præclariſſimus. Anno 1613. Venetiis apud Ambroſium, & Bartholomæum Dei fratres, liber editus fuit ſic inſcriptus.

* *Horatii Guarguanti Soncinenſis Medici Veneti, ac Philoſ. præclariſſimi Reſponſa Varia ad varias ægritudines, & in primis tres Tractatus, unus de Dyſenteria, alter de Morbo Gallico, & tertius de Febri Peſtilentiali, & de Peſte &c. Huc accedit exactiſſima cognitio ſedandi, & curandi fluxus R. P. Cypriani Mantegnerii Veneti Ord. Præd. ſummo ſtudio, ſummoque labore collecta, ſerie digeſta, & ad communem omnium utilitatem in lucem edita &c.*

Id opus citatur a M. Georgio Draudio in Bibliotheca Claſſica; edidit etiam *de Theriacæ Virtutibus Paraphraſim, de Mechiocani radice libram, ac de Ovo Gallinarum, & ejuſdem uſu in febribus in unum congeſtum, opus Venetiis 1595. per Jo: Baptiſtam Ciottum.* Poetice vero

*Eccellenze di Maria Vergine in ottava rima. Alla Sereniſſima Infanta la Signora Ducheſſa di Savoja. Venetiis apud Jolitos 1586. in 4. Hoc poema recuditur inſimul, Colle lagrime di S. Pietro, di Luigi Tanſillo, e colle lagrime della Maddalena d'Eraſmo Valvaſore, per Auguſtinum Spenedam Venetiis 1599., & anno 1613. per Lucium Spenedam reimprimuntur, L'Eccellenze di M. V.,* cujus meminit Hippolytus Maraccius in Bibliotheca Mariana, p. 4. pag. 606. Item ne forte ſit idem, ut ſupra, relatum traductum italice.

* *Trattato delle mirabili Virtù della Triaca. Venetiis apud Jac. Vincentium 1605. in 4. cum admonitionibus pro compoſitionibus medicamentorum Georgii Melichii Auguſtani Pharmacopeam Venetiis exercentem, ibidem recuſus apud Joannem Guerilium anno 1627.*

* *Lagrime di S. Maria Maddalena. Venetiis, & Baſſani reimpreſſæ per Jo: Ant. Remondinum 1683. item ſcripſit carminibus italicis.*

*Delle miſerie umane cento ſtanze. Venetiis apud Ciottum* 1600. ibi vocatur, Venetus ob lungum incolatum ea in Urbe.

Hac occaſione cum de Soncinate ſit mentio, non erit extra aleam referre, quæ in parte ſecunda de Scriptoribus Veronenſibus, ſeu Veronæ illuſtratæ habentur pag. 262. lib. 3. per hæc verba. Franceſco Corna Fabra da Soncino, ſcriſſe in ottava rima alcune Croniche di Verona dell'anno 1477. Si conſerva manoſcritta nella Librerìa de' Marcheſi Pindemonti.

Horatius Maynoldus Jo: Baptiſtæ J. C. Collegiati, ac Par-

theniæ

theniæ Gallaratæ eruditiſſimæ Fœminæ (cujus a me factus fuit ſermo in II. Tomo) Filius, & Frater Jacobi, inferius nominandi, Excellentiſſimi Inſubriæ Senatus Præſidis, educatus nimirum, & liberalibus diſciplinis imbutus, virtute, & rerum geſtarum gloria clariſſimus. Ipſe enim delectus, & ablegatus fuit a Patria ad Carolum Emanuelem, & Catharinam Auſtriacam Sabaudiæ Duces, quo ejuſdem Patriæ nomine eorum connubium illis bene ominaretur. Ravennæ præclaram Præturam, ſive Gubernationem exercuit. In Mediolanenſi Provincia Capitaneus, ut ajunt Juſtitiæ per quadriennium, aliiſque ſummis Magiſtratibus, tantam eſt laudem conſecutus, ut non modo cuiquam de eo conquerendi locus ſit datus; ſed ab omnibus tanquam comunis omnium parens veheementer exoptaretur; Præterea cum Quæſtura fungeretur Mediolani Extraordinariorum Regis Redituum anno 1623. Lato Clavo decoratur; Anno vero ſequenti 1624. in Ticinenſi Prætura poſtremam diem clauſit, cujus Cadaver in Patriam translatum ad Divi Auguſtini Templum apud Fratrem humatur.

De eo loquuntur Lucilius Terzagius in Epiſt. nuncupatoria directa Jacobo Præſidi &c. Hier. Boſſius in Epiſt. Poligraphica. Ant. Maria Spelta Chronographus Ticinenſis, & Poeta Regius, ubi de Jacobo.

Henricus Farneſius Eburo ubi de eodem, Breſſianus in Coll. J. C. Coll., & Ego in meo de Prætoribus libro ad annum 1623.

Horatius alter ex Comitibus Maynoldis memorati Nepos, fuit Auctoris ſuſceptor in Baptiſmali Fonte; quamobrem in gratitudinis gratiam hic Ejus nomen appono.

Horatius de Maximis de Roma J. U. D. Comes, & Eques, ex Judicum Patriæ Collegio, ex Decurionibus, ac præcipuis ejuſdem Patriæ Muniis ſæpeſepius decoratus. Coloniæ noſtræ Arcadum aſſociatus, ſub nomine *Maximii Romildi*, non tam legalibus ſtudiis, quam eloquentia Oratoria, ac Poeſi utriuſque generis, Etruſcæ ſcilicet, & Latinæ apprime inſtructus, prælo digna & tradenda habet ſequentia Opera.

*Orationes tres pro Inſtauratione Studiorum Legalium, quas inter excellens illa eſt, quam habuit hoc anno 1740. in favorem Adoleſcentium Juriſprudentiæ addictorum ſub ejus doctiſſima diſciplina; quum ex Statutaria prælibati Judicum Collegii diſpoſitione, unus ex illis quotannis eligitur, ut Juſtiniani publice explicet Cæſareas Inſtitutiones.*

*Oratio in diſceſſu ab hac Senatoria Prætura Illuſtriſſimi D. Regii, ac Ducalis Senatoris Don Antonii Stoppani, in qua laudibus condignis effertur.*

*Oratio altera cum elogiis jurequidem merito datis Illuſtriſſimo D. Comiti Regii Ducalive Senatori Don Joſepho Opizzono Ticinenſi Patricio, cum & ipſe ab hac Prætura recederet.*

*Poemata hæroicis carminibus contexta.*

*Orani oppugnatio.*

Threni

*Threni Jeremiæ Prophetæ Paraphraſis cap. 2.*

*Vita Divi Euſtachii latina paraphraſi, ſtrictoque metro exarata.*

*Inconditi Amoris expoſitio; unde Amantum conſtantia, Hiſpanica hiſtoria, poſteritati relata celebratur, Idilium.*

*De natura fluidi Elementi, ac de Fontium origine, Paſtorali carmine diſceptata.*

*De quodam Phoenomeno Carmen Paſtorale.*

*Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Geneſ. cap. 1.*

*Et legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Prov. cap. 8. Carminibus explicata, & vere Poemata, ſimilibus digna argumentis.*

*Idilium ſuper Verbis, Guſtans guſtavi paululum mellis, & ecce morior, cum in noſtra Arcadum Academia habitus fuerit ſermo de Melle.*

*De Apparitione B. V. M. Oppidi Caravagii, Carmen.*

*Permulta Carmina italico metro concinnata, quæ non parvum complerent volumen.*

In libro noſtro de Prætoribus Cremonæ ad annum 1731. ejuſdem Horatii meminimus, cum eſſet Provicarius in Syndicatu Illuſtriſſimi Prætoris Stoppani, ibi etiam ſcripſimus de Reverendiſſimo P. Abate Generali Congr. Hieronymianæ Don Galeatio ejus Patruo, e terris ſublato in fine Februarii currentis anni 1740. in Monaſterio S. Sigiſmundi in Suburbiis.

Horatius Vianus ex Min. Obſerv. S. P. Franciſci Philoſophus Theologus, & Orator percelebris. Ter namque oravit coram S. P. Clemente VIII., tempore, quo ipſemet S. P. erat Ferrariæ. Plura egregie ſcripſit Theologica poſt ſe relicta cum Concionibus Quadrageſimalibus. Obiit Matriti in Aula Philippi III. Hiſpan. Monarchæ anno 1604. Ejus manuſcripta a P. Franciſco Souſa tunc Generali Miniſtro, ut in decenti Bibliotheca ſervarentur, collecta fuerunt, ut indicat Joſeph Breſſianus in V. R.

Hyacinthus Belpierius Bibliographus non incelebris, utpote, qui multorum librorum editionem curavit in ejus typographia, quos inter, hic, non eſt omittendus.

* *Modus pie, atque Chriſtiane ſtudendi, & monita valde utilia, ut ſtudentes proficiant in literis. Cremonæ apud eumdem Belpierium in 8.*

Continet liber poſt prolixam Epiſtolam nuncupatoriam Nicolao Ferrario Illuſtratorum Academiæ Principi in Scholis S. J. erectæ, & nonnulla carmina latina in ejus laudem; Poſt hæc Proemium, Studii definitio, & cauſæ; Praxis ante ſtudium; In ſtudio; Poſt ſtudium, Epilogus ſuperioris praxis, & monita &c. Preces, quæ recitari poſſunt ante ſtudium, & in fine ſtudii.

Plura itidem collegit, & edidit opera, & præſertim varios excurſus Academicos, italico ſermone conſcriptos, quos ipſe excudit 1628. & 1638. in 12. Eorum autem Auctores majori ex parte ſunt Laurentius Biſſus Cler. Reg., Eques Guido Caſonus, & Thomas Caraffa Ord. Præd.

Cum

Digitized by Google

Cum hic de diligenti Typographo fiat mentio, nemo ex Criticis honeſtis me redarguat de nimia facilitate inter meos Literatos reponere etiam Typographos, præcipue, cum ſeligant libros pro Eruditorum commodo imprimendos. Hic quoque mihi aperitur via recenſendi, nonnullos Impreſſores in primo flore typographiæ, quos habuit Patria noſtra, tempore quo ipſa nobilis Ars fuit introducta anno 1485., ut habetur ex Annalibus typographicis Maritaire, quo anno fuerunt impreſſæ Caſtigationes Hermolai Barbari in Plinium. Eodem anno in Oppido Soncini Diœceſis Cremon. typis traditur liber Hebraicus Bechinarolum.

Floruerunt inter antiquos Impreſſores noſtri Cives. Venetiis anno 1472. Bartholomæus Cremon. Romæ anno 1475. G. Tibullus Amidanus de Cremona, Amidana inter Nob. Cremon. Familias olim vigebat; & Placentiæ eodem anno 1475. Jo: Petrus Ferratus.

Nolo hic omittere Vincentium de Comitibus, celebrem circa dimidium ſæculi ſeſquimilleſimi Typographum, quem memorant diligentiſſimi Fratres de Vulpiis in editione Patavina Poematum M. Hier. Vidæ, ubi allegant teſtimonia de eo loquentia pag. 165.

*Il Doni ne Paſſer. lib. 2. edizione di Venezia del Marcolini* 1554. *a carte* 121. *All'amiciſſimo ſuo Vincenzo Conti come fratello. Noi abbiamo avuta tutti grande allegrezza del voſtro condur la Stampa in Cremona, quanto ſia poſſibile; perciocchè quella Città ripiena veramente de' Signori, Gentiluomini, e di Virtuoſi è degna non ſolamente d'un impreſa tale, ma d'ogni maggior coſa ancora, che poſſibil ſia. Ricordatevi, che vi ſono de' mirabili ingegni elevati, che abbia la noſtra età, de' quali uno è il Reverendiſſimo Monſignor Vida, al quale tale impreſa ſarà di comodità grande, e diletto non piccolo a ſuoi eccellentiſſimi Studj*, & ſubdunt in margine.

Hic in optimis libris ab ipſo Cremonæ, non parum accurate editis, interdum vocatur Contus, & Comes, interdum de Conctis. Ex hoc Doni fragmento colligitur quam honeſta ſimul, & ardua res ſit Typographica Ars, & quam Viris probis illis temporibus exercebatur.

Addo, in libro excuſo Pariſiis anno 1689. in 4. apud Jo: de la Caile, inſcripto. *Hiſtoire de l'Imprimerie, en de la Librairie ou l'on voit ſon origine, & ſon progres juſque en 1689. diviſe en deux livres.* Multa legi circa initium typographiæ anno 1442. in Urbe Moguntiæ, & circa hujus ampliſſimæ Artis Inventores, quos inter adnumerantur Laurentius Coſterus de Harlem, Joannes Fauſtus, ſive Fuſt; verum ut Malinchrot in ſuo libro de Arte Typographica, & alii volunt Joannem Guttenbergh Argentoratenſem, una cum Petro Schveffer ejus Genero. Poſt originem narrat Auctor Anonymus diſtincte progreſſum Artis de Urbe in Urbem etiam Italiæ, & præ cæteris anno 1485. eam Cremonæ cæptam ut vidimus paulo ſupra.

Inter antiquiora excuſionis Cremonenſis opera, eſt penes me Oratio

tio Nicolai Lucari Rethoris, & Præceptoris publici anno 1488. abſque Typographi nomine, cujus eſt mentio in I. Tomo Crem. Lit. pag. 357.

Romæ tempore Gregorii XIV. floruit inter celebres Bibliographos Georgius Ferrarius Cremonenſis, de quo ſcripſi in II. Tomo pag. 426.

HYACINTHUS BERTANUS Soc. Jeſu, Ticini, & Cremonæ non ſemel Rector, Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Patria Conſultor habuit doctiſſimam Panegyrim in Cathedrali Cremonæ die Lunæ vigeſima Aprilis 1716. a me editam ut infra.

* *Preſagj del Parto Auſtriaco favorito da Maria ſempre Vergine, Protettrice dell' Auguſtiſſima Caſa d' Auſtria. Diſcorſo Genetliaco nelle rimoſtranze ſolenni, e divote del giubbilo de' Fedeliſſimi Cittadini, ſull' aſpettativa della Naſcita del Sereniſſimo Reale Primogenito Arciduca Leopoldo &c. Cremonæ per Petrum Ricchini in* 4.

HYACINTHUS FERRARIUS Muſis Italicis deditus plura concinne intexuit in quodam ejus mſſ. in 12. apud Franciſcum Mariam Breſſianum Carenam ſæpe memoratum, inſcripto

*La Sirena, che canta ora lodi, ora divozioni, ora capricci, ed ora amori.*

Obiit contagionis anno 1630. ejuſdem meminit Joſeph Breſſianus in V. R.

HYACINTHUS DE MAGISTRIS Soc. Jeſu Miſſionarius Apoſtolicus in Indica Meliaporre, cujus Provinciæ, ac Miſſionis ſcripſit:

Hiſtoriam typis impreſſam Romæ, in ejus reditu in Italiam, quam vidimus, & legimus nobis commodatam à P. Franciſco de Raymundis ejuſdem Soc. Jeſu. De eodem P. de Magiſtris plura ſcripſimus in tertio Volumine Cremonæ Literatæ, incendio nobis ſublato, ut pluries repetitum fuit. Modo vero libet exſcribere Epiſtolam eidem P. exaratam a Cardinali Sfortia Pallavicino, quæ inter alias tanti Viri epiſtolas, prælo traditas Romæ anno 1668. pag. 304. ſic habetur.

*Al P. Giacinto de Magiſtris della Compagnia di Gesù.*

*Genova.*

*TOrna V. R. da un altro Mondo con gran teſoro di meriti acquiſtati ne' pericoli, e ne' patimenti: e ritrova me povero di quel frutto, che avrei potuto cavare in ventitrè anni della vita religioſa, ed ora trasferito ad un altro ſtato abbondante di comodità, e d' onori. Nondimeno in queſto ancora io potrei meritare aſſai, ove il difetto non veniſſe dal mio canto. V. R. mi avviſi à ciò, con le ſue orazioni, mentre io ſono avidiſſimo di vederla, e d' abbracciarla; E ringraziandola del corteſe ufficio, ch' ella m' hà fatto precorrere, me le offero di tutto cuore. Roma il dì* 11. *Settembre* 1660.

Servatur ejus prototypon in Collegio Cremon. inter alios Inſignes Societatis Alumnos. Itidem ſervatur in Ædibus Seminarii Cremonæ, in quo fuit ex Convictoribus cum hac Epigraphe.

*Hyc-*

Digitized by Google

*Hyacinthus de Magiſtris, doctrina, ac morum probitate inter cæteros hujus Seminarii Alumnos maxime admirandus, Societatem Jeſu ingreſſus, bis Indiarum Provinciarum Procurator, ſemel in Braſilia Generalis Viſitator, Goæ tandem Sanctiſſimæ Vitæ curſum conſumavit.*

HYACINTHUS MANARIA Soc. Jeſu, opus edidit, ſi ſpectas doctrinas Theologicas, Morales, & etiam Legales, undequaque perſpectum, titulum ei dedit.

* *Notti malinconiche, nelle quali con occaſione di aſſiſtere a' Condannati a Morte, ſi propongono varie difficoltà ſpettanti a ſimile materia. Serviranno per iſtruzione a' Confeſſori, e Confortatori, ed altri Aſſiſtenti nelle Confortarie, e fuori di tale contingenza ſaranno di utile a chi confeſſa. Con un' Appendice nella quale ſi pone il modo di preparare i Rei a morire Criſtianamente, ed un' eſame di coſcienza, che ſervirà per far meglio la loro Confeſſione. Bononiæ apud Jo: Baptiſtam Ferronum 1648. in 12.*

HYACINTHUS MARIA DE GROSSIS, Clericus Regularis Theat. modo Prępoſitus Mantuæ, Orator Evangelicus in celebrioribus Italiæ Civitatibus notiſſimus, & præcipuè Auguſtæ Taurinorum Anno 1730. S. Officii Conſultor. Dum eſſet Prępoſitus in Ædibus Divi Abundii in Patria, paucorum dierum periodo compoſuit, & recitavit in Templo Divi Homoboni Tutelaris noſtri Excurſum, cujus ego curavi impreſſionem per Petrum Ricchinum in fol. & quem dicavi Nobilibus DD. Patriæ Decurionibus.

* *Ragionamento &c. detto nel giorno della Purificazione di M. V. terminandoſi la Solenne Novena nella Chieſa inſigne, e Collegiata del S. Protettore Omobuono, e colla ſingolare eſpoſizione del Santiſsimo Crocifiſſo, avanti di cui orava, e morì il Santo medeſimo, a fine di pregare S. D. M. col mezzo di Maria Immacolata, e del noſtro Santo, che protegga la Soſpirata Gravidanza dell' Auguſtiſſima Imperadrice N. S.*

* *Ragionamento nella Cattedrale di Cremona, nell' apprimenta del Solenne Triduo, per la grata memoria dell' anno Centeſimo, nel quale la detta Città fu liberata dal Contagio, a interceſſione della B. V. Lauretana. Cremonæ apud Ferrarium 1731.* cujus quidem ſermonis curavi pariter editionem.

Ad laudem ejuſdem leguntur inter alia typis Venetis Poletti in 4. anno 1721. *Applauſi Poetici alla Sacra, ed erudita Facondia del M. R. P. D. Giacinto Maria Groſſi, Predicatore nella Chieſa Parrochiale, e Collegiata de' Santi Appoſtoli in Venezia.*

Habet edenda italice.

*Prova evidente della capacità di poſſedere nella Religione de' Ch. Reg. Teatini.*

Latine vero. *Indiculus Inſtitutionum Theologicarum Veterum Patrum, quæ aperte, & breviter exponunt Theologiam, ſive Theoreticam, vulgo Speculativam, ſive Practicam.*

Floret modo in inclyta Brixiæ Civitate inter Ven. PP. Oratorii, ſub Divi Philippi Nerii auſpiciis P. Paulus de Groſſis digniſſimus

Frater

Digitized by Google

Frater ejuſdem Hyacinthi Mariæ, doctrina, & comitate conſpicuus, ſumma cum omnium laude, a me verò ſingulariter memorandus.

Hyacinthus Maria Mandellus Sacræ Familiæ Dominicanæ conſecratus S. T. Lector, ac Declamator Evangelicus, ac elegantioris ſcriptionis peritus anno 1654. in Capitulo Provinciali, ut ajunt, hunc librum edidit.

*Magni S. Athanaſii Arch. Alex. Symbolum Catholicum omnium pene Æcumenicorum Conciliorum virtutibus, ad triplicem Theologiæ ſtatum, Speculativum, Scholaſticum, & Dogmaticum, inſuper anno 1655.*

*Il Coloſſo della Bontà, o l' Atlante della Chieſa Cremoneſe, Panegirico alle glorie di S. Omobuono Cittadino Cremoneſe. Breſſ. V. R.*

Hippolytus a Cremona, cujus cognomen ignoratur, Monachus Caſſinenſis, & Prior in Monaſterio S. Benedicti de Padolirone in Agro Mantuano, anno 1614., memoratur in quibuſdam tabulis recognitionis cadaveris Sereniſs. Comitiſſæ Mathildis, impreſſis in libro, cui tit. *Notizie iſtoriche di S. Anſelmo Veſcovo di Lucca, Protettore di Mantova*; opus P. Andrææ Rotæ S. J. cum hoc elogio.

*R. P. Hippolytus a Cremona non minus uſu rerum, quam religione, ac doctrina præſtans*; ideoque inter noſtros Literatos recenſui; notiones de hoc Viro ulteriores ſperando.

Hippolytus de Rubeis ex antiquis Comitibus Oppidi S. Secundi in ditione Parmenſi, Comitis Friderici F. Veneta Nobilitate cum tota ejus præclariſſima Familia decorati. Ex Nobilium Parmenſi Collegio non inglorius Alumnus, fæliciſſimi ingenii, & indolis ad amæniores literas capeſſendas, poeſeos italicæ præſertim excultus, permulta conſcripſit carmina; hinc inter Arcades Paſtores Romæ *Eugildus Scilleus* nuncupatus. Eccleſiaſticam militiam amplexus, ac in eadem alma Urbe degens a S. P. Clemente XII. Camerini, & Fabriani Epiſcopus in Umbria anno 1737. deligitur; Ad majora promovendus, ut alter Nobiliſſimæ ſuæ Stirpis Hippolytus, qui cum eſſet Papiæ Epiſcopus, a S. P. Sixto V. purpureo Galero, inſignitur.

Novum hunc Hippolytum Patriæ Cremonenſi, non extra aleam adſcribo; inclyta namque ejus Progenies, ut vidimus in Archivo tempore Franciſci Sfortiæ, totius Mediolanenſis Dominii Ducis, inter noſtros Cives adnotatur; ac anno 1575. ex tunc, recenti privilegii diplomate, confirmatur; inſuper olim, & modo Rubeorum Familia, ultra latifundia in Territorio Cremonenſi poſſeſſa, tenet in Urbe amplam Domum, in qua Comes Petrus Maria, noſtri Præſulis Frater digniſſimus continuò a multis annis inhabitat.

Gloriatur & Patria inter ſuos Epiſcopos adnumerari ex Comitibus Rubeis de S. Secundo anno 1458. Bernardum, Petri Mariæ Berceti Comitis Filium, ut habemus in Hiſtoria Epiſcoporum Cremonæ Canonici Joſephi Aurelii de Nigris Avunculi mei; nec non inter

Prætores Rolandum, ſive Orlandum anno 1213. Bernardum Orlandi Filium anno 1231. Hugolinum 1236. Anſelmum 1492.

Glorior & ego in meo Muſæo retinere ex dono tanti Auctoris librum mſſ. in 4. cui tit.

* *L' Anno Poetico, o ſiano Rime Varie compoſte l'anno MDCCXIII.*

Continet liber tercentum ſexaginta quinque epigrammata italico idiomate, ut aiunt, *Sonetti*, facundo metro, ac erudite referta. Sacra, moralia, Heroica, & alia cum proloquio, ſingulis menſibus, pro explanatione carminum, perpolite antepoſito.

In Collectaneis funebribus pro obitu Nicolai Silvæ Cremon. Patricii editis Cremonæ anno 1717. in fol. legitur Hippolyti una Ecloga diſertiſſima, in qua mei nominis benigniſſimam memoriam agit; & ego nunquam ſatis eumdem laudo in meo Dithyrambo, cui tit. *Il Tabacco fumato*: pag. 37. in carminibus, & pag. 132. in adnotationibus.

Jacobus Maggius Clericus Regularis Theatinus, degens in ædibus S. Abundii Cremonæ, ac ſemel Præpoſitus, vulgavit ex prælo Laur. Ferrarii anno 1696.

* *Rimproveri del divino Amore. Oratorio da recitarſi nella Chieſa di S. Pietro a Pò de' Canonici Lateranenſi.*

Picturâ P. D. Jacobus admodum delectabatur, nonnullaſque tabulas egregie pinxit. obiit anno 1735.

Jacobus Maynoldus Cler. Reg. Theatinus egreg. Verbi Dei Præco habuit Orationem, quam edidit Joſeph Breſcianus Hiſtoricus Patriæ è prælis Jo: Petri Zannii Cremonæ 1668. in 4., eamque dicavit Eminentiſſ. S. R. E. Card. Petro Vidono, cui tit.

* *La Roſa di Primavera, Sermone detto alle M. RR. Madri Agoſtiniane del Religioſiſſimo Monaſtero di S. Monica di Cremona, in occaſione della Profeſſione ſolenne de' Voti fatta in eſſo dalla M. R. Suor Franceſca Tereſa Redenaſca Nobile Cremoneſe.*

Servatur in Bibliotheca S. Abundii mſſ. in 4.

*Orazione Panegirica, detta nell'Oratorio del S. Crociſſo, eretto in S. Abondio di Cremona, per la Feſta dell' Epifania del Signore, celebrata l'anno* 1665.

Obiit die 15. Julii 1671. in Patria.

P. Silos in Catal. Scriptorum Cler. Reg. Panormi edito 1666. p. 608. de iſto mentionem facit.

Jacobus Maynoldus Galaratus Reg. & Duc. Mediolani Senator, cum eſſet Regens apud Philippum III. Hiſpaniarum Regem Matriti in Supremo Italiæ Conſeſſu, ab eodem Potentiſſimo Rege 3. Kal. Decembris 1604. Senatus Excellentiſſimi Mediolani Præſes renunciatur.

De tanto Viro plurima eſſent dicenda, pro ut in tertio Tomo Crem. Lit., modo flammis, ut notum eſt, ſubtracto, narraveram ſub anno prædicto 1604., quinimo ad hunc annum diſtuleram recenſere

cenſere librum ſequentis tituli, licet antecedenti ſæculo excuſum.

* *De Titulis Philippi Auſtrii Regis Catholici Liber, atque in ipſas Titulorum ſucceſſiones Tabulæ. Bononiæ apud Peregrinum Bonardum* 1573. *in* 4. Ex hujus libri editione 1573. nonnulli Critici cupiebant legere tanti Viri nomen in II. Tomo, non percipientes ipſum adhuc vixiſſe uſque ad annum 1612. ad quem me modo retraxi.

De hoc libro nonnulla iridem expoſueram, & præcipue confutabam opinionem Teiſſier in primo tomo Gallice inſcripto *les eloges des Hommes Scavans*, ubi de Carolo Sigonio; quem laborem modo reaſſumere nec volo, nec poſſum.

Maynoldus ab innumeris Auctoribus laudatur. Verum conſulendus eſt. *Jul. Cæſar Ruginellus in ſuo Tractatu de Senatoribus* §. 1. *gloſ.* 3. *cap.* 2. *pag.* 37. *n.* 66. ubi plura, nec non *Ghilinus Alex. in Elogiis Vir. Illuſtrium, Melch. Alciatus in tractatu de præcedentia pag.* 29. *&* 37.

Ignatius Albanus Cler. Mediolan. edidit carmina, quorum tit. *Argo in adventum Jacobi Maynoldi Sacri Mediolanenſis Senatus Præſidis Illuſtriſſimi Med. in ædibus Jac. Mariæ Medæ Typographi in* 8.

Henricus Farneſius Ebur. J. C. & artis Oratoriæ Ticini in Univerſitate interpres edidit ibi apud Andræam Vianum 1604. in fol.

* Inſubriæ fauſtiſſimi plauſus in Auguſtum creati Præſidis Jac. Maynoldi Sapientiſs. Senatus Mediol. auſpicium, ſive Decem Civitatum; Muſis Novem, Phæboque modulante Inſcriptiones Socraticæ, cum fumoſa Maynoldæ Gentis imagine recognitæ.

Eodem Auctore, typis, & anno prodiit.

* Haſta Palladis, ſive de Principis Sapientia. Ad præſtantiſs. Præſidem Sapientiſs. Senatus Mediol. Jacobum Maynoldum Panegyricus.

* Antonius Maria Spelta Ticinenſis Poeta Regius, edidit Papiæ apud Andræam Vianum 1604 in fol.

Pro Illuſtriſſimo Sacri Mediolan. Senatus Præſide Jac. Maynoldo Viro integerrimo Philippi III. Hiſp. Indiarumque Regis, ac Med. Ducis &c. Conſiliario a Secretis oculatiſſimo Encomium. Sunt carmina multa in laudem Præſidis, ejuſque Nob. Familię, ac Patrię Cremonæ, quæ Urbs a Poeta Ticinenſi, ut in Indice, vocatur *Cremona, & bello, & pace clariſſima, Sapientiæ Mater, fertilis in Agro, Auguſtiſſima, Civitas invicta, glorioſiſſima Civitas, Antiquiſſima, Civitas generoſa &c.*

Obiit Mediolani anno 1612. Corpus ejus Cremonam delatum ſepelitur in Templo Divo Auguſtino Sacro, cum hac epigraphe.

*Jacobi Maynoldi Galarati*
*Præſidis Senat.*
*Cineres, & oſſa hic quieſcunt*
*A Pompeo Maynol. ejus Nep. dilect.*
*Translat.*
*Qui Patri, Patruiſque ſuis*
*Sibi, ac Poſteris*



Digitized by Google

*Hoc quietis Domicilium*
*Conſtruendum curavit*
*An. MDCXVII. Kal. Octobris.*

In eodem Templo in fronte Januæ minoris prope Sacellum S. Nicolao Tolentinati dicatum, extat elegans monumentum, cujus in medio literis aureis ſuper Lydio marmore exaratis legitur, quam charus fuerit Maynoldus Potentiſſimo Regi Philippo III. Hiſp. vere digna lectu ſequens Inſcriptio.

*D. O. M.*
*Jacobo Maynoldo Galarato Jur. Con.*
*Optimo, Prudentiſſimo, Juſtiſſimo, Religioſiſſimo*
*Senatus Mediolanenſis Principi*
*Potentiſs. Hiſpaniarum Regis perpetuo Italicarum*
*Rerum Conſiliario; incertum, ſuo*
*An Reip. fato vita functo,*
*Cujus Heroicam virtutem*
*Quam Viventes colebant, Superſtites*
*Admirantur, Poſteri venerabuntur,*
*His humanæ gloriæ faſtigiis*
*Decoratum, ſed non ſatis,*
*Cremonæ dum vixit Potentiſs. Hiſpan. Rex,*
*Poſt obitum tanto Viro duplici*
*Immortalitati commendato,*
*Decreto pro Eo ad Deum*
*Perpetuo Sacrificio,*
*Nova honoris ſpecie*
*Cumularunt,*
*Horatius Quæſt. Reg., Camillus, &*
*Auguſtinus fratres mæſtiſs. P.*
*Vixit Reip. non ſibi Ann. LX. Obiit*
*Reip. non ſibi Ann. Sal. MDCXII.*
*XIII. Kal. Februarii.*

Plurimis laudibus effert, noſtrum Præſidem, ejuſque Familiam Lucilius Terzagius, linguæ Græcæ, & Latinæ Mediolani Interpres in Oratione, quam ibi vulgavit anno 1606. pro Regente Hieronymo Caymo, ejuſque Fratribus.

Jacobus Palearius Congr. Somaſchenſis Sacerdos, degens in Collegio S. Luciæ in Patria, edidit

* *Il modo di Viſitare i SS. Sepolcri nella Settimana Santa con frutto, e divozione &c. Per le divote Sorelle della Ven. Compagnia di S. Orſola, eretta in S. Geroldo di Cremona. Ibi per Barucinum de Giovannis in 12. Anno* 1597.

Hic hujus opuſculi mentionem modo habeo, cum id fuerit a me omiſſum in ſecundo Volum. Cremonæ Literatæ.

Jaco-

Digitized by Google

Jacobus Antonius Balinus S. T. D. Prothonotarius Apoſtolicus Archipresbyter loci Calcii, nec non pro Curia Epiſcopali, & S. Inquiſitionis Officio Vicarius Foraneus; edita per eum fuit

* *Centuria Caſuum Conſcientiæ, diſputationibus expoſita in Congregationibus Vicariatus Calcii Cremonenſis Diœceſis reſoluta. Brixiæ* 1676. *typis Jo: Jac. Vignadotti Impreſſ. Camer. in* 4.

Jacobus Antonius Marsius Theatinus profeſſus die 23. Novembris 1633., effectus Sacerdos 1641., animarum charitate, ac deſiderio Martyrii flagrans in barbaras Georgiæ, ſive Hiberniæ Orientalis cum aliis ſuæ Congregationis Sociis peragrans, poſt diuturnam carcerationem, ſemper catenis ferreis devinctus, aliiſque oppreſſus ærumnis prodigiosè libertati reſtitutus anno 1647. in Mengreliam, ſeu Colchos pertranſiens poſt tot in vita Apoſtolica pro ampliatione Fidei Catholicæ exantlatos labores, ac ægritudines paſſus, anno 1658. gloriosè occubuit. Ex ſuo penu, præter multa in re Concionatoria, quæ in ſuis itineribus periere, reliquit in Bibliotheca S. Abundii mſſ. in fol.

*Relazione della Caſa de PP. Chier. Reg. di S. Abondio di Cremona, e d'alcuni PP. della medeſima.*

*P. Silos in* 3. *parte hiſt: lib.* 8. *pag.* 325. *P. Barth. Ferrus in hiſt. mſſ. Theat. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *pag.* 468. *& cap.* 18. *pag.* 294. *& cap.* 25. *pag.* 561.

Jacobus Franciscus Aribertus ex Liberis Marchionibus Malgrati apud Macram, March. Bartholomæi F. in primo flore juventæ a Genitrice ad Salmaticenſem famigeratiſſimam totius Hiſpaniæ Academiam Regni Legionenſis miſſus, ut in literis proficiſceretur, ubi integro biennio pedem fixit; In Italiam reverſus Bononiæ, Lauream Legalem ſuſcepit, inde Romam divertens, Clericatui ſe exhibuit, ut videbimus. Muſarum Italicarum non imperitus aſſecla, edidit anno 1639. Cremonæ in 12.

* *Primizie del Genio, librumque dicavit hac epigraphe. Alla Generoſa Nobiltà Cremoneſe. Iterum eſt mentio in IV. libro sui tit. della Volgar Poeſia Creſcimbenii pag.* 147.

*La Vita del Marcheſe Bartolomeo Ariberti, in Gormalta; ſub nomine Gienſerico Franconomo.*

*Canzoni Epitalamiche*

*Argenide. Dramma.* Romæ typis Fran. Felicis Mancini 1651. cujus eſt mentio in Drammaturgia Leonis Allaccii Ind. primo. Penes me extat pergratum Volumen mſſ. Cantionum Muſicalium italico metro, cui tit.

* *Poeſie del Marcheſe Giacomo Ariberti per Muſica l'anno* 1650.

Sub Pontificatu Innocentii X. Romæ vixit in numero Clericorum Cameræ Apoſtolicæ nec non almæ Urbis Gubernator, muniiſque aliis eccleſiaſticis inſignis.



Digitized by Google

Immatura Morte occubuit in loco Campaniolæ, ubi latifundia poſſidebat in agro Cremonenſi die 5. Julii 1666. ætatis ſuæ anno 49. circiter.

Inter alias Jacobi Franciſci laudes, ſequens epiſtola a me viſa, non eſt omittenda ab exemplari deſumpta, dum ipſemet eſſet Romæ Gubernator, cum fuerit eidem ſcripta ex ordine S. P. Innocentii X. a Cardinali Fabio Chiſio, tunc a Secretis totius Eccleſiaſticæ Ditionis, mox ad Apoſtolici Solii Majeſtatem evecto cum nomine Alexandri VII.

*Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Signore.*

*IO non ho parole per eſprimere il giubilo, che ſento, vedendo S. B. così ben ſodisfatta del buon Servigio, che V. S. Illuſtriſs. le và preſtando. Sua Santità ſovra ogni altra coſa loda molto, e commenda egualmente non meno la ſpeciale accuratezza, ed il penſiero, col quale invigila alla quiete del governo, che l'applicazione inſieme con cui V. S. Illuſtriſſima è intenta al diſcoprimento de i delitti, ed a punire ſollecitamente i delinquenti. Congratulandomene di bel nuovo con eſſo lei, alla quale fò ſapere di aver preciſi ordini di ſignificarle tutto ciò, perchè maggiormente s'innanimi a ſervire Sua Santità, che dice a tutti quelli, che vengano quà, di ripoſare ſopra la ſua Fede, abilità, e retta mente; e quì bramoſo di poter frequentemente impiegare ogni mio ſervigio nell'occorrenze del ſuo, le bacio per fine le mani.*

*Di S. Martino 18. Maggio 1654.*

*Di V. S. Illuſtriſſima Servitore*
*F. Cardinal Chigi.*

Ejuſdem eſt mentio in Appendice operis Jo: Baptiſtæ Scanaroli Sidoniorum Epiſc., cui tit. de Viſit. Carceratorum cap. 36. pag. 778. & ſeq. quando Aribertus erat Almæ Urbis Gubernator.

Ignatius Tadisi, Somaſchenſi Militiæ adſcriptus anno 1700. Humanioribus literis deditus, Rhetoricas Inſtitutiones nobilioribus in Academiis per decennium tradidit. Concionatoris munus a teneris annis, uſque ad hodiernam diem exercuit, inter Arcades Romæ *Triphilus Codinæus*, ex Fundatoribus Cremonenſis Coloniæ, Sublimioribus Facultatibus incumbere, & nobilioribus Diſciplinis ſtudere nunquam omiſit. Studuit præcipue doctrinis Subtiliſſimi Caramuelis, ideoque paſſim Caramueliſta appellatus. In colligendis tanti Auctoris voluminibus intentus, quadraginta quinque Tomos in folio, & ſex in quarto, reliquos triginta tam prodigioſi Auctoris impreſſos adhuc deſiderans, ex multis Italiæ Urbibus, acquiſivit, quibus addidit Tomos aliorum Auctorum, qui vel defendunt, vel oppugnant Caramuelem. Pretioſiſſima juremerito dici poteſt hæc parva bibliotheca, cum fortè nullibi inveniatur tam pretioſa collectio. Collegiorum regimini a Snperioribus aſſignatus, mirum eſt, quantum res domeſticas exantlatis laboribus auxerit, antiqua jura recuperaverit,

Digitized by Google

raverit, nova acquiſierit, quamvis aſſidue in Sacris Concionibus, cæteriſque ſpiritualibus exercitiis occupatus. In patrio ſolo tandem collocatus, Protheologi in Eccleſia Cathedrali, Examinatoris in Curia Epiſcopali, Conſultoris in Sanctæ Inquiſitionis Tribunali, munere functus eſt. Compoſuit multa opera, quæ non ingrato charactere, & ordine ab ipſomet ſcripta, & in plures Tomos a Bibliopego ritè colligatos diſtributa, publicam lucem expectant. Præcipua ſunt hæc.

*Quareſimale*. Hoc Auctor non potuit propter imbecillitatem pectoris recitare.

*Panegirici Sacri*. Iſte Tomus complectitur Orationes panegyricas de Sanctiſſimo Sacramento, de Beata Virgine, & de Sanctis.

*Lezioni Teologiche, ſive Orationes Teſtamenti Veteris expoſitivæ, quas per quadriennium habuit in Eccleſia Cathedrali.*

*Lezioni Morali*. Iſte Tomus amplectitur quinquaginta Conciones de Virtutibus, & Vitiis.

*La Buona Morte*, ſcilicet Conciones diſponentes Chriſtifideles ad bene moriendum.

*Diſcorſi del Purgatorio*. Videlicet Conciones ſuadentes pietatem erga Animas Purgatorii.

*Sermoni Morali*. Iſte Tomus continet Sermones familiares ad Chriſtianæ Vitæ inſtitutionem.

*Centone iſtorico del Collegio di S. Antonio di Lugano*. In hoc magno volumine continetur exactiſſima Hiſtoria eorum omnium, quæ a fundatione uſque ad præſentem diem acciderunt, una cum Prædiorum, Proventuum, Reddituumque deſcriptione, eorumque origine, & incrementis, cæteriſque omnibus ſcitu dignis, & poſſibilibus, luculenter, ordinateque diſpoſitis.

*Centone iſtorico del Collegio di Santa Lucia di Cremona.*

*Centone iſtorico del Collegio di S. Geroldo di Cremona*. Hæc duo opera ſimilia ſunt ſupraſcripto.

*Frammenti iſtorici del Pio Luogo degli Orfani di Cremona*. Colliguntur in hoc Codice monumenta ſupradicti Orphanotrophii.

*Conſulta Theologica*. Caſuum Conſcientiæ, Fidei, Juriſdictionis &c. qui fuerunt Auctori propoſiti, Reſolutiones hic habentur.

*Pedagogia*. In hoc ſatis amplo volumine, in duas partes diviſo, traditur Rhetorica, & Poetica: Quarum utraque iterum ſubdividitur in duas, videlicet in Theoricam, in qua præcepta, & in Practicam, in qua exempla, & argumenta, ſingulis præceptis correſpondentia continentur.

* *Carmina*. Liber iſte complectitur Epigrammata, Elegias, Eclogas, Poemata, & genus quodlibet lyricorum, mihi ab Auctore humaniſſime dicatus.

*Elucubrationes Metametricæ*. Figuratam Poeſim, ſe ſe ſupra metri-

cam erigentem, exhibet hoc volumen, in quo habentur poëtici novæ Inventionis labyrinthi, non minus mentem, quam oculos recreantes; Sunt enim propria manu eleganter delineati, & omnes Verſibus retrogradis admirabilibus, in multas miriades multiplicabilibus, onerati.

*Excellentiæ Numeri Ternarii*. In hoc laborioſo Volumine oſtenditur, omnes Scientias, & Artes liberales in Sacroſancto SS. Trinitatis Myſterio fundari. Earum prima principia ad Numerum Ternarium reducuntur. Ita ut ipſæ, ſaltem quo ad prima fundamenta, facili negotio, brevique tempore poſſint addiſci. Indiget adhuc ultima manu.

Nuperrime italice ſcripſit librum admodum Reip. proficuum, cujus titulum lubet hic integre deſcribere.

*Trattato delle Monete Iſtorico, Economico, e Teologico; dilettevole, utile, e neceſſario ad ogni condizion di perſone. E la vera Storia delle lire lunghe di Cremona, la loro origine, le lor cagioni, e i loro cattivi effetti, tanto fiſici, quanto morali.*

*La Cauſa della Beatificazione del Ven. P. Girolamo Emiliani deſcritta &c. e diſtinta in cinque Parti &c.*

Multa alia, quæ ſcripſit opuſcula minoris momenti, quæ tamen in unum volumen ſi unirentur, excreſcerent, hic non numerantur. Quorum plura ſub alieno nomine ſunt impreſſa.

Inunitorum Academia Cremonæ initium habuit anno 1675. in domo Auctoris, cum adhuc eſſet in primævæ adoleſcentiæ annis, ſub ſacris auſpiciis Divi Antonii de Padua. Duravit aduſque fuerit introducta anno 1719. Colonia Cremonenſis Paſtorum Arcadum, cujus ex Decreto Romanæ Generalis Coloniæ idem Auctor electus extitit Vicecuſtos.

Inter Academicos Inunitos, præter cæteros, commendatione digni floruerunt.

Marchio Petrus Franciſcus Treccus, cujus prodiere in lucem italica carmina, duobus voluminibus comprehenſa.

Marchio Bartholomæus Aribertus, Alumnus clariſſimus Nobilium Parmenſis Collegii, ac illius Selectorum Academiæ facile Princeps.

Homobonus Hieronymus Rota, exinde Advocatus magni nominis in Foro Mediolanenſi, poſtmodum ab Invictiſſimo Carolo VI. Romanorum Imperatore, Mediolani pariter ad Senatoriam dignitatem elatus.

Joſeph Aurelius de Nigris Canonicus Prior Cathedralis Cremonæ, Auctoris Avunculus, qui diffuſo calamo ſcripſit de Epiſcopis Cremonæ.

Julius Cæſar Cipellus S. T. D. Præpoſitus Eccleſiæ Majoris Bordulani, Orator, ac Etruſcæ, & Latinæ poeſis peritiſſimus; ex ſuis mſſ. multa ſunt penes Auctorem. Laudatur a Laur. Legato in Lyceo Herculis.

P. D.

Digitized by Google

P. D. Joſeph Maria Sementius Cler. Reg. Somaſch. Publicus Philoſophiæ Lector in Ticinenſi Univerſitate, Regius Chronographus, librorum editione notiſſimus.

P. Angelus Maria Salvatorius Ord. Serv. B. V. M., S. T. M. Theologus Regiæ Celſitudinis Sabaudiæ, quos omnes ſupra recenſitos in decurſu hujus libri Lector deſcriptos habebit.

De hac Academia multa ſcripſit Abbas Joſeph Malateſta Garuffus Ariminenſis in lib. cui tit. *l'Italia Accademica*, anno 1688. Arimini excuſa.

Ejuſdem mentio pariter eſt apud P. Franciſcum Xaverium Quadrium S. J. in ſua *Storia e Ragione d'ogni poeſia. Venetiis* 1739. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 55.

Alteram Academiam inſinuat fuiſſe Cremonæ Ludovicus Leporeus Poeta Phantaſticus in ſuis rythmis novæ, ſed non imitandæ inventionis, ut ſentit etiam Creſcimbenius in ſua de Poeſi hiſtoria pag. 84., & 85. Romæ impreſſa 1714. Dirigit quipe ſua carmina Leporeus pag. 50. Romæ typis 1682. *A' Signori Rinnovati di Cremona*. Verum adhuc ignoramus, ubi extiterit hæc Unio.

Joannes Vida Piſenattus Comes, & Eques Pontificius, & ex Academicis Animoſis; Marci Hieronymi Vidæ Poetæ, & Epiſcopi Albenſis, ex ejus in Orbe Hyperlampii maternis majoribus virtutem æmulando compoſuit. *Volumen Orationum, Elogiorum, Carminum, ac Epiſtolarum in fol.* quod penes me ſervatur manuſcriptum. Ex aliis ſuis opuſculis vulgatis habemus, non aſpernendæ lectionis.

* *De Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Cæſare Speciano Epiſc. Cremonenſi. Cremonæ apud Chriſtophorum Draconium, & Barucc. Zannium* 1608. *in* 4.

* *Perilluſtrium, ac Ampliſs. Civium Petri Medici Collegiati, & Hieronymi Patricii Fratrum de Foliatis ad tuendam Adoleſcentum diſciplinam, & ſapientiam magnificandam officioſa conſpiratio. Cremonæ apud Bartholomæum, & Hæredes Barucini Zannii in* 4.

Joannes Aloysius Picenardus natus in Oppido, ſeu Burgo Vallis Tari nuncupato, cum a Creſcimbenio in Commentariis circa Hiſtoriam vulgaris Poeſeos Vol. 4. lib. 3. pag. 196., appelletur Patria Cremonenſis inter meos recenſendus non incongrue duco; ipſe enim in ſuis rhytmis, de quibus inferiori loco loquemur pag. 129., ubi *A Cintbia, che mi addimandò qual'era la mia Patria*, reſpondet *nacqui ſul Taro &c.*

*M'additò il Genitor l'ombre de gli Avi*
*D'Inſubria là nella Città Turrita &c.*

ſibi effingens Cremonam a ſingularibus turribus Turritam, ut notum eſt, nuncupatam, & in qua Picenarda Familia nobilis floret; Hinc Creſcimbenius ſcripſit. Gio: Luigi Picinardi Cremoneſe; ejus opera ſunt.

* *Iris poetica, ſive Color epigrammaticus, Color lyricus, & Color ele-*

*giacus,*

*giacus. Edita fuit typis Hæred. Benacrii anno* 1665. *in* 12. dum eſſet Utriuſque Juriſtarum Univerſitatis in Archigymnaſio Bononienſi Prior, continet liber latina carmina diverſi generis.

* *Poeſie parte prima, ſeconda, e terza.* Venetiis apud Combi, & Lanau 1672. in 12. in lucem vulgavit hæc carmina dum eſſet apud Sarmatas in Aula, forſan a Secretis Franciſci Nerlii Florentiæ, Archiepiſcopi, Nuncii ad Poloniæ Regem, cui Prȩſuli dicata eſt tertia pars.

* *Diſcorſi Accademici, ibi eodem anno apud eoſdem Impreſſores.*

Cum ſuperius de noſtra Civitate Turrita factum fuerit verbum, optimum duco recenſere multas Turres Cremonæ antiquis temporibus extructas a Familiis, ut refert Dominicus Bordigalus in ſua hiſt. mſſ. penes me; modo vero eorum Turrium major pars, quinimo fere omnes dirutæ, quarum nomina ſic exprimuntur, ut ex ipſamet hiſtoria.

Incipiendo juxta Caſtrum, eundo verſus portam S.Lucæ nuncupatam.

I. Turris Bella in ea.
II. Paterna.
III. Buſella.

De Porta S. Lucæ eundo verſus portam Brixiæ clauſam.

IV. Molinaria.
V. Honeſta.
VI. Tentoria.
VII. Marchiſana.
VIII. Rufiana.
IX. Calzana.
X. Remitta.
XI. S. Victoris.
XII. Cremonella.
XIII. S. Guilelmi.
XIV. Pelagia.

hic deficit XV.

XVI. Penne.
XVII. S. Mariæ Novȩ.
XVIII. Crebella.
XIX. Poſſecanum.

De Porta omnium Sanctorum eundo verſus Portam S. Michaelis veteris.

XX. Omnium Sanctorum.
XXI. Parmȩ.

De Porta S. Michaelis eundo verſus Portas Puleſelle, & Moiſi.

XXII. S. Joannis Veteris.
XXIII. Crotta.
XXIV. Urbia.
XXV. Incoronatȩ.
XXVI. Donna.
XXVII. Blanca.
XXVIII. Moiſi.

De Porta Moiſi eundo verſus Portam S. Petri de Pado.

XXIX. Stuffa de Granellis.
XXX. Navium.
XXXI. Inamorata.
XXXII. Mirabella.
XXXIII. S. Heraſmi.
XXXIV. Clavica S. Vitalis.
XXXV. Galiarda.
XLVI. S. Pantalemonis.
XXXVII. Piſcatoria.
XXXVIII. Sancti Salvatoris.
XXXIX. Salvatica.
XL. Columba.
XLI. S. Petri.
XLII. Pozzoli.

De Porta Padi eundo verſus Caſtrum S. Crucis.

XLIII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| XLIII. | S. Luciæ. | LI. | S. Salvati. |
| XLIV. | Clavicæ S. Luciæ. | LII. | S. Baxiani. |
| XLV. | Orti Abbatis. | LIII. | Pozoli. |
| XLVI. | Stuffa de Lachis. | LIV. | S. Blaxii. |
| XLVII. | S. Donini. | LV. | Buſi, ſive foraminis tenus Caſtrum ab occidente, quę Turris a Venetis demolita fuit. |
| XLVIII. | Albarella. | | |
| IL. | S. Benedicti. | | |
| L. | Broli Dominarum. | | |

Turres vero, quæ nunc extant Eccleſiis dicatæ omittuntur, cum ſatis notæ ſint maximè illa celeberrima, Turratium vulgo appellata, ut Urbs noſtra Turrita denominetur.

Joannes Antonius Cavedus ex Min. Obſerv. S. P. Franciſci, magni non ſolum, ſed admirabilis ingenii Vir, & Comitatis S. T. M. approbatiſſimus anno 1705. die octava Junii in Comitiis Provincialibus Bononiæ, ad primum Miniſterium elatus, in quo, completo triennio, extitit. Ad Patriam reverſus, fuit in numero Conſultorum Sanctiſs. Inquiſitionis cooptatus; hic quamvis ſuę quieti conſuluiſſet, ex Superiorum ſuę Religionis Suaſionibus, Viſitatoris Generalis munere fungitur, tum Pedemontanæ Provinciæ, cum Venetæ S. Antonii nuncupatæ, atque Mediolanenſis. Romam profectus a S. P. Benedicto XIII. Epiſcopus Eucarpiæ conſecratur, exinde Epiſcopi Comaclenſis Coadjutor.

Ejuſdem cum encomio meminit P. Fernandus a Bononia in ſuis Mem. Hiſtoricis parte 2. pag. 123. & part. 3. pag. 166.

Et Nos de tanto Viro arctiſſima neceſſitudine Conjuncto, & Socio in Peregrinatione ad Sacrum Alverniæ Montem, multa ſcripſimus in noſtris Carminibus Dithyrambicis, & in Prætorum Cremonæ Serie Chronologica ad annum 1729., quo fuit Epiſcopus electus.

Joannes Antonius Gallus ex Inſtituto Jeſuatorum B. Joannis Columbini, quod ſuppreſſum fuit ſub Summo Pontifice Clemente IX. tempore vigentis acerrimi Belli Cretenſis inter Venetos, & Turcas. Vir pius vulgavit opuſculum, quod nominavit, & excudit Papiæ 1614.

*Croce Mentale di Criſto N. S.*

Jeſuatorum Cœnobium Eccleſiæ S. Hilarii adhærebat, quod modo exemplari Religione inhabitant PP. Auguſtiniani Nudipedes, indepta Cœnobii prædicti poſſeſſione die 21. Octobris 1673. ut adnotat P. Bartholomæus a S. Claudia Mediolan. in magno libro. *Luſtri Iſtoriali de' Scalzi Agoſtiniani Eremiti &c. excuſo* 1700.

Hic P. Claudius æquebene poterat claudere in ſuo Atramento Claudicantem, & Vindemialem periodum, circa Nob. Decurionum Cremonæ Conſilium.

JOAN-

Joannes Antonius Glussianus S. T. M. Carmelita, qui fere toto ſuæ Vitæ tempore Papiæ, Patavii, & Cremonæ ſacram doctrinam ita perluſtravit, ut habere promeruerit duos Alumnos undequaque conſpicuos, ſcilicet P. M. Albertum Maſſarium è Romandiola, & P. M. Marium Venturinum Senenſem Ord. Carmelitici Generales; doctiſſimus Evangelii Præco per totam Italiam declamatus linguæ Græcæ, & Latinæ peritiſſimus. Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Patria Conſultor, & ex Academicis Animoſis, Cœnobii Sancti Bartholomæi bis regimen ſuſtinuit. Commiſſarius Generalis Neapolis extitit, a Reverendiſſimo P. Generali Stratio Provincialis Bohemiæ deputatus, exinde Lombardiæ, quam ſumma cum laude rexit, tandem animam Deo reddidit die 15. Septembris 1656.

Ejus opera tam Theologica, quam concionatoria, quæ multa ſunt, deſiderantur. Ex Necrologio Cœnobii S. Bartholomæi ſæpe allegato.

In funeribus Gluſſiani Orationem habuit P. D. Celſus Quattrocaſe Cler. Reg. Theat. die 18. Septembris 1656. in Æde S. Bartholomæi Cremonæ ibi impreſſam per Zannium, cui tit. *Il Giglio del Carmelo in* 4.

Jo: Baptista Agnellus ex Oppido Soncini Ord. Præd. S. T. M. & Orator edidit: *Predica in lode di S. Omobuono Cittadino, ed Avvocato della Nobiliſſima Città di Cremona. Mediolani apud Angelum Navam 1622. eam dicavit Petro Card. Camporeo Cremonenſi Epiſcopo.*

Joannes Baptista Aribertus Marchionis Bartholomæi, Cæſarei L. T. Mareſchalli, & lectiſſimæ Matronæ Amedeæ ex March. Malaſpinis Filius; qua exquiſita educatione fuerit enutritus, cum literis tum pietate excultiſſima, tantos Genitores indicare ſufficiat. Exactis adoleſcentiæ annis, emenſis Equeſtrium, ac bonarum artium curriculis, a Deo vocatus, Brixiæ Congregationi Nobiliſſimę Oratorii, ut ajunt, a Divo Philippo Nerio inſtitutæ nomen dedit, ubi nonnullos annos eximiis, aſſiduiſque operibus præcipue in ſacris peragendis ſermonibus, utique clarus tranſegit; ut decus exinde adderet eidem Congregationi in Patria ex inſigni munificentia ſui Genitoris, prævia donatione Theatri, ac Domus ei adjectæ, excitatæ, & cultæ, ad eandem ſe recepit, & ibi in Ædibus Sacris è veſtigio, ubi Theatrum erat paulo ante elatis, religioſæ diſciplinæ, ac prædicationi incumbens, Superioris etiam gradu jurequidem merito functus eſt. Deſiderio nimirum almam Urbem inviſendi adlectus ad eam ſe tranſtulit, cum Marchio Genitor ſupremos dies abſolviſſet, & ibi cum adeſſet anno 1729. menſe Martio a Summo Pontifice Benedicto XIII. inter Romanos Præſules cooptatus, Palmiræ Archiepiſcopus nominatur. Anno verò ſequenti poſt immortalem obitum ejuſdem S. P, vacante Apoſtolica Sede, ſucceſſivo Conclavi

S.R.E.

Digitized by Google

S. R. E. Cardinalium Præfectus eligitur, qui in obeundo tam difficili, quam laudabili munere, etſi diutius eduraverit, non modicam ſibi vigilantiſſimi Præſulis gloriam comparavit; unde ad Supremi Solii culmen evectus Clemens XII. eum commendatarium Abbatiæ Omnium Sanctorum nuncupatæ, in Diœceſi Cremonenſi elegit. Cremonam reverſus in Avito ſuo Palatio ſelectam Bibliothecam innumeris, ac pretioſis Codicibus congeſtam inſtruxit, novumque, & floridiſſimum Viridarium veteri adauxit. Domeſticum Sacellum pretioſa ſupellectile exornavit; nec non permultis Sacrorum Oſſium lipſanariis ditavit. Multa de eo dicenda ſuperſunt, ſed majora de adeo præclaro Præſule expecto.

Eum laudavi in meo Dithyrambo de Tabacco in ore ſubrepto, nec non in mea Prætorum Cremonæ Serie ad annos 1729. 1730.

Jo: Baptista Assandrus Cauſidicus Collegiatus, in Animoſorum Patriæ Academia receptus, humaniorum literarum, Poeſis, ac Philoſophiæ Moralis præclarus, & in Hiſtoriis eruditiſſimus publicè vulgavit.

* *Della Economia, overo diſciplina domeſtica libri quattro ne i quali s' ha quello appartiene alla caſa per renderla fornita de i Beni d' Animo, di Corpo, e di Fortuna. Cremonæ apud Marcum Antonium Belpierium* 1616. *in* 8.

Opus equidem omni Sale refertum, & non extremis digitis attingendum; opus ſane approbatum à celeberrimo Viro P. Jo: Paulo de Nazariis S. T. M. Ord. Præd. de quo erit ſermo.

Compilavit Aſſandrus perquam egregie vernaculo ſermone.

*L' Iſtoria di Cremona in fol. magno uſque ad annum* 1031., cujus Archetypon ab Auctore manu propria ſcriptum, præ cæteris mſſ. in mea Bibliotheca Hiſtorica, prædilectum aſſervabam; Verum in notiſſimo domus meæ incendio deperditum. Apud Marchionem Jo: Franciſcum de Datis Patricium optimum, ſervatur hujus Hiſtoriæ ſecundum exemplar.

Inter mſſ. penes Franciſcum Mariam Breſſianum Carenam J. C., & Advocatum aſſervatur noſtri Aſſandri mſſ. cui tit.

*Della tela cangiante. Libri ne' quali s' ha un rimeſcolamento di varia lezione, proprio ſtudio di chi deſidera con diletto avere mezzana cognizione di diverſe dottrine.*

Jo: Baptista de Augustis Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor, qui floruit initio ſæculi proximè exacti. Penes me extat liber in fol. manuſcriptus continens peculiares Adnotationes, & præcipuè.

*De articulari morbo.*

*De Calido innato, & cordis affectibus.*

*De Cerebri affectibus.*

*De Guſtu, & ejus operibus læſis.*

*De Hepatis affectibus.*

*De*

*De Hydrope.*
*De Hemorroidibus.*
*De Inteſtinis.*
*De Lienis affectibus.*
*De Marcore.*
*De Melancholia.*
*De Nervis.*
*De Oculorum affectibus.*
*De Sudore.*
*De Pulmonis affectibus.*
*De Renibus.*

*De Thoracis affectibus*, in quibus omnibus multæ leguntur doctrinæ, eruditiones, & remedia &c.

Jo: Baptista de Augustis alter a ſupramemorato Medicinæ Profeſſore, cum hic eſſet Cler. Reg. Theat. anno 1684. profeſſus, ingenio verſatili tam in arte Oratoria, quam italica Poeſi, in quibus ſingulariter emicuit. Quadrageſimales Conciones habuit in pluribus Italiæ Urbibus, præſertim Romæ, Venetiis, Florentiæ, poſtremas vero Epidauri non ſine admiratione illius Reipublicæ. Menſe Maii 1709., ætatis annorum ſex ultra quadraginta, in medio ſuorum laborum curſu metam tetigit cœleſtem; relictis in Bibliotheca Abondiana Patriæ mſſ. inter alia ſui ingenii monumenta ſolum.

*Conciones Quadrageſimales.*

*Orationes Panegyricas.*

Ejuſdem fit mentio a P. Savonarola nec non a P. de Raymondis in ſuis regeſtis.

Vivit adhuc P. D. Andræas ejus ex Patre, & ejuſdem Congr. Frater, Vir dignus omni laude, S. Inquiſitionis in Patria Conſultor.

Jo: Baptista Badalinus Ordinis Servorum B. M. V. natus in Civitate Sabloneta Diœceſis Cremonenſis, Philoſophiæ, ac Theologiæ Magiſter, & Lector in inſignibus ſui Ordinis Cœnobiis, in quibus etiam priori loco pluries ſedit; Concionator Evangelicus aliquando, & præſertim quadrageſimali tempore in Cathedrali Papienſi, valde acceptus Eminentiſſimo Jacobo Morigiæ, tunc illius Urbis Antiſtiti. Modo a pluribus annis degit Senogalliæ S. Officii Vicarius, & jam Theologus Eminentiſs. Pici Mirandulani Epiſc., ejuſque Succeſſoris Epiſcopi Caſtelli, etiam Examinator Synodalis, Conſultor, & Deciſor Caſuum Cleri Senogallienſis.

Anno 1730. typis Stephani Calvoni Impreſſoris dictæ Urbis edidit.

*Fragmentorum Theologicorum, Moralium, ſive Caſuum conſcientiæ diverſorum, ex Univerſa Theologia Morali ſolutorum, Collectio in duas partes diſtributa, ad normam Divi Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici. Pars 1.*

Aliud opus in Epiſtola ad Lectorem promittit in quatuor Tomis in fol. cui tit.

*Syntheſis Theologica Practico Moralis. In opere impreſſo ſe vocat Ticinenſem Theologum, non quia Ticini habuerit ortum, ſed cum ſit Alumnus, ſive ut ajunt, Profeſſus in Conventu S. Blaſii Papiæ.*

Hæc habuimus a Reverendiſſimo P. S. T. M. Ermenegildo Todeſchi-

deſchini Generali Inquiſitore Cremonæ, digniſſimo, a me ſummopere recolendo.

Jo: Baptista Bonettus Hortenſii F., peractis legalibus ſtudiis in Academia Patavina, cujus Alumnus fuit, doctiſſime eruditus evaſit, & profecto optimus J. C. in Patriæ Collegio cooptatus anno 1607. Patriæ Orator, & Juſtitiæ in toto Mediolani Dominio Præfectus, inde Reg. Ducaliſque Senator, utrumque munus caſte integreque ſuſtinuit. Ejuſdem extant plures, atque plures Allegationes in jure; quæ multa implerent volumina, ac inter alia

*Diſſertatio ſupra Bullam Gregorii XIV. S. P. circa immunitatem.*

Ab Horatio Lando de Sen. Mediol. laxo calamo laudatur *lib. 6. pag. 246.* & ſæpe ubi inter cætera *Laureatus Supremæ Inquiſitionis ſuæ Patriæ Conſultor, Mediolanum nobiliori ſtipendio, quam cuncti prædeceſſores ſui ab Patria Orator mittitur, & quinquies ingenti cum laude confirmatur. Ferianus Dux ſuæ ætatis callidiſſimus novit Viri ingenium, quem ad varios Principes ac Reges, ob longe graviſſima negotia legatum miſit.* Omitto alia multa, quę Lector in eo libro comperta habebit.

Ejuſdem etiam maxima cum laude meminit doctiſſimus Raphael de Viloſa, qui fuit Vicarius Prętorius Cremonæ anno 1611. *in ſuo tractatu de fugitivis cap.* 18. §. 5. *n.* 46. *& alii*, Joſeph Breſſianus in Collegio J. Conſultorum &c. Verum ſummæ Viri fęlicitati invidere aliquando temporum illorum ingenia, ex cauſis a Lando expreſſis; reſtitutus inde honoribus, ac priſtino decori.

Non eſt ideò mirandum cum ea eſt Sapientum conditio, aut potius infelicitas: habet quæque virtus ſua obſtantia vitia, & quo altiores ſunt turres, majoribus ventorum flatibus concutiuntur; Laudatur inſuper a Jo: Petro Creſcentio in Amphiteatro Romano p. 1. pag. mihi 127. & ſequent. ubi late excurrit de Nobili Familia Bonetta.

Jo: Baptista Burgius, ſive Burgus Eremita Auguſtinianus, magni nominis Philoſophus, Theologus, & Orator, ac ſuæ Congregationis Auguſtinianæ Obſerv. de Lombardia Vicarius Generalis, ſcripſit ut habemus in inſigni Bibliotheca Cœnobii S. Auguſtini Cremonæ, opus mſſ. tribus tomis diſtinctum in fol. magno.

*De Miſſæ Sacrificio Theologicum tripartitum opus.*

In quo ejus dignitas, virtus, & efficacia, ac ſimul, quæ ad Sacerdotium, cęterorumque Fidelium obligationes pertinent explicantur, ut ſublatis, quæ inter DD. eſſe videntur, controverſiis, in communi; certaque doctrina pateant Decretorum S. Congr. Concilii de celebratione Miſſarum veritas, Sanctitas, & neceſſitas, excitantes fideles, ſuaſuque compellentes ad Sacrificium per eleemoſynam etiam devotius, ac frequentius offerendum, ut ejus percipiant fructus, quamvis Sacerdotes pro alio celebrare tenerentur, & ab ipſis Sacerdotibus longè abſit infidelitatis, injuſtitiæ, & avaritiæ culpa, atque adeo

Digitized by Google

adeo S. C. Decretis, DD. Sacerdotibus, fidelibuſque univerſis omnino ſatisfaciat.

Opus ſanè Theol. Juris Canonici Peritis, Concionatoribus, Confeſſariis, ſingulis Sacerdotibus, cunctiſque in Chriſtiana religione Deum colentibus perutile non minus, & maximè exoptandum, atque etiam in S. Rom. Eccl. hiſce præſertim temporibus ſummopere neceſſarium.

Pars II. in fol.

Aphoriſmorum continens commentaria, a quibus, quæ in eis poſita ſunt dilucidè explicantur, atque S. Scripturæ, conciliorum, Sacrorum Canonum, SS. PP. Theologorum, ac juris Canonici, & ſimul Theologica ratione, cujuſque propria exigit materia, adamuſſim probantur.

Pars III. in fol.

Triginta ſeptem Scholaſticas continens quæſtiones, in quibus, quæ inter ſe pugnare videntur, Theologorum ſententiæ ſic explicantur, atque ad concordiam reducuntur, ut pateat in S. Rom. Eccleſia unica D. N. J. Chriſti Sponſa, unam eſſe de hoc myſterio doctrinam, ex variis DD. opinionibus conſtitutam, quemadmodum, & ex variis concinentium vocibus vera, perfectaque conſurgit harmonia, quibus acceſſere, de effectu Sacrificii, ex opere operato tantum, qui per Sacerdotem, ut offert in perſona Chriſti, præcisè applicatur actualiter offerentibus, & aliis, pro quibus, illi ipſum offerri intendunt. Et analyſis compendiaria ad operis peritiam.

* *Concluſiones quingentæ ſeptuaginta ſex, quas juxta probatiſſimum ſcholaſticorum morem, diſputandas proponit. Cremonæ apud Draconium 1600. quarum in fine legitur. Diſputab. per quattuor dies primum Mediolani in ædibus S. Mariæ Coronatæ die 20. menſis Aprilis 1600. quo tempore celebrandum erit Capitulum generale noſtræ Congregationis, deinde Cremonæ in Auguſtiſſimo Templo Divi Auguſtini &c.*

Inſuper impreſſæ leguntur.

* *Oratio funebris in laudem Alexandri Schinchinelli Civis Cremonenſis, habita in Templo Divi Auguſtini pridie Kal. Febr. 1602. Cremonæ apud Draconium, & Zannium eodem anno in 4.*

* *Orazione Funerale in lode della Sereniſſima D. Margherita d' Auſtria Reina Cattolica di Spagna, compoſta, e recitata in Cremona nell' anno 1611. il giorno 19. di Decembre. Cremonæ apud M. Ant. Belpierum 1612.* Hæc Oratio habita fuit in Academia Animoſorum.

Doctiſſimus noſter Burgius appellatur a Lucretio Bruſato lib. 3. de Mulierum Victoria, ubi ſubtilitatem Burgi, qualem Cæſaris Cremonini in exagitandis quæſtionibus ſubtilioribus commendat.

Cum hujus inclytæ Congreg. Auguſtinianæ mentio injecta fuerit, optimum arbitror hic ſubnectere Tres alios ejuſdem Congregationis inſignes

Digitized by Google

inſignes Viros Cremonenſes, quinimo Vicarios Generales, ſcilicet Carolum Teriſengum, cujus ſuper tumulum in ingreſſu presbyterii, ante Aram Majorem Auguſtiniani Templi in Patria proſtat hæc inſcriptio, quæ ob paſſuum frequentiam erga finem eſt deleta.

*F. Caroli Teriſenghi Congr. Aug.*
*Obſerv. Lomb. Generalis Vicarii*
*Inſignia Merita,*
*Sapientia, Integritate*
*Decorata &c.*
*Anno* 1647.

Addantur Franciſcus Maria Luranus electus anno 1671. prima vice, mortuus vero die x. Martii 1699. Ab eodem omnium virtutum cultore, cum adhuc juvenis eſſem, in primordiis meæ Cremonæ Literatæ, ex celebri ſui Cœnobii Bibliotheca ab eo plurimis Codicibus adaucta, in quam me humaniſſime aſſociabat, permulta ad rem facientia mihi ſubminiſtrata recepi; quapropter lubentiſſime hic nomen ſuum commemoro; nec minus mihi adæque profuit.

Hieronymus de Summis in eadem dignitate conſtitutus dum celebrata fuere ſuæ Congr. Comitia anno 1692. Eccleſiaſticus plane omni dignus laude, & a Patria, ut bene ſcio, deſideratus Epiſcopus, è vivis exceſſit die 14. Maii 1710.

Subjungo etiam hic inſigne nomen, ac peculiari claritate radiatum, cum Epitaphio, Antonii Mantegatii ejuſdem Congr. ſingulare ornamentum, eidem inſculpto Romæ, in Templo S. Mariæ de Populo nuncupatæ, ubi Antonius tumulatus extitit.

*D. O. M.*

*F. Antonii Mantegatii Civis Cremonenſis, Congr. Lombardiæ Præſulis vigilantiſſimi Oſſa hic quieſcunt, ubi in Reip. adminiſtratione, conſilii, ac prudentiæ admirabilis, & in negotiis tranſigendis nunquam defeſſi. Qui gradatim ad omnes honores aſcendens, Ter Vicarii Generalis dignitate decoratus fuit, ac demum Procurator Generalis, & hujus Cœnobii Prior electus, dum ad majores dignitates evolaret, calamitoſo funere ſublatus eſt Anno MDCXXIII. quarto Idus Aprilis, ætat. ſuæ LXII. Fratres hujus Conventus mœſtiſſimi, Paſtori Benemerito P. P.*

JO: BAPTISTA CAMPIONUS Alexandri memorati Frater Congr. Somaſchenſis Sacerdos latinis carminibus clarus. Scripſit epigrammata, quorum hauſtus legendus eſt apud P. Donatum Calvum in Scena Literaria Bergomenſium pag. 127. Mihi plura de hoc Viro narrabat cum laude P. D. Joſeph Maria Sementius, ejuſdem Congregationis.

Hæc etiam addenda nobis indicavit Clariſſimus ſuæ Congregatio-



Digitized by Google

nis Alumnus P. D. Ignatius Tadiſius, de quo ſupra. Fuit etiam Concionator egregius, cujus memoria laudabilis invenitur in libro Actorum Collegii S. Antonii Lugani, ubi in Majori Eccleſia Conciones habuit tempore Adventus 1621. Cujus etiam Collegii Præpoſituram laudabiliter per triennium adminiſtravit.

Jo: Baptista Cavutius J. C. Coll. Com. & Eques ex Academicis Animoſis, dictus *Lo Svegliato*, non ſolum in Juriſprudentia præclarus, ex cujus fonte multa prodiere Conſilia, ab eo ſcripta, quam cultus, & ornatus in carminibus italicis conficiendis, in laudem Academiæ edidit carmina, quorum tit.

*Il Velo d' Oro*. Teſte Joſepho Breſſiano in ſua V. R.
In Oratorio, Divæ Urſulæ, dicato ſepultus eſt cum inſcriptione.

*Jo: Baptiſta Cavutius J. C. Com., & Eques annuo legato duodecim aureorum, & pinguis Vituli per biduum ante Paſcha Virgines hic degentes obſtrinxit ad quotidianum ſuffragium Litaniarum, & Pſalmorum Miſerere, & De profundis recitandum. Vixit an. 39. obiit die 4. Junii 1637.*

Jo: Baptista Farina Capomanzius Hieronymianæ Congregationis in Inſubria Monachus, & Alumnus Monaſterii S. Sigiſmondi, in Suburbanis Cremonæ, ſcripſit.

* *La Reggia di Sigiſmondo il Santo Martire Rè di Borgogna*, quem librum excudit Cremonæ anno 1675. typis Laur. Ferrarii in 12.

Jo: Baptista Gallus Pavarellus, ob ſingularem eruditionem Sfortiæ, Cardinalis Pallavicini Aulicus, & a Secretis, Romæ degens, quas Cardinalis dictabat, ſcripſit epiſtolas, quo prædefuncto, in lucem eas prodire curavit hoc tit.

* *Lettere dettate dal Cardinal Sforza Pallavicino di glorioſa memoria, raccolte, e dedicate alla Santità di N. S. Papa Clemente IX. Romæ per Angelum Bernabò 1668. in 8.*

In quadam epiſtola a Cardinali exarata Epiſcopo Urbis Veteris, inter diſcurſivas pag. 104. hæc leguntur. *Il mio Segretario ha fatta maggior profeſſione de' verſi latini, che d'epiſtole italiane, anzi quando venne appreſſo di me per queſt' uffizio, non ne aveva mai ſcritte, ſe non per uſo ſuo privato, ma chi sà caminar ben co' piedi legati, molto più sà far con gli ſciolti &c.* ex quibus eruitur Pavarellum in carminibus latinis fuiſſe verſatum.

Jo: Baptista Goldonus Aymus J. U., & Philoſophiæ Doctor, Comes & Eques de Coll. Judicum Patriæ. Sub Pratura Senatoria Ticinenſi Franciſci Redenaſchi Regii Senatoris, de quo fuit ſermo, Vicarius extitit, nec non Præturas ipſe adminiſtravit Viglebani, ac Derthonæ, nec non Regius Vicarius Martheſanæ. Penes me extat typis impreſſum tanti Patricii teſtimonium, hunc titulum præſeferens.

* *Coram Regia Catholica, Sacraque Majeſtate Potentiſſimi, Invictiſſimique Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, Mediolani Ducis, Allegationes pro*

*Senatu*

*Senatu Status Mediolani, in cauſa Prælationis cum Conſilio ſecreto, In Supremo Italiæ Conſilio Matriti. A Jo: Baptiſta Goldono Aymo &c. in Supremo Italiæ Conſilio Cauſarum Relatore, & in hac cauſa per Senatum Advocato electo expoſitæ. Matriti 3. Kal. Aprilis 1639.*

Quantus hic Vir eſſet in Advocatione, ex prędictis arguere poſſumus, cum in cauſa tanti momenti, ab ipſomet Ampliſſimo Senatu Mediolani, Advocatus fuerit electus, ut etiam ex literis ipſius Senatus præmiſſis Allegationibus, inter alia legitur. *Quamquam autem juſtitia cauſæ noſtræ, ſub Optimo Catholici Regis Principatu, maturaque Graviſſimorum Virorum Conſilia, optatum exitum pollicentur; nihilominus conſiderantes vivam Vocem, ſedulamque operam experti Viri non parum profuturam, oculos in Vos conjecimus, cujus proſpectus Fidei, Studio, & Virtuti cauſæ tutelam committamus. Illam igitur alacriter ſuſcipite, & hanc opportunam nacti occaſionem quantum Reip., Patriæ, & Senatui deferendum putatis oſtendite, talentum veſtrum impendite, conceptæ opinioni cumulate reſpondentes, atque Senatus promptam ubicumque occaſio ſe dederit, vos vel juvandi, vel ornandi, vel etiam amplificandi voluntatem promerentes. Qua vero ratione gerenda ſit res, & Patrocinium dirigendum, ex annexis Magnifici Collegæ noſtri Bonetti, literis intelligetis, cui eandem fidem habebitis, ut nobis. Mediolani die prima Febr. 1639.*

Plures in Jure Allegationes ſcripſit, quæ in Collectaneis ſervantur.

In Oratoriis etiam verſatus edidit Cremonæ 1636. in 4.

* *Illuſtriſſimi D. Petri Pauli Flammeni, Parentalia Cremonæ in Eccleſia Divæ Agathæ celebrata, Funebris Oratio.*

Uxorem duxit Annam Sororem Eminentiſſimi Petri Card. Vidoni Cremon. Patricii, de quo ſcribemus. Anno 1633. cum duplici Laurea decoratus fuiſſet in Ticinenſi Univerſitate, & ſcilicet Philoſophica, & Legali, Collectaneum Carminum, ibi vulgatum fuit per Jo: Andræam Magrum, hoc tit.

*Applauſi Poetici d'alcuni Signori Accademici Affidati, raccolti dal Dott. Carlo Belloni Accademico Affidato, dedicati all' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Card. Triulzo*; Multæ ſiquidem laudes vere promeritæ a Jo: Baptiſta cum carminibus italicis, tum latinis exhibentur, quod penes me ſervatur.

Jo: Baptista Goldonus Vidonus prælaudati Jo: Baptiſtæ Nepos, ex Patre Marchione Aymo, exacta pueritia, in primo adoleſcentiæ flore Nobilis Borromeorum Collegii Papiæ, ex inſignioribus Alumnis emerſit. Suſcepta poſtmodum in illius Urbis Univerſitate Legali Laurea, Juriſprudentię ſtudio in Alma Urbe reaſſumpto anno 1710., Eccleſiaſticis diſciplinis addictus, & Pręſul de more approbatus a S. P. Clem. XI. Faventię Gubernio primum pręficitur, Arimini deinde, ac demum Beneventi, ibi benigne exceptus per S. R. E. Card. Vincentium Mariam Urſinum Inclyti Ord. Pręd.

decus tunc Beneventanum Archiep. cui admodum charus, ut videbimus infra; Hinc ejus nominis fama percrebeſcente, a Maximo Equitum Militenſium Magiſtro, Hieroſolymitana Cruce meruit Præſul noſter inſigniri. Faventiæ cum regimini præeſſet, proprio hoſpitio recepit Jacobum Stuardum, Jacobi II. Magnæ Britaniæ Regis Filium Romam profecturum, una cum Clementina Joannis Sobieſchi Sarmatiæ Regis Filia, Jacobi Uxore digniſſima, modo inter Cœleſtes Heroinas collocanda. Romæ poſt Gubernia ſpelndidiſſime vixit, a Benedicto XIII., qui fuit antea Card. Urſinus, Præſes Apoſtolicæ Cameræ eligitur, in qua dignitate febri maligna correptus menſe Martio 1737. occubuit, ibi ſepultus in Ædibus Carmelitarum Nudipedum nuncupatis *della Vittoria*, in tumulo erecto ab Eminentiſſimo Hieronymo Cardinali Vidono, ubi & jacet Eminentiſſimus Petrus, a quo proceſſit Præſulatus Inſtitutio alternanda in Familiis Soreſina, & Goldona, mutato ſiquidem Cognomine per ſucceſſivos Præſules in Vidonum.

Ejuſdem cum laude meminit Abbas Jo: Pellegr. Dandus, dum Vidono, tempore quo aderat Faventiæ Gubernator, dedicavit librum inſcriptum. *Faſti eruditi della Biblioteca volante del* 1710. *recuſum Faventiæ anno* 1715.

Ab Auctore hujus Operis itidem laudatur in ſua Prætorum Cremonæ Chronologia pag. 65. ad annum 1711.

Ad tanti Præſulis honorem hic recenſentur duo inſignia Diplomata.

*DON CARLOS PER GRACIA DE DIOS EMPERADOR DE ROMANOS &c.*

*MUY Rev. in Chriſto Padre Cardenal de Altham, mi muy querido, y muy amado Amigo, de mi Conſeio de Eſtado. Hallaſe de muchos annos a eſta parte, Don Juan Baptiſta Vidon Noble de Cremona, ſiguiendo la Preladura, y como en conſideracion de ſus particulares meritos, y ſervicios, y de los de ſu hermano el Marques Goldon Vidon mi Senador en el Eſtado de Milan, quien, difficilmente podrà continuar, ſin gravve menoſcabo de ſu Hazienda la congrua aſſiſtencia al Dhò D. Juan Baptiſta, para mantener mas largo tiempo la decencia correſpondiente en eſſa Corte; Eſtà propenſo mi Ceſareo, y real Animo a diſpenſarle los effectos de Mi real Proteccion; He querido encargaros [como lo hago] que apoyeis con la mayor efficacia los pretenſionnes del mencionado Prelado Don Juan Baptiſta Vidon, y que interpongais todas las diligencias, y oficios, que os parecieren mas a propoſito, paraque el Papa lo provvea en alguna, o algunas delas Abadias vvacantes, o delas que primero vvacaren en mi Eſtado de Milan, o bien con una muy decente penſion ſobre ellas, a fin de que con alguna renta Eclesiaſtica ſe le facilite, el que pueda mantenerſe*

*en*

Digitized by Google

*en eſſa Corte, pues por los motivos expreſſados, ſerà muy de mi R. agrado, y acceptacion que los executeis, aſſi con el eficaz empeño, que es proprio, y me prometo de Vueſtro Zelo a mi Servicio, que tanto ſe intereſa en la promocion de Vaſſallos de eſta Calidad.*

*De Viena 4. de Deciembre de 1720.*

*YO EL REY.*

*Don Ramon de Vilana Perlas.*

---

## *FR. D. ANTONIUS MANOEL DE VILHENA.*

*DEI gratia Sacræ Domus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſol., & Militaris Ordinis Sancti Sepulchri Domini Magiſter humilis, pauperumque Jeſu Chriſti Cuſtos: Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Joanni Baptiſtæ Vidono Nobili Cremonenſi, & Mantuano, Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Præſidenti, nobis in primis dilecto Salutem in eo, qui eſt vera Salus, ac ſinceræ dilectionis affectus. Generoſa tua Nobilitas, irreprehenſibilis Vita, morum Suavitas, literarum Scientia, tuique Illuſtriſſimæ Familiæ benemerentia, tuique in Ordinem noſtrum jam pridem animi propenſio, ac devotio, quibus apud nos ſummopere commendaris, Nos hortantur, & inducunt, ut Illuſtriſſimam, ac Ornatiſſimam Perſonam tuam ſingulari benevolentiæ ſignificatione complectamur. Motu itaque proprio, & de noſtra Scientia, tenore præſentium, ac cum deliberatione noſtri Ven. Concilii, Tibi, ut Crucem hanc ad figuram habitus Ordinis noſtri formatam, collo appenſam geſtare, & deferre valeas, indulgemus, plenamque licentiam, & facultatem concedimus, & elargimur, Teque omnibus Indulgentiis, ac Gratiis ſpecialibus, quibus vigore Privilegiorum noſtrorum, a Sacroſancta Sede Apoſtolica nobis, & Ordini noſtro conceſſorum, Fratres noſtri, aliique eidem Ordini noſtro addicti utuntur, fruuntur, & gaudent, uti frui, & gaudere decernimus, & declaramus, nec non omnium Miſſarum, Orationum, piorum Hoſpitalitatis, & Militiæ pro Catholicæ Fidei tuitione operum, quæ in dies a Fratribus noſtris Terra, Marique [Deo largiente] fiunt, participem in Domino facimus, & omni meliori modo eſſe volumus. Præcipientes univerſis, & ſingulis dictæ Domus noſtræ Fratribus, quacumque auctoritate, dignitate, officioque fungentibus, præſentibus, & futuris, in Virtute Sanctæ Obedientiæ, ne contra præſentes noſtras conceſſionis, declarationis, & participationis literas aliquatenus facere, vel venire præſumant, ſed eas ſtudeant inviolabiliter obſervare. In cujus rei Teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis plumbea præſentibus eſt appenſa. Dat. Melitæ in Conventu noſtro die XXX. menſis Aprilis 1733.*

*Firmat. Bajul. Fr. Emmanuel Pinto Vicecancell.*

*Rep. in Cancell.*



Digitized by Google

Jo: Baptista Guarguantus ex Oppido inſigni Soncini ex Carmelitis Congregationis Mantuanæ S. T. L. cujus opera, recuſum fuit opuſculum Brixiæ 1634. per Antonium Ricciardum in 4. cui tit.

**Luctus Soncinenſis, ſeu ennaratio rerum Soncinenſium Stephani Fliſci Soncinenſis Trivii Doctoris, ac Mag. Civitatis Raguſii Studii Rectoris, jampridem anno D. 1453. edita &c.*

Vulgari ſermone ab eodem P. Guarguanto tradita, cui eidem opuſculo præeſt prolixa Epiſtola nuncupatoria ipſiuſmet Guarguanti, hoc titulo. Illuſtribus, Magnificis Concivibus Publicæ Adminiſtrationi Deputatis, Reliquaque Soncinenſi Populo. Ibi laudatur D. Paulus Guarguantus Soncinas S. Victoriæ in Alma Urbe Abbas ex Canonicis Lateranenſibus.

Jo: Baptista Guarinus Canonicus Reg. Lateranenſis, Venetiis 1600. apud Matthiam Valentinum in 4. Liber primus.

* *Della Gerarchia, overo del Sacro Regno di Maria Vergine Madre di Dio, e Reina del Cielo, in cui si ragiona delle ſue grandezze, dignità, Virtù, Eccelenze, e Prerogative ſingolari, molto utile a Predicatori, e ad ogni ſorte di perſone, per eccitare lo Spirito alla divozione di queſta gran Madre di Dio.*

* *Liber ſecundus in eadem materia Venetiis pariter apud Evang. Deuchinum, & Jo: Baptiſtam Dulcianum 1609. in 4.*

*Della vera Sapienza &c. libri Sex. Venetiis, 1629. in 4.*

*Tractatus de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.* Breſſianus in V. R. Meminit Guarini Marraccius in Bibliotheca Mariana part. 1. pag. 678.

Jo Baptista Lazaronus ex egregiis Iconicis Pictoribus, ſub experta diſciplina Jo: Baptiſtæ Tortiroli Crem. emerſit; in Civitate Placentiæ, ubi duxit Uxorem, multos annos vixit; & tandem ibi ætatis annorum 72. menſe Octobris anni 1698. exceſſit e vivis. Literis humanioribus delectabatur, hinc compoſuit, & edidit

* *Il Principe Pomiraldo*, typis Joannis Bazacchi. Placentiæ 1668. in 12.

Poſt ejus mortem Facius Lazaronus Jo: Baptiſtæ Frater edi curavit per Petrum Ricchinum Cremonæ anno 1713. aliam Comædiam, cui tit.

*L' Aganone.*

ſub tenui cenſura Auctoris hujus operis. Ejuſdem meminit Don Deſiderius Ariſius frater meus, in ſua Academia Pictorum, qui tabulas multas Lazaroni recenſet, & præcipuè Inſignium Cardinalium, Præſulum, ac Virorum Illuſtrium Icones in cujus picturæ genere inimitabilis eminebat.

Laudatur a P. Fulvio Frugono in ſuis libris, nec non a J. C. Ca-

Digitized by Google

C. Carolo Baſſo Placentino Equite in ſuis rythmis impreſſis, & præſertim cum his, quos recenſeo, ut morem geram Amico Pictori Cremonenſi.

*Al Sig. Gio. Battiſta Lazaroni Cremoneſe Pittore eccellente de' Ritratti.*

*Tù che le altrui ſembianze,*
*Come le fè natura, e i lin conſegni,*
*Fia che a me doni 'l tuo pennel pregiato,*
*Di mia Filli vezzoſa,*
*Giacchè Amor no 'l può, darmi 'l volto amato!*
*E ſe niega Sdegnoſa*
*D' Eſſer da Te dipinta*
*Tù per farmi 'l cuor pago,*
*Rimirando il Sol, e ritrarrai ſua Immago.*

Jo: Baptista Magnavacca, ſive Magnivaccius Cler. Reg. Theat. profeſſus Mediolani 1594. ut nomen ſuum glorioſæ poſteritati traſmitteret, multa monumenta mandavit, inter quæ opus contemplativum, cui tit.

*L'Agricoltura Spirituale. Venetiis apud Ambroſium Dei* 1617. *in* 12.

*Dolcezze Soaviſſime della Menſa Divina. Venetiis apud Barezium,* 1619.

*Corona Reale, o ſia la Vita di M. V. Madre di Dio. Venetiis* 1623. *in* 4.

*L'Ambaſciata celeſte a M. V. Madre di Dio, nella quale amplamente ſi eſpone l'Angelica Salutazione.*

*Sette Pietre prezioſiſſime, o ſieno ſette amoroſiſſime Parole, proferite dalla Sacroſanta Bocca di M. V.*

*Eſpoſizione, o ſia Frammentario ſopra l'Epiſtola della B. V. Madre di Dio a S. Ignazio Martire, del culto, e Divozione verſo la Madre d'Iddio, Tratt.* 1. Hæc omnia edita Venetiis typis ejuſdem Barezii Cremonenſis, 1618. in 4. Hæc pariter inſinuant quantus fuerit Vir hic ſapientiſſimus, & religoſiſſimus in Deiparam, & ex quo pio amore erga eamdem Immaculatam flagraverit.

Ejuſdem Meminere P. Silos hiſt. Cler. Reg. Tom. 2. anno 1623. quo obiit Genuæ VII. Kalendas Auguſti, & de quo multæ laudes Maraccius in Bibliotheca Mariana p. p.

Item P. D. Innocentius Savonarola in ſuo Volumine, eximio ſtudio, Neapoli edito in quo de Cleric. Regular. Sanctimonia claris, expoſita effigie P. D. Jo: Baptiſtæ in carcerem conjecti, hac epigraphe honoratur.

*P. D. Jo: Baptiſta Magnivaccius Cler. Reg. Scriptis voluminibus Rei Aſceticæ ſatis optime meritus, graviſſima lucta, teterrimo carcere, perpetuo exilio, imperterrita tamen conſtantia, ut auditum in Confeſſione apertum arcanum, fruſtra tentatus.* Hinc eruitur noſtrum Heroem ſimillimum fuiſſe glorioſo, & incomparabili Martyri S. Joanni Nepomuceno Pragæ Cathedralis Canonico.

Jo: Baptista Maynoldus J. C. Coll. ex Academicis Animoſis, non tam in legali ſtudio, quam in humanioribus literis præclarus, hiſce operibus typos illuſtravit.

* *Divinatio de Cremonenſibus Ingeniis per Principes diſciplinas in Laurea Perilluſtris D. Antonii Paveſii Nob. Cremonenſis, in Collegio Cremonenſi Soc. Jeſu. Placentiæ anno 1637. apud Jo: Ant. Ardizzonum in 4. dicavit Herculeæ Civitati Cremonæ Patriæ ſuæ amantiſſimus Jo: Baptiſta Maynoldus.*

* *Orazione nella Morte dell' Illuſtriſſimo Sig. Conte Oliverio Schinchinelli Cremoneſe, recitata nella Sala del Conſiglio di Cremona, a nome dell' Accademia de' Signori Animoſi. Cremona 1638.*

*Oratio in laudem Illuſtriſſimi D. Senatoris Aloyſii Belcredi Prætoris Cremonæ, Papiæ 1639.*, de qua Breſſianus in ſuo libro inſcripto. *Il Collegio de' Dottori della Città di Cremona &c.*

Jo: Baptista de Nigris Avus meus maternus, non tantum Legali ſcientia præclarus, in Philoſophia, variiſq; ſcientiarum generibus peritiſſimus, reliquit in manibus Joſephi Aurelii ejus Filii, de quo erit ſermo, qui inde ad me ex hæreditate devenit, librum mſſ. pulchro charactere exaratum, cui tit.

Opuſcula varia cum figuris, quorum in fine de Architectonica Militari, & Figuris anno 1655. Figuræ multæ ſunt egregiè delineatæ cum ſuis tabulis. In primis tractat.

*De Sphæra.*

*De Cælo, & Mundo, cum Appendice*, in qua problemata aliquot, non injucunda ad terram ſpectantia proponuntur.

*De ſitu aquæ cum nonnullis problematibus.*

*De Aere.*

*De Luna, ubi multa.*

*De loco Solis, ſive de ejus diſtantia a terra, & de ejus Eclypſi.*

*Quæſtiones metherologicæ.*

*In problemata ſelectiora Ariſtotelis circa res naturales.*

*Appendix Anatomica plurimarum partium conſtituentium animal, & præcipue hominem.*

*De Architectonica Militari*, ubi decem Figuræ circa diverſi generis arces conſtruendas. Obiit anno 1668. ſepultus in tumulo Avito in Æde S. Lurentii, culta per Ven. Monachos Olivetanos.

Jo: Baptista Offredus Cler. Reg. Theat. quinimo ex noſtris Patriciis, qui inclyto huic Inſtituto Cremonæ ſe dedit; ſolemniter in eo profeſſus die 15. Auguſti 1597. ſacro B. V. Aſſumptioni; Theologus, ac Concionator eximius, Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Patria Conſultor, Priores ſuæ Religionis gradus occupavit, & præcipue electus Præſes in Comitiis Generalibus Romæ coactis, anno 1630. laudatus a P. Silos in Hiſt. Cler. Reg. p. 3. pag. 63. cum eſſet in Patria Præpoſitus ſui Collegii die 27. Julii

1635.

Digitized by Google

1651. meritis plenus obdormivit in Domino. In Bibliotheca S. Abundii mſſ. extant.

*Sylva triplex pro Concionibus in 4.*

*Il Quareſimale, e li diſcorſi per li Sabbati della B. V. in 4.*

Ejuſdem mentio habetur in Præſidio Romano lib. 2. p. 35.

JOANNES BAPTISTA EX OLBROANDA Progenie Sablonetæ Urbis ſub Cremonenſi Diœceſi Capucinus, Tyronum aliquandiu, mox Profeſſorum Magiſter agens in Municipio Caſalis Majoris, an. 1630. cum eſſet ibi Superior, & Concionator, tempore quo Peſtis prima ſuæ ſævitiæ ſigna edidit, oppreſſos tanta pietate viſebat, ipſiſque miniſtrabat, ut morbo demum correptus interierit, non ſine ſanctimoniæ indiciis. Regularis enim obſervantiæ ſtudioſiſſimus fuerat; in ſuo Cœnobio volumen ſuarum Concionum reliquit.

JO: BAPTISTA PASQUALIS Cler. Reg. Theatinus Theologus, & S. Inquiſitionis Conſultor in Patria, librum expoſuit, ita inſcriptum:

* *Scutum inexpugnabile Fidei, & Confidentiæ in Deum, vel in Potentiſſimum Nomen Jeſu, vivificumq; Brœvis Apoſtolica, infallibilis, & evangelica ad liberandum, & præſervandum Homines, irrationalia, & inanimata ab omnibus vexationibus diabolicis.*

1 *Ad tuendum hominem a quocumque malo, & periculo animæ, & corporis.*

2 *Ad patranda miracula, & eruendos Theſauros a Dæmone poſſeſſos. Opus ferè novum Exorciſtis, & Parochis neceſſarium, nec non omnibus Chriſtifidelibus utiliſſimum. Mediolani typis Ludovici Montiæ 1673.* Prohibetur, ut in Indice librorum vetitorum, attenta illa ultima additione, Ad patranda miracula, & eruendos theſauros. Item vulgari ſermone.

* *L'Anima orante, Pratica per l' Orazione Mentale, per la Via Purgativa di tutti li giorni della Settimana, tribus in tomulis diviſum opus, excuſum 1664. in 16., recuſum poſtea Mediolani typis Lud. Montiæ 1669.* Obiit P. Paſqualis die 31. Octobris 1679., morbo lithiaſico, ſolemnioribus exequiis præ cæteris in Eccleſia S. Abundii multorum nobilium expenſis, quibus admodum erat acceptus, ob ejus humanitatem, ac humilitatem decoratus. Cum eſſet P. Jo: Baptiſta a Confeſſionibus Jo: Ludovici Genitoris mei amantiſſimi, hic in extremo ſuæ vitæ agone, ipſo P. aſſiſtente pro animæ commendatione, pie deceſſit die 8. Maii 1678., ætat. annorum 44.

Laudatur P. Paſqualis a P. Silos in Cat. Script. Cler. Reg. pag. 593.

JOANNES BAPTISTA RAPARIUS, ex Nobili Genere natus, Sæculari Eccleſiaſticæ diſciplinæ addictus 1714. Eccleſiæ Cathedralis Crem. Canon. a Clem. Sum. Pontif. XI., & a ſuo Reverendiſſ.

Capi-

Capitulo ad pinguiorem Canonicatum in eadem Eccleſia anno 1727. & a Clem. S. P. XII. ad gradum Canonici Theologi anno 1734. electus, aliiſque Dignitatibus effulgens, præſertim vero ex Conſultoribus Sanctiſſimæ Inquiſitionis Patriæ, aliiſque muniis Eccleſiaſticis, prout videre eſt in Diplomate Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Epiſcopi noſtri Alexandri Littæ, inferius dimiſſo.

Præter Lectiones Theologicas, quas ſuis ſtatis temporibus, nempè Quadrageſimali tempore, & Adventus, ſingulari doctrina in Cathedrali ſuggeſtu publicè exponit, habentur.

*Oratio funebris pro Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Carolo Octaviano Guaſco, die 23. Novembris 1707.*

*Alia etiam Oratio funebris in Templo Divi Dominici Cremonæ pro Reverendiſſimo Patre Sacræ Theologiæ Magiſtro, & totius Ordinis Prædicatorum Miniſtro Generali Antonino Le Cblos.*

Multa dicenda eſſent de hac perſpicua Familia, ſed in II. Tomo, de Columbino, & Matthæo Rapariis nonnulla attingimus; attamen non eſt omittendus Petrus Maria, ejuſdem Joannis Baptiſtæ Frater, & ipſe ejuſdem Cathedralis Canonicus, ac Ven. Seminarii Clericorum Cremonæ diligens Epimeletes, ad cujus perenne decus ibi pariter recenſetur Diploma.

Addendus eſt etiam Angelus, qui Romæ degens, ut ſibi pie viveret, in ſuo ſolemni teſtamento illic celebrato anno 1634. die 21. Maii ſuæ pietatis ergo, & amoris, Legavit bis mille Aureos Romanos Ven. Monaſterio Sanctiſſimi Corporis Domini Cremonæ, totidemque Xenodochio S. Alexii ejus Patriæ.

Sequuntur memorata Diplomata.

ALEXANDER LITTA

*Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Cremonenſis, & Comes &c.*

UNiverſis, & ſingulis fidem facimus, & atteſtamur D. Joannem Baptiſtam Raparium Sacerdotem Cremonenſem, duos ſupra quinquaginta annos, & ex nobili Genere natum; tot titulis, & muniis ornatum, decoratumque, Confeſſarium nempe jamdiu approbatum, Sacræ Theologiæ Laurea donatum; Ex Canonicis hujus noſtræ Cathedralis in Synodo noſtra Diœceſana per Nos celebrata, in Examinatorem Synodalem, Cleri Procuratorem, Librorum Sacrorum, Reliquiarum, & Indulgentiarum Reviſorem, Congregationis Clericorum Præfectum, & ad ea, quæ Regimen Monialium, ac diſciplinam Eccleſiaſticam reſpiciunt electum, deputatum, & reſpectivè confirmatum, & inſuper Conſultorum S. Officii numero in hac Urbe adſcriptum,

tum,

tiam, nil unquam in hiſce muniis obeundis deſiderandum reliquiſſe: quinimo opera omnia, officia, & actiones, atque virtutes, quæ viro Eccleſiaſtico in ſimilibus conveniunt, non minus laudabiliter, quam ſedulo exercuiſſe, præſtitiſſeque, & adhuc præſtare: Chriſtianæ Fidei præceptis & rudimentis populum imbuere, & zelo ſalutis animarum accenſum dogmata Catholica inculcare, & Congregationi Generali Doctrinæ Chriſtianæ ſemper aſſiſtere, & intervenire aſſueviſſe; publicè in Eccleſia, & ſuggeſtu, & pluries legationem Dei obiviſſe docendo, concionandoque: Non ſemel Sacræ Scripturæ in expoſitione, & interpretatione Canonici Theologi infirmi vices in hac Cathedrali ſupleviſſe: Tempore, & actu Synodalis actionis juſſu noſtro, ſermonem habuiſſe: In Academia hujus Seminarii Clericorum Provinciam deciſoris caſuum per plures annos ſuſtinuiſſe, nunc autem honorifico Protectoris ejuſdem Academiæ titulo frui: Ad excipiendas Sanctimonialium confeſſiones, iiſdemque in exercitiis ſpiritualibus peragendis ſæpiſſimè directorem ab Anteceſſore noſtro, & etiam a Nobis electum fuiſſe, ſemperque in omnibus morum honeſtate, prudentia, ſcientia, & pietate ſe commendabilem exhibuiſſe; in quorum teſtimonium has noſtras Literas expediri, ſigilloque noſtro muniri, & per Cancellarium hujus noſtræ Curiæ Epiſcopalis ſubſcribi juſſimus.

Dat. Cremonæ ex noſtro Palatio Epiſcopali die 4. Auguſti 1731.

ALEXANDER EPISCOPUS.

*Jo: Baptiſta Scodes Cancell.*

---

ALEXANDER LITTA

*Dei, & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Cremonenſis, & Comes &c.*

UNiverſis, & ſingulis &c. fidem facimus, & atteſtamur D. Petrum Mariam Raparium Sacerdotem Cremonenſem ex Nobili Genere, & ſexaginta annos natum, ab anno 1714. uſque in præſens, grave, & laborioſum Rectoris officium in hoc Clericorum Seminario, ſumma ſolertia ſuſtinuiſſe, & nedum in iis, quæ ſunt temporalis adminiſtrationis, & beneficii, ſed etiam Alumnorum profectum in ſtudiis, & pietate reſpiciunt vigilantiam, omnem prudentiam, & charitatem præſtitiſſe, in dieſque preſtare: Morum vero, & vitæ honeſtate, diſciplinæ Eccle-

ſiaſticæ

Digitized by Google

ſiaſticæ obſervantia, & Virtutibus omnibus, quibus vocati in ſortem Domini pollere debent, ſe cæteris in exemplum exhibuiſſe; Ideoque non niſi juremerito anno 1728. a Nobis propoſitum, & a Capitulo hujus noſtræ Cathedralis in Canonicum aſſumptum, & in Synodo noſtra Diœceſana, Præfectorum ſuper diſciplina Eccleſiaſtica, & cauſis piis, numero adſcriptum fuiſſe, ſervitio autem Chori, & Eccleſiæ pro muneris ſui debito nunquam defuiſſe.

In quorum Teſtimonium. Dat. Cremonæ ex noſtro Epiſcopali Palatio hac die 6. Auguſti 1731.

ALEXANDER EPISCOPUS.

*Joannes Baptiſta Scodes Cancell.*

JOANNES BAPTISTA DE RAYMONDIS, de quo ſcribit Lud. Cavitellus noſter erga finem ſuorum Annalium, *Jo: Baptiſta Raymondus clariſſimus Mathematicus ex Patre Cremonenſe natus, & educatus Neapoli, & Romæ cognitus*, ad cujus vaſtiſſimi ingenii gloriam recenſenda ſunt ea, quæ de eo ſcribit Hieronymus Lunadorus Eques S. Stephani in ſuo libro italicè exarato, cui tit.

*Relazione della Corte di Roma ſotto il titolo della Canonizazione di S. Raimondo fatta da Clemente VIII. a' 3. di Aprile 1601.*, narrando quales Homines continuò verſabantur in Aula Cardinalis Aldobrandini S. Gregorii nuncupati, qui erat Cinthius Paſſerus Senogalienſis natus ex Sorore ipſius Clementis VIII. ubi poſt Bonifacium Vannozzium Nob. Piſtorienſem proſequitur pag. 119.

*L' altro è il Sig. Gio: Battiſta Raimondi Gentiluomo Cremoneſe, dotato dalla natura d' un aſpetto, ch' è degno d' Imperio, accompagnato da una gravità, ma gioconda, che lo fa tanto amabile, e ben conveniva che quel lume d' intelletto, che Dio gli ha dato così nobile, foſſe anco rinchiuſo dentro ad un fanale, per d' onde traluceſſe quel ſuo lume, a guiſa di gemma prezioſa, che legata in oro, tanto più ornata riſplende. La ſua Compleſſione è contemperata d' umori eguali, ed uniformi, talchè ſe bene oggi mai egli è vicino agli ottanta, tuttavia gode per grazia di Dio una vecchiezza pura, e monda. Nel veſtir è civile, e pulito fuori dell' uſo de' Filoſofi, come ancora nel converſar affabile, e gioviale, di natura ingenua, e ſincera, lontano da ogni ambizione, ed adulazione, intanto che dagli amici [de quali è teneriſſimo] meritamente è chiamato le delizie della Corte Romana. Non è punto vago di ſe ſteſſo, ne meno come alcuni, innamorato delle coſe ſue, anzi è tutto umiltà, e tutto modeſtia, e quando ragiona intorno le ſcienze di Matematica, e di Filoſofia, o di Teologia, lo fa con molta cautela, ſenza detrazione alcuna, con una memoria eterna, e profunda, accompagnata da un metodo tanto bene ordinato, e chiaro, che ogni*

*medio-*

Digitized by Google

*mediocre intelletto reſta capace di quello, che egli dice, ancorchè tratti di materie alte, ed oſcure. Ha belli penſieri circa la dottrina di Platone, e di Ariſtotile per eſſere verſatiſſimo in ambidue gli Autori, ed averia già pubblicato alle ſtampe alcune coſe in queſta materia curioſe molto, e di molta ſoddisfazione a chi deſidera filoſofare; ma comeche egli vede il mondo tanto appaſſionato nella dottrina peripatetica, ha voltato l'animo alle Matematiche con applauſo univerſale degli Uomini dotti, da quali è ſtato preconizato per Padre della Geometria, avendo in eſſa ſcritto molti libri d'importanza, e particolarmente la traduzione dal greco in latino delli Detti d'Euclide, uno de libri neceſſarj per l'Intelligenza della ſcienza reſolutiva, ch'è nelle matematiche. Hà tradotto parimente di Arabo in latino gli otto libri d'Apollonio Pergeo de Conis, e i libri de Contactu, & diviſionibus, ed altre materie appartenenti alla ſcienza reſolutiva delle matematiche, ch'è la perfezione, ed il complemento di eſſe. Ha commentato li cinque libri di Pappo Aleſſandrino Autor grave in queſta profeſſione.*

*Ha ſcritto poi Comentarj e dotti, e ſquiſiti ſopra tutti i libri d'Archimede. Ultimamente in queſta età grave in cui egli ſi trova ha traſcritto tutto di ſuo pugno in quel carattere, come tante perle un Dizionario copioſo delle Voci proprie della lingua Araba, alla quale hà accomodate le proprie latine; ed ora ſta compilando un dizionario della lingua Perſiana, giuſtamente con quella della Turcheſca, fatica laborioſa, e tale, che ſpaventaria qualſivoglia Giovine ben compleſſionato, e nondimeno quello, che hò detto ſin quì è poco, o per dir meglio è niente a comparazione della fatica, che ha fatto queſto grand' Uomo, il quale quaſi novello Eſdro Architetto nobiliſſimo, e Religioſiſſimo di così gran fabrica ſi è affaticato in racorre inſieme la Biblia in undeci lingue colle ſue Gramatiche, e Dizionarj in ciaſcuna di eſſe, cioè nella Greca, Latina, Ebrea, Caldea, di Targum, Siriaca, Schiavona, Armena, Araba, Perſiana, Egiziaca, Ethiopa, e quello che più importa, ed è degno di eterna laude è, che non oſtante la ſua povertà, e baſſa fortuna, non già per ſuo demerito, ne per ſua colpa, ma per eſſergli ſtata queſta Corte in 45. anni, dove ha ſervito con tanta virtù, infelice matrigna, avendo ſervito a tutti li Pontefici Romani in coſe grandi da Papa Pio V. in qua, come ancora ſervì diecíotto anni la gl. M. del Gran Duca Sereniſſimo Ferdinando, mentre era Cardinale, avendo quel magnanimo Principe ſpeſe migliaja di Scudi in mettere inſieme in Roma una Stamperia di lingue Orientali, tutto per opera, e fatica, di queſto buon Gentiluomo, il quale ha dato alle Stampe le infraſcrittte opere, cioè*

*Gli Evangelj in lingua Araba interlineati latini.*
*Avicenna in Arabico.*
*Euclide in Arabico.*
*Geografia Caſſia.*
*Gramatica Arabica, detta Geromia.*
*Gramatica Siriaca.*
*Alfabeto Arabico. Ed ha oggi appreſſo di sè i ponzoni, ed i caratteri di*

*quaſi*

*quaſi tutte queſte lingue della Biblia, fatte per mano d'Uomini eccellenti. Intanto che per l'induſtria ſua religioſa, e più accompagnata colla magnificenza, e liberalità del Sig. Cardinale Ferdinando de Medici, che ſia in gloria, che fu poi Gran Duca di Toſcana, ſi è ridotto al preſente queſto negozio a tale ſtato, che ogni volta, che aveſſe il ricapito neceſſario [ e non vi biſogna gran coſa ] potria dar principio a ſtampare detta Biblia, opera degna d'eſſere abbracciata da tutti li Principi Criſtiani &c. oggi di dette Biblie con gli apparati, ed ogni, e ciaſcheduna coſa quì deſcritta ſono appreſſo al Sereniſſimo Gran Duca mio Signore conſervandoſi nella ſua Real Galleria di Firenza&c.*

*Ha trovato il modo di ſtampare i libri di Canto fermo, che ſi uſano ordinariamente nelle Chieſe per celebrare i Divini Uffizj, e la invenzione è tanto bella, che ſi ſtampano di grandezza ſtraordinaria, sì di note, come di lettere, e rieſcono molto più belli delli manoſcritti, poichè li fa ſtampare ancora con belliſſimi intaglj, di diſegno del celebre Pittore Antonio Tempeſta Nobile Fiorentino.* Huc uſque Eques Lunadorus, qui alia etiam ſubjungit in laudem noſtri Raymondi.

*In libro cui tit. Eccleſiæ Orientalis Antiquitates Clariſs. Virorum Card. Barberini, L. Allatii, Luc. Holſtenii, Jo: Morini, Abr. Ecchellenſis, Nic. Periexii, Petri à Valle, Tho. Combenii, Jo: Buxtroffii, Jo: N. Hottegerii, & aliorum diſſertationibus Epiſtolicis enucleatæ cum notis, & animadverſionibus primum Londini ex ipſis Autographis editæ, jam autem denuo reviſæ correctæ, & indice rerum, & verborum auctæ.* Præmiſſa his eſt Jo: Morini Congregationis Oratorii Pariſiis PP. Vita, Lipſiæ, & Francofurti apud Jo: Caſp. Megerum 1683. in 12. pag. 169. & 170. In quadam epiſtola Petri della Valle ſcripta P. Jo: Morino, leguntur ſequentia verba. Voluebam igitur animo dare operam, ut characteres iſti Samaritani efformarentur, occaſione cujuſdam Germani artis peritiſſimi, qui modo Romæ moratur, nec procul abirem ab impreſſione libri, omni conatu agredienda, quandoquidem alius adeſt nobis ad hæc aptiſſimus Vir Sthepanus Paulinus olim eruditiſſimi Viri Jo: Baptiſtæ Raymondi, qui Orientales literas, & præſertim Arabicas in Europa ſemidemortuas ſuſcitavit, illaſque elegantiſſime imprimendi modum Primus adinvenit.

Ex epiſtola mihi ſcripta die 14. Martii 1698. a Clariſſimo Viro Antonio Magliabequio Bibliothecario Famigeratiſſimo Magni Ducis Etruriæ, cujus circa opera Raymondi conſilium expoſtulavi, habeo ſequentia. *In Galleria di S. A. S. non vi è alcuno, che ſappia nulla di que manoſcritti del Dottiſſimo Raimondi, ed io credo, che reſtaſſero in Roma, e non ſieno mai venuti a Firenze. Vi ſi trovano in alcune Stanze della Guardarobba di S. A. S. gli eſemplari ſtampati degli Evangelj, dell'Avicenna, dell'Euclide, della Geografia in lingua Arabica, e non farebbe gran coſa, che queſti libri aveſſero fatto prendere al*

*Lunadorò un Equivoco &c.* In Pinacotheca Jani Nicii Eritrei, qui proprio nomine erat Jo: Victorius Roſſi, legitur Vita noſtri Polygloſſi Raymondi.

Jo: Baptista Sajanellus S. T. L. ex Congregatione B. Petri de Piſis clara, & erudita methodo vulgavit.

* *Hiſtorica monumenta Ordinis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis Quatuor libris digeſta Venetiis 1728. in 4. magno; apud Joſephum Corona &c.*

Agit namque in primo libro.

De Vita B. Petri, aliorumque Beatorum ſui Ordinis.

In ſecundo, de Origine Domorum ſuarum.

In tertio De Congregationis ſuæ brevi Chronologia.

In quarto de ejuſdem apud Germanos propagatione. Hæc habuimus ex dono diligentiſſimi Auctoris, cui reddo grates, & nova ab ejus virtute opera expecto.

Jo: Chrisostomus Marasca Carmelita Cœnobii S. Bartholomæi Cremonæ, ex inſignioribus Alumnis, in Sacra Theologia Magiſter doctiſſimus, & ſui Anteſignani Bacchoni cultor acerrimus; non ſine ingenti labore evulgavit.

*Doctoris Reſoluti Jo: Bacchoni Angli Carmelitæ Theologi celeberrimi, & Canoniſtæ præcipuas Quæſtiones in Tertium, & Quartum librum Sententiarum, & Quodlibetales. Ab innumeris, quibus antea ſcatebant mendis vindicatas, argumentis dilucidatas, conciliationibus, & quinque Indicibus locupletatas, & auctas. Cremonæ 1618. apud M. Ant. Belpierium in fol.*

Laudatur ab Alegre de Caſanate in Paradiſo Carmelitici Decoris pag. 481. ad annum 1618. verum annum 1582., agens idem Auctor de Chriſtophoro Maraſca, maximè dubito, ne Chriſtophorus ſit idem cum hoc Chryſoſtomo, & præcipuè referens eadem opera, ubi agit de ipſomet Jo: Chryſoſtomo.

Fuit Miniſter Provincialis in Inſubria, quievit in pace die 30. Novembris 1634. Ejuſdem, & meminit P. Daniel a V. M. in ſuo Speculo Carmel. ſub nu. 3730.

Jo: Petrus Creſcentius in Præſidio Romano lib. 3. narrat. 2. duplicando & ipſe nomen Jo: Chryſoſtomi, & Chriſtophori.

Joannes Clemens Magius Marchio Piſcaroli, & Grontardi, Camilli Marchionis, cujus in lit. C. fuit ſermo in ſuæ Nobilis Stirpis ornamentum, & decus, magnum volumen concinnavit ſic inſcriptum.

*Liber Magiſter, in quo continentur plura digna ſcitu, tam circa rei familiaris œconomiam, quam ad Familiæ notitiam, omnibus, & ſingulis Magiis benigne inſpecturis dicatus, Cremonæ anno Dom. MDCLXXXII.*

In hoc perquam egregie delineata extant tam Magiæ, quam aliarum Nob. Familiarum Conjugiis, huic Magiæ Conjunctarum Stemmata, & Adnotationes omni majori dilucidatione, cum arbore Genea-

logica

logica in initio Operis chronologice, ac elegantiſſime deſcripta.

Ex ſequenti Epiſtola noſcet Lector ingenium, & prudentiam Auctoris.

*Jo: Clemens Magius Ad omnes, & ſingulos Familiæ Magiæ Viros, benigne inſpecturos, & lecturos ſalutem.* Familiæ Magiæ cum perquiram initia, licet ex T. Livio reperiam Decium Magium Campanum Civem, & alios Agnationis Viros in primis a Romana Rep. optime meritos, & ex Vellejo Paterculo honeſtiſſimas ſuorum mentiones, & ex Commentariis Julii Cæſaris Gneum Magium Præfectum Fabrorum Pompei, & ex Cornelio Tacito Cæcilianum Magium Neronis Imperatoris Quæſtorem, quin & ex Card. Baronio, Duos hujus Familiæ Cælites, Alexand., & Angelum Martyres, ne rem gratiſs. promittam magis, quam probem, relinquam venerationi potius, quam ſtudio, ita antiquam antecedentiam probando, cum etiam reperiam plures Magios ſe poſuiſſe Cremonæ, Brixiæ, Mediolani, Novocomi, & difficilis ſit probatio verax, & legitima tot Aſcendentium, quamquam & omnes Nobilitate viguerint, quampluribus divitiis in medio tantum adducam eos, quorum ex inſtrumentis aut auctoribus publicis memoria poteſt conſtare; & ex his conficiam Familiæ Arborem, quæ a Laurentio, ſive Lorenzino Magio, incipiat aſſurgere, de anno Salutis Noſtræ 1300., uſque ad præſentia tempora me extendam, relinquam Poſteris latioris indaginis curam, cum tantum mei propoſiti ſit illa conſequi, quæ ad noſtratium Hominum memoriam poſſunt pertinere. Benigne igitur erga vos omnes, meæ obſervantiæ, & amoris pignus accipite, cum nil honeſtius, ac jocundius veſtræ Nobilitati, atque indoli oſtendere potuerim, quam Majores veſtros Illuſtriſs. Viros vice Speculi, Vos ipſos Vobis. Cremonæ die 26. Febr. 1682. ex antiquis Ædibus Veſtris S. Galli.

En Inſcriptio ab eodem Marchione compacta, quæ in marmore ſculpta inſpicitur ſuper janua dirigente ad Viridarium Domus.

*Gentis Magiæ*
*Avorum, & Atavorum Ædes*
*In Patriæ Decus*
*Familiæ, & Amicorum comodum*
*Nicolaus*
*Piſcaroli, & Grontardi Marchio*
*Ornavit, & auxit.*
*Camillus Filius*
*In elegantiorem formam redegit.*
*Joannes Clemens Nepos*
*Patri, & Avo gratus*
*Poſteritati*
*Hoc monumentum commendavit*
1700.

Jo:

Digitized by Google

Jo: Dominicus a Turre edidit

* *Il Sincero Giornaliere dell' aſſedio di Pavia, intrapreſo dall' Armi di Francia a 24. Luglio, ed abbandonato a 14. Settembre 1655. Mediolani apud Lud. Montiam 1655. in 12.*

Jo: Franciscus Bussanus Canon. Reg. Lateranenſis, Muſarum Cultor, degens Venetiis. Muſicalia Drammata compoſuit, & edidit.

1. * *Enea in Italia, nel famoſo Teatro Grimani. Venetiis 1675. per Nicolinum.*

* *Giulio Ceſare in Egitto, nel famoſo Teatro Vendramino. Venetiis 1677. per Franciſcum Nicolinum.*

* *Elena rapita da Paride, nel Teatro noviſſimo di S. Angelo. Ibidem eiſdem anno, & prælo.*

* *Antonino, e Pompejano, nel Teatro Vendramino, iiſdem pariter anno, & typis. Anno 1691. in Theatro Ariberto replicatum fuit hoc Dramma. Cremonæ.*

2 * *Anacreonte Tiranno. In eodem Theatro Vendramino 1678. eiſdem prælis.*

3. * *Ercole ſul Termodonte 1678. Ibidem ut ſupra.*

Alia permulta ſcripſit, quæ penes me non extant.

* *Diſcurſus Feudalis in Placentina Nobiliſſimorum DD. de Nicellis coram Excelſo, Ducali Conſilio Illuſtriſs. Civitatis Placentiæ, in cauſa vertente pro D. Hieronymo, & Conſortibus elaboratus, in quo quanta ſit Allodialitatis præſumptio, expenditur, ac ubi ex adverſo Feudalitas locum habeat, declaratur. Placentiæ ex typographia Jo: Antonii Ardizzoni* 1649. *in* 4.

*Allegationes Juridicæ*, quamplures ejuſdem Manariæ, leguntur ſparſim in diverſis voluminibus, ex quibus excerpſerat multas, & in unum volumen redegerat a me viſum, cui tit. ni fallor,

*Diſſertationes Forenſes.*

Quæ quidem in lucem prodiiſſent, ni acerba morte præventus ipſa-



Digitized by Google

rum Auctor fuiſſet; proſtant nimirum penes Hæredes. Item *Panegyrim pro S. Cyria V. M. Cremonenſi*, cujus meminit Breſſianus in V. R. pag. 98.

JOSEPH BIGATTUS ex Academicis Animoſis, & Inunitis in Patria, Muſarum Italicarum Cultor non infimi cenſus, Amicus meus, multa, & multa compoſuit carmina, quæ plura implerent volumina, ex typis editis habentur.

* *Il Trionfo dell' Amore. Oratorio in occaſione della Feſta di Maria Vergine Addolorata. Cremonæ per Laur. Ferrarium* 1694. *in* 4.

* *La Gelosia ſchernita. Oratorio per S. Antonio da Padova, recitato in Cremona nella ſua Solennità. Mediolani per Fratres de Camagnis* 1692. *in* 8.

* *Vienna Trionfante. In occaſione della difeſa ſoſtenuta contro l' Armi Ottomane. Ode. Cremonæ typis Laur. Ferrarii* 1683. *in* 4.

Ex ſuis mſſ. vidi unum breve poematium, cui tit.

*La ſorpreſa improvviſa fatta in Cremona dagli Alemani, la notte dell' ultimo giorno di Gennajo* 1702., in quo præ cæteris de me mentionem facit, cum ſequenti die ſui publici muneris occaſione, plures perpeſſus fuerit exagitationes, & pericula. Proinde optimum duco curioſos præmonere, ne adeo facile recipiant multa narrata circa illam invaſionem, in nonnullis hiſtoriarum libris expreſſa; in iis enim fabuloſa potius verba, quam vera legere mihi datum fuit. Excipio tamen Auctorem, qui ſcripſit Vitam Principis Eugenii, ejuſque militares progreſſus recuſam, & auctam Venetiis 1739. apud Recurtium.

In flore virilitatis denatus eſt Amicus meus, cujus ammiſſionem non ſine lacrymis ſuſtuli.

JOSEPH BRESSIANUS ex antiqua Cremonenſi Familia, cujus eximia peritia in Patriæ Hiſtoriis conſcribendis nemini eum reddit ſecundum; adeò ut meruerit ex Decreto generalis Conſilii munere publici Hiſtoriographi Cremonæ decorari. Quantus homo in ſimilibus fuerit, ſequens ejus Operum catalogus indicabit, ut jurequidem merito Patriæ Philarchæus appellari poſſit.

Ex editis enumerantur

*Le Danze Paſtorali nelle nozze delli Signori Camillo Peſce, ed Iſabella Manfredi in* 8.

* *Corona d' Uomini, e Donne Cremoneſi in Santità, Prelature, e Virtudi inſigni in* 4. *edita Cremonæ* 1625. *per Hæredes Zannios.*

* *Diario curioſo delle coſe, che ſi oſſervano in Cremona, sì nel ſpirituale, come nel temporale. Cremonæ per Belpierium* 1638. *in* 12.

* *Vita di S. Alberto Confeſſore in* 8.

* *Vita di S. Imerio Veſcovo, e Protettore di Cremona in* 8.

* *Le generoſe Azioni di Zanino dalla Balla Cremoneſe. Cremonæ* 1647. *Ibidem per Paulum Pueronum* 1666. *in* 12.

* *La Vita del B. Giovanni Sordi, Veſcovo di Vicenza Cremoneſe. Mediolani* 1649. *per Malateſtas in* 12.

* *Le*

Digitized by Google

* *Le Turbolenze della Patria degli anni 1647. 1648. dall'Eſercito de Franceſi, Piemonteſi, e Modoneſi, uniti a danni d'eſſa. Cremonæ per Jo: Petrum de Zannis 1650. in 4.*

* *Il Collegio de Dottori, Conti, e Cavalieri della Patria Ibidem 1652. in 4.*

* *Le Roſe, e Viole de' Prelati di S. Chieſa Cremoneſi inſigni. Ibid. 1652. in 4.*

* *La Vita di S. Baſſiano Veſcovo, e Martire Cremoneſe in 8.*

Ex manuſcriptis

*Iſtoria della Fedeliſſima Città di Cremona dalla di lei Fondazione per tutto l'anno 1500. Tom. 1. in folio di pagine 511.*

*Iſtoria della medeſima, che contiene dall'anno 1501. per tutto l'anno 1665. in folio di pag. 682.*

*Regiſtro delle memorie Secolari di Cremona, eſtratte da cento, e trentatrè Autori, che anno nelle loro Opere fatta menzione della medeſima, e che giuſtificano l'Iſtoria di detta Città, in folio pag. 549.*

*Iſtoria Eccleſiaſtica di Cremona diviſa in 2. tomi, il primo contiene le vite di 105. Veſcovi di detta Città, il ſecondo la edificazione delle Chieſe sì antiche, come moderne, con ſuoi juſpatronati, pitture inſigni, ed abellimenti nelle feſte principali.*

*Fiori celeſti diviſi in due parti, che contengono Santi, Beati, e Religioſi di Santa Vita, prima parte. Sante, Beate, e Religioſe di Santità di Vita, ſeconda parte. Vite de Santi Veſcovi di Cremona, dove ſono li loro Santi Corpi, e Reliquie di preſente.*

*Vita di S. Omobono Cittadino Cremoneſe, con l'Impreſe alle ſue Sante Azioni aggiuſtate.*

*Vita di S. Euſebio Abate Cremoneſe.*

*Vita di S. Emmanuele Veſcovo di Cremona, Monaco Ciſtercienſe.*

*Vita del Beato Faccio Confeſſore.*

*Vita della Beata Eliſabetta Picenarda dell'Ordine della B. V. de Servi Cremoneſe.*

*Vita di Fra Buono Eremita Iſtitutore delle 40. Ore in Milano.*

*Vita di Fra Samuello Carmelitano Scalzo Cremoneſe.*

*Vita di Suor Eufroſina Stanga Monaca in S. Agata di Como.*

*Vita della Madre Suor Angela Seraſina Monaca del Corpus Domini.*

*Vita di Gregorio Papa XIV. vero, e real Cremoneſe.*

*Vita di Gio: Franceſco Bonuomo Veſcovo di Vercelli, Nunzio Appoſtolico.*

*Immagini Miracoloſe nelle Chieſe della Città di Cremona.*

*Guida Spirituale alle Chieſe della Città per tutti li giorni dell'anno.*

*Origine degli Oſpitali, e Confraternite de diſciplini della Città.*

*Azioni eſercitate in Cremona da Frà Bartolomeo da Salutbio l'anno 1602.*

*Benedizione della Città, e ſua Provincia ſeguita l'anno 1651.*

*Divozioni ſeguite gli anni 1647. & 48. mentre durò l'aſſedio della Città.*

*Iſtoria della Città di Cremona ſecolare dall'origine di eſſa, ſino per tutto l'anno 1665.*



Digitized by Google

*Collegio de' Reverendiſſimi Canonici, e Prelati della Chieſa Cattedrale della Città.*

*Collegio de' Fiſici, Conti, e Cavalieri della Città.*

*Apparati ſolenni in occaſione dell' Incoronazione della B. V. M., di Canonizazione de Santi, ed Altri.*

*Apparati trionfali nell' ingreſſo della Città della Sereniſſima Donna Margaritta d' Auſtria Regina di Spagna, e di quattro Veſcovi nella Città.*

*Allegrezze fatte per la Promozione degli Eminentiſſimi Cardinali Campori, Scaglia, Vidoni, Razzio, e Vidon Nipote.*

*Cremona Politica de' Secolari di diverſe dignità, ottenute fuori della Patria.*

*Cremona Guerriera di 2364. inſigni nell' arte militare dalla Naſcita del Salvatore, ſino al preſente.*

*Virtù Ravvivata compartita in 4. parti; la prima contiene tutti li Religioſi, che nelle Religioni loro hanno ottenute Dignità, la ſeconda tutti li Religioſi, che hanno ſcritto, e dato Opere alla ſtampa, la terza tutti li Secolari, che hanno ſcritto, e dato alla ſtampa, e la quarta tutti li Pittori, Ingegneri, Architetti, e Scultori inſigni Cremoneſi.*

*Una raccolta d' Inſcrizioni, ed Epitafi sì antichi, come moderni, ch' erano in Città, e vi ſono ancora con altri de Cremoneſi ſparſi in altre Città.*

*Italia deſolata dalla peſte, guerra, ed altri malori dagli anni di Criſto per tutto l' anno 1660.*

*Libro delle Famiglie Nobili della Città sì antiche, come moderne, con molti Alberi d' eſſe Famiglie.* Cui libro in Patria fides indiſtincte præſtatur.

*Raccolta de diverſi Funerali ſolenni celebrati in Città dall' anno 1600. ſino al preſente, con ſuoi Elogj, Impreſe, Emblemi, ed Anagrammi.*

*Iſtoria di Pizzighitone, Caſtello inſigne della Dioceſi di Cremona.*

*Riſpoſta alla Stampa delle coſe più inſigni di Caſal Maggiore, dove con atteſtazioni d' Autori Iſtorici, ſi prova tutto il contrario del contenuto d' eſſa.*

*Origine di cento, e più Ville della Provincia Cremoneſe, parte delle quali furono da Romani edificate, e come di preſente ſono nominate, con ſuo perticato a ciaſcun d' eſſe, ed a chi infeudate al preſente.*

Ex ſuis poeticis ſtudiis in mſſ. habentur

*Le bellezze d' Eleonora.* Carmina ſane prælo digna.

*Il Rè Narguntino. Le disfide amoroſe Tragedie*, quarum meminit Leo Allacius in Drammaturgia. In Diplomate ſuæ Electionis in Chronographum Patriæ diei 14. Auguſti 1647 laudatur tanquam diligens antiquitatum hujus Urbis indagator, & in alio diei 19. Auguſti 1652. exactiſſimus antiquitatum perſcrutator, qui aſſidue ad illuſtrandam Patriam invigilat. Obiit die 15. Martii anno 1670., ſepultus in Æde Divi Lucæ, culta per PP. Min. Obſerv. in tumulo per Franciſcum ejus Patrem constructo, relicto antiquo in Eccleſia S. Leonardi ejuſdem Familiæ de anno

1279.

Digitized by Google

1279. ut legitur in Inſcriptione, quam recenſeo in Tomo II. ubi de Sebaſtiano Breſſiano pag. 367. modo novum aliud ædificatum fuit a Franciſco laudati Joſephi Filio in Æde S. Hilarii prope Altare Familiæ Sacræ, ut vidimus.

Pro coronide honoris noſtro inſigni Cronographo debita, non erit incongruum hìc apponere Elogium eidem inſcriptum a Hyacintho Ferro, de quo ſcripſimus impreſſum inter alios multos diverſorum Auctorum in libro ejuſdem Breſſiani, cui tit. *Corona d'Uomini, e Donne Cremoneſi inſigni*, ut ſupra.

*Joſepho Breſſiano*
*Cremonenſi Civi, Encomiaſtico Geographo*
*In aliis congeſtis encomiis conſpicuo*
*Suiſmet celeberrimo,*
*Qui*
*Dum alios ad immortalem vitam vindicavit,*
*Se ipſum immortalitati commendavit,*
*Se ipſum efferens, cum alios extulit*
*Illuſtres Patriæ Mundo edidit*
*Illuſtris non minus ipſe,*
*Et dignus ut inter Illuſtres recenſeatur.*
*Huic*
*Heroum contexta CORONA Præclaro*
*Pro Concivibus ad Immortalitatem revocatis,*
*Gratias referens, quam maximas*
*Hyacinthus Ferrus*
*Amico, & Concivi optimo*
*De Patria Benemerenti*
*Elogium dixit.*

Joseph Carafinus Feudi Levatæ Dominus, Lazari Novocomenſis Epiſcopi Nepos digniſſimus, adoleſcentiæ annis Romæ in Collegio Clementino peractis, morum ſuavitate, ingenii excellentia præ cæteris, indicans Patriæ ſuæ decus, & ornamentum ſe evaſurum; reverſus nempe ad patrios lares cum eſſet pro viribus latinæ, italicæque poeſi deditiſſimus, & nihil ei deeſſe circa Oratoriam artem, ac Philoſophiæ, & Philologiæ ſtudia anno 1690. Animoſorum Academiæ primus Aſſeſſor eligitur, ſub Principatu Marchionis Petri Franciſci Trecchi, anno verò ſequenti 1691. omnium Academicorum ſuffragiis Princeps de more præficitur, quo quidem anno adverſa valetudine preſſus, florenti adhuc ætate inproles occubuit, poſtremum ſuæ familiæ germen; relictis poſt ſe pluribus fœliciſſimæ ſuæ mentis literariis monumentis apud hæredes. Acerbiſſimum præ cæteris in ejus immaturo obitu mærorem concepi, cum me ſummopere diligeret.

In

In II. Tomo meæ Crem. Lit. eum laudavi pag. 97. & 260.

Joseph Carnevalinus J. C. inter Cremonenſis Coloniæ Arcadum Inſtitutores *Terſius Filolajus* appellatus. Erudite in noſtris ſeſſionibus pluries diſceptavit, ſumptis etiam difficillimis argumentis. In italicis carminibus mira, & amœna facilitate ſe explicat. Propterea devenit eleganter ad ſequentem paraphraſim ſane approbatam a doctiſſimo P. S. T. M. Thoma Auguſtino Ricchini Ord. Pręd. & a me non abſque laude perſpectam, cui tit.

*Traduzione in verſi Italiani delli quattro libri dell' Elegìe di Seſto Aurelio Properzio.*

In permultis Poeticis Miſcellaneis tum Laurearum, Nuptiarum, Funerum, cum Monialium, ac ſimilium (quę ſunt Muſarum tormenta) leguntur ſua carmina variis metris exarata.

Nec ſua Juriſprudentia remanet otioſa, cum pluries ediderit, & edat Scripturas Legales.

Joseph Cataneus Marchio, Academiæ Animoſorum Princeps in Patria anno 1691. prædefuncto, paulo ante laudato Joſepho Caraſino. Ex ſuis carminibus leguntur per Laur. Ferrarium anno 1691.

* *La lite de' Fiori deciſa dall' Innocenza a favore del Giglio. Oratorio per la Feſta di S. Antonio da Padova.*

Quamvis ſine nomine Auctoris; ſed mihi notum erat ante ejus impreſſionem fuiſſe opus memorati Marchionis cujus mentionem habui in Tomo II. Crem. Liter. ubi de Animoſorum Academia pag. 260. Ab anno præcitato aduſque Animoſorum Muſæ ſunt exanimes, nec eidem adſcripti vivunt, quam Julius Cæſar Porrus J. C. & Adv., de quo infra nuncupatus *il Pronto*, & Auctor dictus *l' Immutabile*.

Joseph Daganus natus in Oppido Piceleonis Cremonenſis Sacerdos S. T. D. poſtmodum in Urbe Placentiæ, Eccleſiæ S. Pauli Rector, Vir comitate, pietate, eruditione, & eloquio; ac eruditione ſingularis, mihi tempore juventutis meæ valde cognitus, ſcripſit, recitavit, & edidit

*Orationem, ſive Encomium in laudem Petri Mariæ Campi Canonici Placentini, qui ſcripſit in tribus tomis Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſuæ Patriæ; Ibi Daganus ſe vocat Academicum Spiritoſum; Item*

*Orationem in Funere Sereniſſimæ Iſabellæ Eſtenſis Plac., & Parmæ Duciſſæ, quam habuit in dicta Eccleſia, occaſione Academicæ Unionis in laudem prælibatæ Celſitudinis.*

Vir Sapientiſſimus noſter Daganus vocatur a P. D. Iſidoro Moratino Mon. Caſſinenſi in ſuis Muſarum miſcellaneis. Plac. cuſis per Jo: Bazachium 1667., ubi pag. 600. nobili Epigrammate laudatur.

Multa ex ejus operibus literariis habebat prælis tradenda, ut ipſe mihi

mihi aſſeruit, cum juvenis eſſem, & reperirer in Civitate Placentię, eumque acceſſiſſem inviſendi gratia. Quid de illis evenerit, deſideratur!

Joseph Ferrarius die 17. Maii 1620. profeſſus Cremonæ inter Cler. Reg. Theat., Vir integritate Vitæ, amore in proximos, in Deiparam devotione, ac evangelicis doctrinis perſpicuus. Anno 1638. Præpoſitus in Patriis Ædibus. Ut plurimum vero in illis S. Antonii Abbatis Mediolani vixit, ejuſque Eccleſiam, & Sacellum B. V. a ſuffragiis Defunctorum erectum ſacra ſupellectile, picturis, & auro exornavit. Ibi pariter die 18. Decembris 1682., non abſque Sanctimoniæ fama octogenarius quievit in Deo. Inter Viros ſuæ Religionis illuſtriores ſub ejus depicta Icone in eadem Domo Mediolanenſi legitur hoc elogium.

*P. D. Joſeph Ferrarius Cremonenſis Cler. Reg. qui ſeveriorem Inſtituti ſui rationem ad extremum uſque Spiritum octogenarius cuſtodivit, pietate in Deum, in B. M. V., in pauperes celebris, obiit Mediolani XV. Kal. Januarii 1682.*

Laudatur a P. Silos Hiſt. lib. 3. pag. 75. quò Lectorem remitto, ibi enim plures ejuſdem P. Ferrarii labores non ſine admiratione, & præſertim Friderici Card. Borromei, tunc Archiepiſcopi vigilantiſſimi, leget de his, quæ anno 1630. in Mediolanenſi contagio peregit.

In Bibliotheca S. Abundii Cremonæ, quamplura ex ejus operibus manuſcripta ſervantur.

*Sylva Conceptuum Spiritualium Sententiarum SS. PP. &c. pro Concionibus in fol.*

*Lezionario ſopra l' obbligo, ſoavità, e maniera intorno all' amare Iddio, in 4.*

*Lezionario ſopra l' Orazione Dominicale, ed intorno alla neceſſità, alla forza, ed alla maniera dell' Orazione in 4.*

*Sermoni diverſi in lode del Santiſſimo Sacramento, e ſopra i Dolori della Beatiſſima Vergine in 4.*

*Sermoni ſopra la Paſſione del noſtro amabiliſſimo Redentore in 4.*

*Lezionario intorno le grandezze, prerogative, e qualità amabili della B. V. in 4.*

*Diſcorſi ſopra tutte le Feſte della B. V. in 4.*

*De Litaniis Sanctiſſimæ V. M. utilitates in 4.*

*Conſiderazioni ſopra le parole del Vangelo Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo &c. in 4.*

*Prediche dalla Domenica della Riſurrezione fino all' Avvento in 4.*

*Prediche dall' Avvento fino alla Quareſima in 4.*

*Lezioni nelle Domeniche ſopra la vera, e Criſtiana Economia domeſtica tomi 2. in 4.*

*Diſcorſi ſopra gli aſſalti, che dà il Demonio nel fine della Vita, e delle vanità del Mondo in 4.*

*Prediche della felicità del Paradiſo, e de' Santi in 4.*

*Diſcorſi*

*Diſcorſi ſopra le Anime del Purgatorio in 4.*

*Panegirici in lode di diverſi Santi in 4.*

*Eſercizj Spirituali, e Meditazioni in 8.*

*Conſiderazioni per la Novena del S. Natale di Gesù Criſto, ed eceſſi del di lui Amore in 4.*

Anno 1646. typis Bergomenſibus in 4. edidit

*Regole per gli Aſſiſtenti a S. Maria del Suffragio di S. Antonio di Milano, ſuppreſſo nomine.*

De eo late P. D. A. M. de Raymondis in ſuis Regeſtis &c.

JOSEPH GOBOLUS ex Oppido Vitellianæ, Diœceſis Cremonæ, poſt ſe multa carmina italicè conſcripta reliquit, quæ in quatuor tomis diſtincta in 12. edita fuere per Canonicum Jo: Franciſcum Gobolum ejus Filium hiſce titulis

* *Poeſie Liriche, Ode, e Sonetti. Mantuæ in typographia S. Benedicti per Albertum Pazzonum* 1712.

* *Ritratti d'Uomini, e Donne illuſtri, diſtribuiti in due centurie di Sonetti iiſdem typis.*

* *Elogj Sacri, e Lodi Spirituali ſopra tutte le Feſte Particolari dell' Anno. Vaſtallæ per Gaetanum Giavazzum* 1712.

JOSEPH DE GUARNERIIS Soc. Jeſu, Uxoris meæ dilectiſſimæ Frater, antequam ſacras tanti Inſtituti fores ingrederetur anno 1682. penes me depoſuit

*Carminum italico metro conſcriptorum volumen*; quod inter librorum meorum pluteos peculiariter aſſervo; ibi leguntur Beatiſſimæ Virginis laudes, & Sanctorum, nec non aliquando morales cogitationes; delectabatur etiam latinis muſis ſummopere. In hujus Patriæ Collegii Scholis omnibus, tam minoribus, quam majoribus Præceptoris dignitate perfunctus eſt. Novocomi diu vixit, eidem Urbi admodum perſpectus. Magnus Dei præco evaſiſſet, ſi pectoris languor, quo aſſidue vexabatur, Ei vires, maxime ſacro Oratori opportunas non eripuiſſet. De ejus vita, pœnitentiis inimitabilibus expleta anno 1723. multa ſcribenda eſſent; verum me refero ad acta Cremonenſis Collegii, ubi quinquagenarius ad Superos evolavit.

In meis carminibus italicis, & latinis typis excuſis eum laudavi.

JOSEPH LUCIANUS Geometra, & Architectus inſignis a Carolo Ferdinando II. Gonzaga Mantuæ Duce, Mantuam vocatus Præfectus Urbi, & toti Ditioni ſuæ, in eo, quod attinet ad militaria, eligitur, circa annum 1685., non modico ſtipendio, quod recepit, quoad vixit. Mantuæ enim fatis ceſſit. Scripſit amplum volumen italicè.

*Architettura Civile, e Militare di nuova invenzione, con diſegni di Chieſe, Torri, Palazzi, Fortezze, Giardini, Fontane, con varie regole, per addottrinamento di chi voleſſe mettere in pratica tali diſegni.*

Alia multa opera poſt ſe reliquit, quorum ab eo catalogum habui, tunc

Digitized by Google

tunc in quarto Tomo meæ Cremonæ Lit. recenſita, modo verò ab incendio ſæpe memorato, deperdito.

Utinam non diſperdantur Archetypi Mantuæ, ſeu alibi ſervati.

Ejuſdem meminit Don Deſiderius Ariſius Monachus Hieron. Frater meus in ſuo de Pict., & Archit. Cremon. lib. p. 2.

JOSEPH MALUMBRA non tam Muſis italicis, & latinis addictus, quam univerſali eruditione præditus, & præcipuè Mathematicis diſciplinis apprime inſtructus; vulgavit.

* *Degli Amori di Amaranta parte prima Rime &c. Venetiis* 1618. *apud Rubertum Mejettum in* 12. in fronte Operis ejus Effigies apparet hiſce notis. Joſeph. Malumbra Nob. Cremon.

* *Pratica univerſale faciliſſima, e breve di miſurare con la Viſta p. p. dove s'inſegna il modo di miſurare qualſivoglia lunghezza, larghezza, altezza, e profundità ſeparatamente, ed unitamente per ſtravagante, e lontana, che ſia in una ſola operazione, cioè non ſi partendo dal luogo. Florentiæ anno* 1630.

In ſecunda vero Parte.

*Della Pratica univerſale di miſurare con la Viſta, dove ſi tratta del miſurare, e porre in diſegno Regioni, e Provincie intere con le reali diſtanze, ſecondo il ſito dell' Cielo dell' operatore agli Oggetti, e tra gli Oggetti ſteſſi, levar Piante, ed Alzati di Città, e Fortezze, ed Angoli, Declinazioni, e Scarpe di muraglie, ed in una ſola operazione.* Liber variis figuris ad inſtructionem ornatur, & perquam egregie excuſus eſt, ac dicatus Sereniſſimo Ferdinando Secundo Magno Etruriæ Duci, ac ibi Auctor ſe nobilem Cremonenſem inſcribit.

In Epiſtola, quam operi ſuo præmittit, Bartholomæo Malumbræ ejus Fratri directa, permulta enarrat de Familia Malumbra Cremonenſi, ex qua Ricardus ille, quem dignè laudamus in primo Tomo noſtræ Cremonæ Literatæ, ut de aliis ſileamus. Ex eadem epiſtola habemus noſtrum Joſephum ſcripſiſſe,

*Orationes latinas*

*Panegyrim* carminibus exametris mille, & ſexcentum concinnatum, in qua Venetum ſe appellat, cum Venetiis floreret ejus Familia, quam ubique Cremonenſem eſſe gloriatur.

In fine ejuſdem epiſtolæ legitur,

*Mi preparo dar fuora l'altre trè parti di queſt' Opera &c.*

*L'eſplicazioni, e queſtioni ſopra i punti del Dottorato in Filoſofia, de' Collegi di Padova, e Venezia.*

*L'Amaranta, overo de Theologia peripatetica.*

*Le Addizioni, e Diſcorſi ſopra i Proginnaſmi d'Aphtonio per potere in qualſivoglia materia, e genere orare all' improvviſo.*

*Le Tavole de' moti de ſecondi Mobili giuſta la facilità, e regole di Maeſtro Abramo Tacuto ridotte a i calcoli di Tichone &c.*

Nec ibi ſunt omittenda, quæ in alia epiſtola ab Alexandro Machiavello Eq. Florentino Malumbræ ſcripta in ejus virtutis teſtimonium, experimenta.

*Tu*

Digitized by Google

*Tu enim Pierio amore incenſus Muſas tum Grajas, tum Auſonias, tum quoque etruſcas, ſumma apud omnes delectatione familiariter colis. In ſcrinio tuæ mentis Hiſtoriarum beneficio, omnium notionum geſta, atque tempora, cunctorum admiratione, feliciter ſunt repoſita &c. Philoſophiæ intellectualis arcana, æque ac moralis documenta, præcipue quæ parti Politicæ ſubjicitur, peculiari modo tunc explorata. In mathematicis diſciplinis omnibus, ac præſertim in præceptis bellicis, quæ ad propugnanda, ſeu expugnanda loca aptiſſima ſunt, incredibili Magnatum utilitati, feliciſſimi es ingenii &c.*

JOSEPH AURELIUS DE NIGRIS Jo: Baptiſtæ memorati Filius, Avunculus meus amantiſs., ſuſcepta Legali Laurea in Univerſitate Parmenſi anno 1673., deinde Romam profectus, ubi non parum verſatus eſt (ſtudiis Philologicis, & Poeticis clarus) apud aliquos Præſules, ac Purpuratos præcipuè vero S. R. E. Card. Petrum Vidonum, cujus auſpiciis Patriæ redditus ad inſignem Collegiatam Archipresbyteralem Eccleſiam, præclari Familiæ ſuæ Feudi S. Joannis in Cruce nuncupati, promotus fuit, ubi ad plures annos vixit. Verum in ejus ſenio quietem ſibi conciliavit, remigrando ad paternas ædes in Urbe, ubi hujus Cathedralis Eccleſiæ Canonicus Prior renunciatur, & Sancti Officii Conſultor eligitur, eruditis Voluminibus ſemper addictus, etſi ætate gravis, pro ut eſſet, dicerem, Adoleſcens, quando in efflorente Inunitorum Patriæ Academia Principem locum, primus inter Adſcriptos obtinuit, erat & ex Academicis Concordibus Ravennæ, ut ex eorum Catalogo. Obiit meritis plenus, & Familiæ ſuæ ultimum germen die 7. Januarii, hora 18. me præſente 1727., meque ipſius benigniſſimè inſcripto hærede. Ingenii ſui monimenta reliquit mſſ.

* *Teatro Iſtorico de' Signori, e Duchi di Milano, Viſconti, Sforza, ed Auſtriaci.*

* *Preliminare all' Iſtoria de' Veſcovi di Cremona, in quo diſerte loquitur de Eccleſiis, Urbis Cremonæ, ac ejuſdem Diæceſis, & a quibus poſſidentur.*

* *Iſtoria de' Veſcovi di Cremona, quæ Deo dante typis tradetur, & magnum complebit Volumen,* opus adhuc intactum ſaltem ea diligentia eruditione, ac veritate, quo ſcriptum eſt. Hæc duo Volumina prodigioſe ſervata fuere ab incendio, quod ſæpiſſime, ſed nunquam ſatis commemoro, cum eſſent repoſita in mea Bibliotheca inferiori. Extant pariter penes me ejus Carmina italica, & Fragmentaria multa Martyrologii Cremon. Eccleſiæ, ac Familiarum illuſtrium, multaque alia præſertim verò Nomenclatura, cum additionibus Archipresbyterorum Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ. Eidem ego dicavi meorum juvenilium Epigrammatum libros duos editos Cremonæ 1707. ex typographia Bartholomæi Cariſſimi, cujus Epiſtolam dedicatoriam, talem, ut ea fuit illo tempore excuſa, ſubmitto.

JOSE-

Digitized by Google

*JOSEPHO AURELIO DE NIGRIS*
*Avunculo amantiſſimo V. C.*

## Franciſcus Ariſius S. P. D.

P*Athetici amoris notam, nollem, aliquamplures Vitiligatores inurerent mihi, ſi huic Carminum inficeto libello tutelam ex Te, animo, & ſanguine conjunctiſſimus ſuſcipere decrevi. Vidimus aliquando [ut plebs ait] Magnates adeò infrunitos, & amuſos, pumilionum, nebulonumque obtutus ſolummodò in plauſus allicientes, ut de illis ſcripſerit Perſius Sat.* 3. Ad populum phaleras. Ego te intus, & in cute novi. *Nos ſemper odimus hujuſcemodi Homuncionum ſphalmata, qui muſas tam inepte, & inſulſe detrectant, ut Philologos, & generis, ac ingenii claritate perſpicuos, amœniſſima ſtudia excolentes, inter Cerdonum teſtivilicia ſinant, & compellant. Odimus hoſcè hyomuſiarum, non lyceorum nequinantes Myſtas, Animalia ventris, oſcitantia potius quam loquentia, Ques nullos reputantes niſi aut Comeſſatores, Erigaſtores ſint, aut technarum ſartores inſidiſſimi, aut obſtipi tetarrimâ, ſibique ſimillimâ pice coinquinati, ut affabre hæic dici neceſſum ſit ex Prov.* 25. Acetum in nithro, qui cantat carmina cordi peſſimo. *Nil igitur mirum, ſi ad te, Avuncule Amantiſſime, noſtra, quantulacumque ſint, pedeſtria carmina accedant, ſi tuam humanitatem exambiant, tuumque expetant patrocinium, ſi extra Domus noſtræ [ut ita dicam] liminaria perambulare non curent. Hic profectò a laudibus Tibi repetendis mihi temperabo, ne iis noſtræ Affinitatis colligatio decus deintegrare potius, quam adjicere videatur. Silebimus plauſus Tibi adhuc Adoleſcenti, Parmenſi in celebri Univerſitate oblatos, quum emenſis ibi diſciplinis legalibus, Laureæ in utroque Jure ſtadium attigiſti. Quos deinceps Romæ, ubi non parum verſatus es, ſtudiis etiam Poeticis, & Philologicis, delectabilibus Juriſprudentiæ conſociis, apud aliquos Purpuratos, & Præſules nomini tuo gloriam conciliaſti. Subticebimus, Te in efflorente Inanitorum Patriæ Academia Principem locum decoraſſe, Teque inter alios hujuſce numeri cœtus adſcriptum. At piaculum ſane, ſilentio præterire Te S. R. E. Card. Petri Vidoni auſpiciis ad inſignem Archipresbyteralem Eccleſiam præclariſſimi Familiæ ſuæ Feudi S. Joannis in Cruce promotum fuiſſe, cujus majus Templum in Diœceſi Cremonenſi inter magnificentiora, non ſecundam occupat Sedem, præſertim verò Tuæ Pietatis ſolertia, Tui Amoris fervore, Tuæque liberalitatis ære, Sacra Supellectile, Organis Symphoniacis, Ære Nolano, Pronao, Aris inauratis, perpictis tabulis, pretioſiſque marmoribus, ac periſtromatis ditatum, exornatum, & ſartatectum. Taceremus vel libenter, quæ inter graviores occupationes ſucciſſivis horis conſcribis opera, ſi Patria noſtra, quin etiam Literatorum Reſpublica hæc apertiſſimè non exoptaret. Martyrologium Cremon. Eccleſiæ, Tabula dyptica noſtrorum Antiſtitum, notis eruditiſſimis aucta, Nobilium Familiarum Chronologiæ, Hiſtoriarum monimenta, Carmina,*

*orationes,*

*Orationes, Epiſtolæ, Apparatus Geographici, Tui facundiſſimi ingenii elucubrationes taciturnitatem noſtram haud objurgarent. Ceterum quid dicam [parcat Tui vultus modeſtiſſimus rubor] de Tua prudentia, comitate, ac edilogia in gerendis negotiis, niſi veram, re, & nomine imaginem præſeferre Joſephi Propatrui Tui in Alma Urbe Præſulis, nonnihil notiſſimi, cujus doctrinam teſtantur, qui circumferuntur, libri, ab eo elegantiſſimè abſoluti. Quid tandem ne multus ſiam, ac epiſtolæ modum tranſiliam, niſi quod propenſa, & benigna, qua meas exilpis tenuitates, voluntate, conſtanter, me, meoſque Filiolos diligas. Vale. Cremonæ Kal. Novembris MDCCVI.*

Hujus Avunculi mei imago apprimè depicta, inter alias meorum Affinium penes me peculiariter ſervatur. Solemnioribus exequiis humatur in Reverendiſſimorum Canonicorum Tumulo Cathedralis Eccleſiæ, relicto Avito in Templo Divi Laurentii a Ven. Monachis Olivetanis exculto, ne inſurgerent controverſiæ &c.

Quantum eſſent cordi Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini noſtri Epiſcopi Alexandri Littæ virtus, & ſagacitas Avunculi mei dilectiſſimi, dilucet ex Catalogo condito, & typis edito, ejuſdem Præſulis Decreto anno 1719., occaſione ſuarum Synodi, & Viſitationis Paſtoralis. Nomen quippe Joſephi Aurelii de Nigris legitur inter Viſitatores Generales, inter Paræciarum Præfectos, inter Electos in Congregationibus ſuper Cleri diſciplina, item circa Cauſſas, & Legata Pia, nec non ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, ſuper Ritus, & Cæremonias Eccleſiaſticas, ex Reviſoribus Indulgentiarum, ac Sacrarum Reliquiarum, & denique ex Præfectis Epiſcopalis Archivi.

Cum Domum ipſe juris propriis inhabitaret in hujus Patriæ Vicinia S. Donati, quæ antiquius erat Nobilium de Zaccariis, & ubi natus, & mortuus erat Ven. Vir Antonius Maria ejuſdem Familiæ, Primus ex Inſtitutoribus Cleric. Regularium S. Pauli, vulgo Barnabitarum, de quo late ſcripſimus in II. Tomo Cremonæ Literatæ pag. 86. & ſeq., in tanti Viri venerationem hanc in atrio ejuſdem Domus inſcriptionem exponendam marmoreo lapidi exſculpendam paraverat.

*In hac Domo*
*Anno MD. natus eſt,*
*Et Spiritum Deo reddidit*
*Anno MDXXXIX.*
*Ven. Antonius Maria*
*Clericorum Reg. S. Pauli, & Virginum*
*Angelicarum Fundator*
*Filius Lazari Zaccariæ, & Antoniæ*
*De Piſcarolis*
*Nobilium Cremonenſium*

Ad

*Ad cujus memoriam*
*Joſeph Aurelius de Nigris Poſſeſſor*
*Ejuſdem Domus*
*Anno* MDCCVII. *H. P. M.*

JOSEPH PARAVICINUS Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ in Patria Præpoſitus, Abbas S. Marci, ex Fundatoribus Arcadum Coloniæ Cremonenſis, Diſertiſſimus Concionator, Romæ enim in Templo S. Laurentii in Damaſo, Venetiis bis, non ſemel Mediolani, Mantuæ, Placentiæ, & Cremonæ in Cathedrali Quadrageſimæ tempore anni 1725., Papiæ, Faventiæ itidem, Aſtæ, & Januæ 1738. oravit ingenti ſemper Auditorum plauſu.

Ex dignis ejus Orationibus habetur

* *Panegirico in onore del B. Vincenzo de Paoli Fondatore della Congregazione della Miſſione, detto in occaſione, che da RR. Preti della Congregazione della Miſſione di Pavia ſolennizzavaſi la Beatificazione del detto loro Fondatore. Papiæ* 1730. *in* 4. *typis Jo: Benedicti Revedini.*

In ejus laudem prodiere Cremonæ, per Petrum Ricchini, anno 1725. in 4. *Rime in applauſo del Sig. Abate D. Giuſeppe Paravicino P. A. Inſigne Predicatore nella Cattedrale di Cremona ſua Patria, l'anno* 1725. quæ quidem carmina, omnia ſunt ex penu Arcadum Cremonenſium.

JOSEPH SACCHUS Sacerdos, modo Præpoſitus Eccleſiæ S. Clementis Gonzaghæ, typis tradidit

* *L'Anima tutto Spirito nel ſervire il ſuo Dio, e la Gran Reina de' Cieli, libro diſtribuito in cinque parti. Brixiæ* 1705. *per Jacobum Turlinum in* 12.

Ejuſdem mentionem feci in Epiſtola ad Lectorem, præmiſſa iis, quæ ſcripſi, ac prælo dedi de piiſſimo Sacerdote Hieronymo Balladorio, anno 1738.

JOSEPH SFONDRATUS, in ſæculo FERDINANDUS J. C. Coll. Comes, & Eques, Patriæ Decurio, ac S. Officii ex Conſultoribus, mortua Uxore inter Cler. Reg. Theat. maxima ejus animi hilaritate recipitur, oblitus etiam Filiorum, ut Omnipotenti Patri ſe totum ſacraret, die 18. Martii 1618., ſolemniter profeſſus eſt in Æde S. Abundii Cremonæ, & ibi perfectioni evangelicæ incumbens Sacrum celebravit, multaque pia opera quotidie exercendo, morbo contagioſo correptus die 11. Julii 1630. ad Superos evolavit, ſepultus in Eccleſia Divi Antonii Abbatis, ob venerationem tot meritis ſibi adeptam, extra commune aliorum PP. ſepulcrum. Extat in Bibliotheca S. Abundii ejus mſſ. liber cui tit.

*Stimolo a ſeguire Gesù con la ſua Croce in ſpalla, e di ſervirſi de' travaglj in proprio vantaggio &c.*



Digitized by Google

Dum noſter Ferdinandus eſſet ex Fabricæ Cathedralis Præfectis in altiori Turris majoris, vulgo Torratii, faſtigio interiori legitur in marmore ſequens inſcriptio.

*Quod in hac Turri ſummum omnium, ac maximè ad Religionem aptum ornamentum tot annis deſideratum eſt, ſacroſanctum, inquam, Redemptionis noſtræ Signum, illud tandem in ſummo ipſius apice ſolemni ſacro ritu excitandum curarunt Fabr. Præfecti, Ferdinandus Sfondratus J. U. D. Comes, & Eques, Franciſcus Piſcius, Jacobus Summus, Evangeliſta de Juliis de Cambio, Carolus Mainardus, & Paulus Madius anno MDCIII.*

Anno prædicto 1630., ex ſæviſſima contagione obiere decem Cler. Reg. Theat. in Domo S. Abundii, inter quos intrepide in aſſiſtendo infectis numerantur PP. D. Joannes Ludovicus de Zaccariis, & D. Alexander Sucius ambo Cremonenſes.

Legendus eſt P. Silos in Hiſt. par. 3. lib. 3. pag. 177.

Joseph Tornettus Sacerdos, Præpoſitus Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai Cremonæ, in primis Grammaticæ rudimentis meus Præceptor, pio calamo ſcripſit.

*Varie Divozioni a Gesù Sacramentato, e Addolorato, alla Santiſſima Vergine ſuà Madre. Cremonæ 1691. per Laur. Ferrarium in 16.*

* *Breve Relazione delle Virtù, e Morte del P. Antonio Ripari della Comp. di Gesù, ucciſo dagl' Idolatri nel Ciaco, in odio della Santa Fede, e cavata da quello fu ſcritto in lingua Spagnuola nella Provincia del Paraguaî, dove ſparſe il ſangue, e da altre memorie autentiche. Brixiæ 1711. per Jo. Mariam Rizzardum in 12.* In hoc opuſculo mihi dono dato ab Auctore, tres epiſtolæ leguntur hujus Chriſti Martyris Cremonenſis, ac Patriæ noſtræ Seminarii Alumni, in quibus multa de Regionibus Indiarum, ac præcipue de Barbaris Idololatris leguntur.

Obiit Auctor anno 1726. fermè per decennium in lecto decumbans, ætatis annorum nonaginta, & ultra.

Prodierunt alia ejuſdem Tornetti opuſcula.

* *Breve Manifeſto del gran frutto, che ſi cava dalla divozione del glorioſo S. Giuſeppe &c. con altre Meditazioni per la Vita Purgativa, Illuminativa, ed Unitiva &c. Cremonæ 1716. typis Petri Ricchini in 12.*

* *Settenario di pratiche affettuoſe ſopra la Paſſione di N. S. da offerirſi in ſuffragio delle Anime del Purgatorio per ciaſcun giorno, iiſdem typis, & anno.*

Joseph Turrianus S. T. D. Proton. Apoſtolicus, ac Canonicus Inſignis, & Mitratæ Collegiatæ S. Agathæ in Patria; Cremonæ edidit per Franciſcum Cajetanum Ferrarium opuſculum in 12. ſane proficuum anno 1737. cum titulo

* *Eſercizio Spirituale di nove giorni, da praticarſi avanti la Feſta di S. Agata V. e M. Catanieſe, diretto sù l' eſemplare de' Pregi, e Virtù della di Lei ammirabile Vita, propoſto alli Cittadini di Cremona.*

Joseph Andræas Lucarinus Ord. Prædicat. Alumnus, S. T. Lector in Gymnaſiis ejuſdem Ordinis, Verbi Dei Præco non ingloriusn,

Digitized by Google

glorius, latinæque Poeſis Aſſecla perſpicuus, Academicus Inunitus in Patria, ac Sanctiſſimæ Inquiſitionis Generalis Vicarius, reliquit

*Epigrammaton* laudabile Volumen, inter quæ unum legitur excuſum in *Italia Accademica* Joſephi Malateſtæ Garuffi Ariminenſis, ibi de Academia Inunitorum Cremonæ pag. 262., & alterum in Veſtibulo Tomi II. meæ Cremonæ Literatæ pag. IV., item

*Concionum Quadrageſimalium* librum, aliaque multa.

Joseph Andræas Maltraversius ex inſigni Oppido Caſalis Majoris, & præcipuis familiis, Muſarum cultor, edidit Mediolani 1666. typis Franciſci Vigoni.

* *La Teognoſia di Clitio. Poema eroico in* 12. item

* *Alcune coſe più notabili di Caſal Maggiore. Parmæ per Galeatinum Roſatum* 1691. *in* 4.

Opuſculum, id melius erat retinere abſconditum, quam publici Juris facere, multis attentis ineptiis.

Joseph Angelus Rubeus, ſeu Rossi Societati Jeſu addictus, bonarum artium ſtudio ſumma cum laude excellens, anno 1733. edidit Cremonæ typis Ferrarii in 12. librum hoc titulo prænotatum.

* *L'Arte di ben trafficare per l'eternità, praticamente inſegnata da S. Omobono Protettore Primario di Cremona ſua Patria, ed eſpoſta in nove Conſiderazioni da un ſuo Divoto*, ſuppreſſo nomine Auctoris ob modeſtiam.

Fratrem habuit Jacobum Antonium ejuſdem Societatis Virum, Divini Verbi declamatorem eloquentiſſimum, qui cum anno 1732. quadrageſimali tempore in Cathedrali Patriæ, evangelica verba faceret, ab Auctore, ita fuit nunquam ſatis laudatus hiſce rythmis prælo traditis.

*Saggio Oratore: il tuo parlar sì chiaro*
*L'Alme più contumaci, e ſveglia, e move,*
*E verace Profeta a piene prove*
*Ti moſtri, e alla tua Patria accetto, e caro.*
*S'immerge il Vizio, e più non ha riparo,*
*Dalla facondia Tua, che a nembi piove:*
*Purganſi pure in ſante guiſe, e nuove*
*L'Intemperante, il Perfido, e l'Avaro;*
*Che dir ſi può quel fervido tuo Petto,*
*Colmo di Zelo, di Pietà, di Ardore*
*Dell'alta Veritade ampio ricetto.*
*Verità, che ſi fa Madre di Amore,*
*Amor di meraviglie, Amor perfetto,*
*Che porta il Paradiſo in ogni Cuore.*



Digitized by Google

Nonnulli Rhetores Cremonenſis Gymnaſii latina paraphraſi verterunt mea carmina in Epigrammata, apud me exiſtentia, ex dono eruditiſſimi eorum Præceptoris.

Mortem tanti Viri deflevimus Septembrio menſe anni 1733.

Joseph Antonius Arisius Sacerdos Sæcularis S. T. D. Auctoris Filius, dum eſſet in primordiis Clericatus Philoſophiæ ſtudens, ſub diſciplina A. R. P. Thomæ Vincentii Paſſani de Genua Ord. Prædicatorum, edidit

* *Alle glorie di S. Tommaſo d'Acquino Diſcorſo &c. detto nell' Inſigne Tempio di S. Domenico di Cremona, per l'Accademia de' M. RR. PP. Studenti de' Predicatori il dì 28. Gennajo 1709. ſul Problema. Se l'Angelicò Dottore ſia ſtato più formidabile all'Eresìa in Vita, od in Morte. Alla preſenza, e ſotto la gran Protezione dell' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Monſignor Carlo Ottaviano Guaſchi Veſcovo di Cremona &c. Cremonæ 1709. typis Bartholomæi de Cariſſimis in 4.*

Ex mſſ. *Sermone alle glorie della B. V. del Roſario, ed altri in lode della ſteſſa Beatiſſima Vergine.*

*Diverſe Divozioni di Tridui, di Novene, ed altri Trattenimenti, e Avvertimenti Spirituali.*

Has Collectaneas in unum Volumen congeſſit, cum hac Epigraphe

*Varie Divozioni parte fatte, è parte compoſte da me indegno Sacerdote Giuſeppe Antonio Ariſi, e particolarmente quando io fui Prefetto della Congregazione Maggiore nelle Scuole del Collegio de' PP. della Compagnìa di Gesù l'anno 1716*

Maligna febri depreſſus exceſſit e vivis die 7. Maii 1734. hora ſecunda noctis, ſepultus in Eccleſia Sanctimonialium Capucinarum, ubi adeſt tumulus a nobis poſſeſſus ex hæreditate Familiæ Baroncellæ, ex qua Proavia; quem Joſeph Antonius ſibi elegit, relicto Avito in Templo S. Dominici, cum proximus morti eſſet, ut morem gereret Sorori, ibi inter ipſaſmet Sanctimoniales degenti, Victoriæ Mariæ nomine appellatæ, de qua fuit ſermo.

Tale nomen Victoriæ eidem Filiæ meæ appoſitum fuit in memoriam Ven. Victoriæ de Baroncellis, quæ fuit Inſtitutrix Monialium S. Claræ in Oppido Caſtrileonis, Diœceſis Cremon. in qua floruerat ejus Familia, ut ſæpe adnotat Clemens Flammenius in Hiſtoria præcitati Oppidi, Cremonæ excuſa, imo ubi de Ven. Victoria ſcribit, ei addit Beatæ titulum, ut diximus in II. Tomo Crem. Liter. de eadem loquendo pag. 21. & ſequ.

Alium Joſephum Riſium, ſeu Ariſium Archiepiſcopum invenio electum in Patriarcham Antiochenum, Maronitarum in Monte Libano anno 1596. poſt mortem Patriarchæ Joſephi Sergii Petri, ut refert P. Hieronymus Dandinus Cæſenas Soc. Jeſu in ſuo libro eruditiſſimo, cui tit. *Miſſione Appoſtolica al Patriarca, e Maroniti del Monte*

*Libano*

Digitized by Google

*Libano &c. e ſua Pellegrinazione a Geruſalemme &c.* Cæſennæ excuditur per Nerium 1656. & dicatur Alexandro S. P. VII. per Nepotem P. Dandini. Patriarcha Riſius memoratur lib. 1. c. 32. pag. m. 115. fol. vero 128. & ſeq. legitur Additio ab eodem facta Synodo ſui Anteceſſoris approbata a laudato P. Dandino ex placito Summi Pontificis Clementis VIII.

JOSEPH ANTONIUS FONTANA Ordinis Minorum Conventualium S. P. Franciſci profeſſor, nundum Adoleſcentiæ exactis annis, ingenio ſane perſpicaciſſimo, & adeo ſtudiis Philoſophicis acute addictus, ut ætatis ſuæ anno decimo nono Cæſenæ ſuos Sodales tanquam Præceptor Logicam docuerit, quando alii ejuſdem ætatis vix incipiunt eſſe diſcipuli; progrediendo itidem ad alteriores bonarum artium diſciplinas, anno tertio ultra vigeſimum manſionem obtinuit in ſpectatiſſimo Sancti Bonaventuræ de Urbe Collegio, ac inter Collegiales illos prior in catalogo deſcribi meruit, in quo triennio longe meritiſſimus præ cæteris evaſit; unde egreſſus Sacræ Theologiæ Magiſterio illico decoratur; gradatim deinceps in Primariis ſuorum Conventuum Cathedris aſſidue occupatur; Hinc juxta præſcripta in regulis ſui Ordinis Definitor perpetuus, ſive Provinciæ Magiſter, ut ajunt, eligitur; munuſque deinde Viſitatoris Generalis inſignis Siculæ Provinciæ, quæ octoginta tribus Cœnobiis conſtat, difficillimis plane temporibus, cognita a Superioribus Fontanæ aptitudine in arduis componendis negotiis, illam in Regiam Inſulam mittitur; ubi vice Generalis Miniſtri providentiſſime explevit; ibi pariter in Capitulo Provinciali prior Reſidens extitit; unde reverſus in Inſubriam, in aliis Mediolanenſibus Comitiis pari gradu conſedit; Ex eis Cœnobiarchæ titulo, & Commiſſarii Generalis in magno illo Mediolani Conventu emerſit, officia illa non pauci ponderis prudentiſſime geſſit; pro tot exinde cumulatis laboribus, & vigiliis ſub Pontificatu Clementis XI. in Secretarium, & Aſſeſſorem Generalem totius Ordinis aſſumptus emicuit; poſtmodum Provinciæ Bononienſis moderandæ Præfectus deputatur. Verum hic adhuc metam ſuis dignitatibus imponere nequivit; cum anno 1716. in pleniſſimo Concilio Romæ concelebrato a toto Definitorio nemine ex Congregatis diſcrepante Procurator Generalis eligitur, & tandem annuente S. P. Benedicto XIII. qui nomen, ac virtutes tanti Viri innotuerant, anno 1725. Supremus ille Hierarcha prærogativis, ac Ex-Generalium privilegiis Pontificio Diplomate exornavit.

Nec minus Fontanæ validæ exiſtimationi tribuerunt narratæ dignitates, quibus crebro inſignitus eluxit, quam quod ei conjunctiſſimus fuit familiaritate, ac neceſſitudine Reverendiſs. P. Dominicus Andræas Burgheſius, Antiſtes ſupremus ſui Ordinis, cujus Sacros Cineres ſummopere veneror, qui cum Cremonæ adeſſet

Auguſto menſe anno quartodecimo hujus ſæculi, me pluries humaniſſime excepit, & ſemel lubentiſſime Familiæ meæ confirmavit Privilegium Spiritualis Adoptionis Seraphicæ Religionis S. P. Franciſci diei 17. Maii anno 1467. Franciſco, & Hieronymo fratribus de Ariſiis, ex meis Majoribus, conceſſo, & manu propria firmato a Franciſco de Ruvere de Saona tunc Generali totius Ordinis tempore Generalis Capituli Florentiæ clebrati; deinde Summo Pontifice Sixti IV. nomine appellato (parcat Lector huic digreſſiunculæ, in memoriam tanti Viri) chariſſimus ubique fuit P. Fontana Reverendiſſimo Patri Carolo Jacobo Romilio pariter Generali Miniſtro integerrimo, cujus opera, ac prudentia paſſim in arduis miniſteriis ad religioſam Sodalitatem attinentibus uſus eſt.

Nec ſuis meritis ex probitate, & doctrina aquiſitis defuere S. R. E. Cardinalium, ac Præſulum protectiones validiſſimæ; præſertim vero Eminentiſſimi Joſephi Valemani Purpurati doctiſſimi, qui multum probatiſſimis, & graviſſimis conſiliis Noſtri Magiſtri deferebat.

In Patria plenis honoribus excolebatur, ubi inter Conſultores Sanctiſſimæ Inquiſitionis adnumerabatur, promptus, ac frequens in Congregationibus dilucide diſceptabat in cauſſis Reorum, cujus Sententiæ Ego Advocatus Fiſcalis, & Conſultor ejuſdem æquiſſimi Tribunalis ſæpiſſime adhærebam. Anno tandem quadrageſimo ſupra milleſimum, ac ſeptemcenteſimum, die Veneris Martii undecima in Patriæ Cœnobio, ab eo una cum ampliſſimo Templo a Militum exterorum hoſpitationibus, & Xenodochiis depravato, noviſſime fere exornato, ac reconſtructo, ad Superos circa horam vigeſimam piiſſime migravit, deinceps humatus in eodem Templo ſolemnioribus exequiis, erudita nimirum Oratione dignopere laudatur a P. S. T. M. Joſepho Maria Cararia Min. Conventuali, inibi Quadrageſimali Concionatore.

Permulta luculentiſſime ſcripſit tum Philoſophica, cum Theologica, in quibus ſtudiis alacri ingenio præcipue delectabatur; mirificus enim Theologiæ Profeſſor habitus, & communi omnium calculo reputatus extitit; nec ei defuit ars Oratoria in ſua juventute florenti. Sui in virtutum, & doctrinarum amoris perhibet teſtimonium proficuum legatum, factum, & facultate Apoſtolica approbatum, ut ære ſuo conſtruatur in ſuo Cœnobio copioſa Bibliotheca, ne quidem ad uſum in eo degentium, quam ad publicum Patriæ commodum, & juvamen.

Elogiſtice excolitur a P. Joanne Ginetto in libro, cui tit. *Caſtalidus Anagramaticus &c. Romæ* 1689.

A P. S. T. M. Julio Franciſco Salmoirago Laudenſi in Epiſt. Nuncupatoria, eidem dicando Kalendarium Franciſcanum anni 1739. hiſtoricis eruditionibus utplurimum a P. Paggio deſumptis.

JOSEPH

Joseph Antonius Marchesellus ex Oppido Caſalis Majoris, & ex Min. Convent. S. P. Franciſci. Scripſit opuſculum

* *Il Mondano Sforzato dalla Brevità, o dal Comando al ritiro de dieci giorni, o ſia Breve Metodo d' Eſercizj Spirituali per un mezzo quarto d' ora al giorno. Cremonæ per Petrum Ricchinum in 12. in Urbe Aſſiſii prima vice impreſſum*; item

* *Guida dell' Anima Divota, o ſia Pratica Spirituale, per ricevere con frutto i Sagramenti della Confeſſione, e Comunione, iiſdem typis in 12. anno 1715.*

Joseph Hieronymus Sementius natus anno 1645. die 11. Septembris, vovit inter Cler. Congr. Somaſchenſis anno 1664. die 18. Maii, quo tempore jam optimus Rhetor evaſerat ſub diſciplina P. Joſephi Ederi S. J. Cremonæ & ſcripſerat integram Philoſophiam, & Theologiam, Linguam Hebraicam didicit a P. D. Simeone Monacho Vallumbroſano Florentino, in Gymnaſio Piſano ejuſdem idiomatis Magiſtro Grecam percepit a Carolo Maria Madio, quem ſæpe in ſcholis Palatinis audivit. A Petro Paulo Caravagio Matheſeos Præceptore Geometriam, a P. Caponago Monacho Divi Hieronymi Arithmeticam. Ex decreto Sen. Excellentiſsimi Mediolani Cathedræ Theologicæ Ticinenſi in Univerſitate præficitur. Præfationes, & Lectiones Theologicas Thomiſticas, ac Scotiſticas Sententias, omnes ſicut in fonte repertas oſtendebat in Salomone, cujus oracula præ manibus habebat, quamvis extemporaneus loqueretur. Anno 1692. die 26. Martii ab Aula Matritenſi, Regnante Carolo II. ei expeditur diploma, in quo deputatur Chroniſta pro ſua Catholica Majeſt. in toto Mediolani Dominio. Theologus igitur, Philoſophus, Chronologus, Orator, Poeta, & ferè omniſcius citra invidiam reputabatur.

*Orationes quatuor Sementii, italico quidem ſermone ab eo habitæ, ſunt excuſæ in lib. cui tit. Varie Penne Rettoriche de PP. Somaſchi Mediol. per Franciſcum Vigonem 1676.*

Prima in laudem Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ, die 17. Aprilis 1670. pag. 163.

Secunda pro Divo Antonio Patavino, die 16. Junii ejuſdem anni pag. 171.

Tertia ad laudem Divi Ludovici de Bertrandis, & S. Roſæ Peruvianæ in eorum Canonizatione 1671. pag. 201.

Quarta in exequiis P. Julii Mercori Cremon. Ord. Prædicatorum Generalis Mediolani Inquiſitoris die 27. Julii 1673. pag. 237.

Item edidit anno 1686. typis Caroli Antonii Malateſtæ. Mediolani, in 4.

* *Il Mondo Creato diviſo nelle ſette Giornate, Poeſie miſtiche. Liber*



Digitized by Google

*elegantioribus formis, ac imaginibus apprime ornatus, quem habeo ex dono Auctoris.*

* *Tutte le dottrine appreſe dal Sapientiſſimo, per l'uſo della Rettorica Sacra. Diſegno dell' opera compoſta &c. Mediol. per Ambroſ. Ramellatum 1689. in fol. & in* 8. Tanti operis labores ſervantur mſſ. in Bibliotecha Coll. S. Petri in Monforte Mediolani, ad numerum viginti, & ultra Voluminum in fol.

* *Origine miracoloſa della celebre Madonna appreſſo S. Celſo in Milano, illuſtrata di varie cognizioni &c. Ibidem, iiſdem prælis 1700. in 4.*

* *Saggio della Vita del Ven. Girolamo Miani Padre, e Fondatore de Cher. Reg. della Cong. Somaſca. Tarviſii per Gaſparem Piantam, & ſocios in 12.*

*Carmina tam latina, quam italica* pluries edidit in Solemnitatibus academicis, epitalamicis, & Monialium, quæ ſi uniri poſſent, ampliſſima complerent volumina, percipue vero.

*Il Salmo LXVII. per Vienna liberata l'anno 1683.*

*Il Canto del Ringraziamento a Dio Creatore, e Redentore del Mondo per gli avvenimenti felici dell' Armi Criſtiane nell' Ungheria, e nella Morea. 1687. in 4.*

*Notæ nonnullæ ad Homiliam S. Laurentii Martyris Novarienſis*, ut referunt Auctores, Ephemeridum Literatorum Italiæ, Venetiis impreſſæ. 1712. Tom. X. artic. V.

*Diſegno iſtorico per lo ſtato di Milano, typis dato in* 8. ex quo Regius Croniſta, ut diximus, electus fuit. Ex manuſcriptis.

*La Cronologia della ſua Congregazione dal 1481. fino a ſuoi tempi.*

*La Parafraſi delle ſacre Cantiche, imprimenda, niſi morte fuiſſet præventus Auctor.*

*Ragionamenti morali per gli Oratorj della Quareſima.*

*L' Avvento, recitato nel Duomo di Milano, tempore Eminentiſſimi Litta Archiepiſcopi.*

*Panegirico per S. Carlo, Cremonæ habito in Eccleſia eidem Sancto dicata.*

*Panegirici trè, per gli Angeli Cuſtodi, in Eccleſia S. Luciæ Cremonæ culta per Ven. Somaſchenſes, ubi præcipuè Feſtum Sanctorum Angelorum celebratur.*

*Appendix Athenæ Ab. Picinelli Literatorum Mediolanenſium.*

*In Plinii naturalem Hiſtoriam, poſtillæ marginales.*

*Deſcriptio Carthuſiæ Ticinenſis, Amſtelodami forſan impreſſa fuit, ut audio.*

*Syllabus Ticinenſis Rerum Somaſchenſium Bibliotecæ, ac Collegii S. Majoli Abbatis,* Colligente Joſepho Ruſca Novocomenſi, ex Muſæo Monfortiano.

Bibliothecam Monfortionam ornavit ſententiis, appoſitis pluteis a Salomone excerptis.

In ipſam ultra memorata mſſ. contulit ſuos libros, eruditione refertos e ſuis miſcellaneis vetuſtis, ubi Cremonenſia, ac Somaſ-

chenſis Collectanea ſervantur, cum ſua effigie a Zerbio Pictore Genuenſi, non ignobili expreſſa.

In variis Italiæ Academiis deſcribebatur, & præſertim, ut mihi notum eſt, inter Ravennæ Concordes, Mediolani Fatiecoſos, Argonautas Venetiarum, & Papiæ Affidatos.

Proceres Reip. Literariæ ſui temporis cum eodem maximum iniere fœdus, præ cæteris verò Comes Laurentius Magalottus Florentinus, Franciſcus Rhedius Aretinus, Joſeph Lanzonus Ferrarienſis Archiater celeberrimus, P. D. Joannes Mabillonius Congr. S. Mauri, P. D. Bernardus Montfauçon ejuſdem Congr. a quibus laudatur in eorum operibus, pro ut a doctiſſimis P. Vincentio Coronello Ord. Min. Convent. Generali Miniſtro, a Lud. Antonio Muratorio, a Carolo Maria Madio, a Lazaro Auguſtino Cotta in Muſeo Novarienſi, a Comite Franciſco Lemene, a P. Fuleſio Frugono, a P. D. Franciſco Caro in epiſt. melicis, a P. Euſtachio a S. Ubaldo Auguſt. Excalc. a P. D. Baſilio Bertuccio Cæleſt. a P. Juliano Porta in hiſt. Alexandriæ, a Joanne Cinello in Bibliot. Volant. Pluteo XVIII. pag. 81. a Leonardo Comminello Salodienſi eximio Poeta in ſuis carminibus italicis, quæ nuperrime excuſa fuere Papiæ apud Revedinum, anno ſcilicet 1720. Obiit Mediolani in prænarrato Collegio die 2. Aprilis, recurrente Paraſceve 1706. circa quintam noctis horam.

A mea ineunte juventute, uſque ad ejus mortem, maxima inter nos viguit neceſſitudo, ſingulis enim, fere, hebdomadis noſtræ familiares epiſtolæ hinc inde currebant. Permulta de eo lato calamo ſcripſeram tunc in quarto meæ Crem. Liter. Volum. verum ab incendio fatali, pluries a me narrato, abſorpta fuerunt: ut vix hæc pauca expiſcari potuerim. Hic liceat pro Coronide exſcribere atteſtationem prælibati P. Simeonis Vallombroſani, forte repertam in una ex epiſtolis Patris Sementii mihi directa diei 6. Februarii 1698. Sic. *Ego D. Simeon Monachus olim Stephanus Felici Hebraicarum literarum in celebri ſtudio Piſano, & Florentino publicus Profeſſor, atteſtor, me libenter linguam Sanctam docuiſſe doctiſſimum Virum Joſephum Hieronymum Sementi, qui ob acumen ingenii, quæ difficilia Sancto Hieronymo fuerunt, quaſi ſuperavit.*

In quadam ſua epiſtola nobis itidem ſcripta Septembrio menſe 1705. lego hæc verba *lo fatto. Corollarium Sementianum Muſeo Novarienſi, ſcrivo de Laicis Somaſchis, nonnullarum virtutum ornamento claris primis B. H. Emiliani Sociis imitatoribus.*

Nobis poſt hæc ſcripta occurrerunt alii Scriptores in eorum libris commendantes P. Sementium.

P. Abbas Bacchinus in Ephemeride Literatorum anno 1692. pag. 18. 218. & 232.

P. Tho-

Digitized by Google

P. Thomas Ceva Soc. Jeſu in opuſculo de Rhetorica Salomonis.

P. D. Hieronymus Meazza Cler. Reg. Theat in ſua Poeſi extemporanea parte 4.

Ludovicus Zermignaſius Cremon. in ſuis rythmis italicis.

P. Cernuſius Somaſ. in Speculo Novitiorum.

P. D. Henricus Boſſius Somaſ. in Feriis Poeticis.

P. D. Simon Fanzagus Somaſ. in Compendio Vitæ B. Hieron. Emiliani.

Petrus Hercules Bellojus in ſuis Carmin.

Monſ. Benage Hiſtoire des Ovvrages des Scavans, mois de Nov. 1689.

Bartholomæus Dotti in ſuis Carmin.

P. D. Simon citatus in ſuo opuſculo inſcripto, Parabolica Simeonis.

Jo: Marius Creſcimbenius in IV. libro, cui tit. *della volgar Poesia* lib. 3. pag. 207. nu. 96.

Multis carminibus latine, egregie ſcriptis laudatur ab Abbate Canneto, quæ penes me ſunt in epiſtola ejuſdem, die 15. Martii 1693. ex primo tomo epiſtolarum, & inter cætera.

*In Hymnos, & alia Carmina*
*de Mundi Creatione.*

*Cuncta Deus fecit; cecinisti cuncta Sementi*
*In Mundo, in Libro ſunt bona quæque tuo.*
*Quæ fecit laudat Deus, & laudatur ab illis:*
*Quæ canis ipſe, probas omnia, teque probant.*
*Divinæ fuerant olim quæ condita laudi,*
*Ad laudes veniunt cuncta Creata tuas.*

Joseph Jo: Antonius Cattaneus Comes in Oppido præclaro Soncini Diœceſis Cremonenſis honeſtiſſimo loco natus, Juriſprudentiæ, aliarumque Scientiarum, & eruditionis peritiſſimus, inter primarios Mediolani Advocatos multis annis effulſit; poſt varios dignitatum gradus, & præcipue Advocati Fiſcalis generalis in toto Mediolani Dominio, ad Senatoriam Cathedram, auſpiciis Auguſtiſſimi Caroli VI. promotus eſt anno 1724. in D. N. J. C. Natalitiis Solemnitatibus. Doctiſſimo calamo innumerabiles prope elucubravit in Jure allegationes, quarum plures penes me ſervantur; ex impreſſis duo magna volumina juxta tempus earum cuſionis mihi dono perbenignè tranſmiſit; Item prælo tradidit

* *De lucro Dotis ſecundo Marito conſtitutæ in præjuditium Filiorum primi Matrimonii ad intelligentiam Statuti Ticinenſis, ſub rub.* 121. *de lucris Matrimonialibus, & legis Edictalis 6. Codice de ſecundis Nuptiis, pleniſſima Advocatio. Mediolani* 1698. *in* 4. *cui adduntur Quæſtio J. U. D. Do-*

*D. Dominici Anfoſſi, ac J. C. Jo: Baptiſtæ Marinoni abſoluta, a J. C. Petro Paulo Flammeno Cremonenſi, de quo agemus.*

* *De Geſtis tempore Gallorum pleniſſimum Juris reſponſum Hiſtorico-Politico-Juridicum anno 1708. Inſpectiones quatuor continentes citationes octocentum, octoginta duas propoſitiones.*

Ejuſdem amicitiam a teneris unguiculis excolui, quæ durat adhuc innumeræ penes me extant ſuæ epiſtolæ id comprobantes.

In mea Prætorum Serie Chronologica ad annum 1725. pag. 67. ſic de eo ſcripſi. *Comes Joſeph Jo: Ant. Cattaneus ex Oppido Soncini Cremon. Diæceſis, Togatorum doctiſſimus ab Aug. Carolo VI. ex Regio Cæſareo Adv. Fiſcali Senator deligitur; hinc de ejus emerita dignitate literis ſuis diei 24. Januarii 1725. participes reddidit Nob. Præſides regimini noſtræ Urbis, quam ſemper ut Patriam jugi ſtudio dilexit, meque etiam conſcium in hac lætitia diſtinxit. Modo Ticinenſi Præturæ deſignatus, in cujus gubernio mortali apoplexia correptus, Dei gratia reconvaluit.*

In II. meo Dityrambo, cui tit. *Il Tabacco maſticato, e fumato* pag. 36. n. 23. præſagus extiti de Abolla Senatoria, eidem delata, ut vidimus, ubi de aurea cannula, vulgo *pipa*, nonnullis Senatoribus accomodata legitur.

*Sperar vuò, che un dì l'avrà*
*Il Cattaneo*
*Vero amico, e Coetaneo,*
*Ma che tanto di me più puote, e sà.*

En privilegium extenſum dum Civitate Mediolanenſi ipſemet Comes Cattaneus donatus fuit, in quo plura continentur ad ejus laudem.

Don Alexander Caſtillioneus Vicarius Proviſionum, & Sexaginta Decuriones Concilium Generale Civitatis Mediolani.

*HOminum adjectione cum, ſecundum Imperatoris monitum, valde interſit Civitates augeri, illud ſane potiſſimum eſt e republica, ut ii increbreſcant, qui ingenii, virtutum, nobilitatis, & morum præſtantia decorantur. Honorifica hujuſmodi acceſſione præſto fuit huic Metropoli Cæſareo-Regius in Mediolanenſi Statu Advocatus Fiſcalis Generalis D. Comes Don Joſeph Joannes Antonius Cattaneus qui, poſtquam literis patentibus die 31. Julii 1693. ſe Mediolanenſem Civem, dum Advocationis munere præſtantiſſime fungeretur, a Senatu Excellentiſſimo declarari obtinuit, illas, in teſtimonium reſtitutæ Sibi, & poſteris, patriæ hujus gentilitatis, publicis in regeſtis poni eflagitavit. Quem igitur de Rege Domino benemeritum, tanti Tribunalis præconium in eiſdem literis commendavit; Quem Sacra Cæſarea Catholica Regia Majeſtas in ſuo Diplomate 6. Novembris 1711., inſignis doctrinæ, eximiæ juriſprudentiæ, ſummæ probitatis, & integritatis Virum,*

ex

*ex Nobilibus Calvianæ inferioris Condominis originarium, atque ex Nobili Patriciorum antiquitus Mediolanenſium familia, motu proprio Fiſci Advocatum, mox alio Diplomate 13. Maii 1716., laudata illius prudentia, fide, & conſtantia, Comitem, una cum ſucceſſoribus virilis ſexus primogenitis conſtituit; Quem, approbato die 14. Novembris 1711. primo Diplomate, in Literaria & Juriſprudentiæ paleſtra omnes gradus emenſum, perhibitis ſemper doctrinæ, prudentiæ, ac probatæ induſtriæ teſtimoniis celeberrimum; itidemque die 19. Decembris 1718. in alterius confirmatione, & a ſe, & a Parentibus omnia promeritum, virtute, & ſanguine clarum, ſuæque antiquæ Mediolanenſis Familiæ in Illuſtri hac Patria Reſtitutorem, gratulabundis vocibus laudavit idem Supremum Conſiſtorium; Hunc Imperatoriæ Vocis Oraculo, & celebrata uſquequaque ſui Nominis fama conſpicuum, demandato prædictarum literarum anni 1693. negeſto, emeritum hujus Civitatis filium communi plauſu, & Voto perlibenter excepimus; Quòd ut omnibus innoteſcat, præſentes fieri, & publico ſigillo munitas edi mandavimus. VI. Kal. Septembris MDCCXX.*

*Joannes Auguſtinus Meda.*

JOSEPH LUDOVICUS ZAIST S. T. D. Præpoſitus Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Cæciliæ in Patria, inter Arcades Cremonenſis Coloniæ ex Fundatoribus *Chriſartes Ipertelateus* nominatus, ac ex Cenſoribus. In lucem edita legitur

* *Orazione Paſtorale recitata nell' Adunanza degli Arcadi, per la ſolenne Funzione del Sinodo pubblicato nell' anno 1727. da Monſig. Illuſtriſſimo, Reverendiſſimo Aleſſandro Litta, Veſcovo di Cremona &c.* Ibi, ex typographia Petri Ricchini in 4.

Legitur in initio libri, cui tit. *Applauſi della Colonia Cremoneſe degli Arcadi*, habita ut ſupra. Item

*Succinto Rapporto del Sinodo Diocesano, celebrato da Monſignor Litta, iiſdem typis.*

Publice in Templo Divi Dominici Cremonæ Theſes ex Univerſa Theologia Selectas ad mentem Angelici Præceptoris defendendas propoſuit anno 1718. dicatas eidem Illuſtriſs., & Reverendiſſimo Alexandro Littæ Epiſcopo &c. quæ typis editæ in fol. apud Ferrarium leguntur.

JOSEPH MARIA ALDRISIUS, ex Sacra Prædicatorum Familia S. T. L. ac Cœnobii S. Dominici in Patria ſemel Prior, in pietatis operibus indefeſſus Propagator e Gallica lingua deprompſit.

* *L'Immagine della vera Religioſa, nella quale ſi rappreſentano le qualità della Religioſa Perfetta, e li difetti della Religioſa Imperfetta, diviſa in cinque parti. Venetiis 1713. per Aloyſium Pavinum in 12.* Pie obiit in ſuo Cœnobio nocte diei 21. Octobris 1730. ejuſdem mentio habetur in meo opuſculo de Vita, & Moribus Ven. Sacerdotes Hieronymi Balladorii, ejus Avunculi, typis Ricchini 1738.

JOSEPH

Digitized by Google

Joſeph Maria de Augustis Joannis Pauli Patriæ Decurionis Filius anno *1696.* Inſigne Cler. Reg. Theat. Inſtitutum aſſumpſit Cremonæ, & anno ſequenti Venetiis Profeſſionem emiſit, in tyrocinio probæ ſuæ indolis portendit ſpecimina, quantum nobiliſſimæ ſuæ Congregationi futurus eſſet ornamento. Disjunctiſſimas ab Inſubria regiones peragrare cupiens, & adeſſe

*Omnibus in terris, quæ ſunt a Gadibus, uſque*
*Auroram & Gangen &c.*

non voluptatum cauſa, verùm ob Infidelium Converſiones promovendas, atque diligenter excolendas, imitari percupiens Quatuor Miſſionarios ſuos Conclericos, quorum memoria gloriatur, & gloriabitur Domus hæc Abundiana Theatinorum; de quibus pariter Nos ſcripſimus. Poſt frequentiſſimas preces ſexennio fere integro Sacræ de Propaganda Fide Congregationi porrectas; obtenta demum facultate die 17. Julii 1707. Cremona diſceſſit, ſuſceptis itineribus etiam aſperrimis ad Belgicos Indos, morbis permultis exagitatus, & præſertim cruribus exulceratis, Auſpice Archiepiſcopo, ut ajunt, *della Baja de todos los Santos* in America, quamvis ut diximus ethelurgus, cum eſſet non vulgatæ facundiæ, animi magnitudine, & acerrimæ energiæ Præco laborioſiſſimus peregit Apoſtolicas Miſſiones, non abſque multarum Animarum lucro, perinde Goam acceſſit, expirante anno 1709. iturus in magnam Inſulam Bornèi, Martyrii flagrans deſiderio, ut Deo voverat coram Epiſcopo Novocomenſi Franciſco Boneſana ex ipſomet Theatinorum Sodalitio; verum illuc ab inexcogitata ægritudine aggreſſus nequivit accedere, ſuamque vehementiſſimam pro Crucifixo mori cupiditatem explere. Propterea ex Indis in Europam rediens, Auguſtiſſimi Imperatoris juſſu Viennam Auſtriæ ſe contulit, ad cauſam magni ponderis peragendam.

Non immemor P. Joſeph Maria Patriæ ſuæ, in qua Nobilis natus erat; nec non ſui Ariſii, quem benivolentiſſimo animo, ante etiam a Cremona diſceſſum enixè proſequebatur, per literas ad me datas, ſe obtulit Patriæ prodeſſe in anguſtiis, quibus ab annis premebatur, ut ipſi notum erat; hinc delata ad Nobiles Regimini Patriæ Præſides benigna P. Auguſti propenſione, per meas literas fuit ex illorum conſenſu exoratus ad tutelam pro Patria ſuſcipiendam coram Auguſtiſſimo Domino Noſtro, prout, non abſque gratiis habitis, & favoribus ſuſcepit, proinde mihi profecto nequeo non lætari ſummopere de ſua erga me ſingulari, ac diuturna neceſſitudine multis, multiſque epiſtolis continuata; hinc quidquid in me eſt vel obſequii, vel obſervantiæ, vel ſtudii id omne ei detuli. Et ut centum oſculis, & ultra in ſuo nuperrimo adventu menſe Majo ad Patriam, Romam iturus, reciprocum noſtrum amorem confirmavimus.



Digitized by Google

Ut dignoſcatur clementia Cæſarea, qua Carolus VI. diligebat P. Joſephum Mariam; ſciendum eſt quod juxta illud Plauti in Bacchide.

*Nullus eſt, qui non invideat*
*Rem ſecundam obtingere &c.*

ac peculiariter inſontes, & optimos Viros invidus livor percutiat; In eumdem ingens ignis a linguis doloſis, & malignantibus excitatus, ut extingueretur ex juſtitia, mandavit S. C. C. M. ſponte Marchioni de Rialp totius Auguſtiſſimi Status a Secretis, & Intimis Negotiis, ut daret literas Patribus Cler. Reg. Theat. Viennæ commorantibus, favore P. Joſephi Mariæ, ab eo ad me tranſmiſſas exempli ſequentis.

*Reverendiſſimi Padri, e Padroni Colendiſſimi.*

*PER ubbidire all' ordine preciſo, che ho avuto da S. M. C. e C. noſtro Clementiſſimo Sovrano, devo participare a VV. RR., che la permanenza in Vienna, ſeguita da ſette anni a queſta parte del P. D. Giuſeppe Auguſto Miſſionario Appoſtolico, del loro Ordine con altro nome, ed abito fu diſpoſta per motivi ſuperiori noti a S. M., e maggior ſervigio di Dio, e della S. Chieſa, riſpetto alle Miſſioni, e che potendo eſſere accaduto che VV. RR. non bene informate di tale diſpoſizione, e ſu di contrarie interpretazioni aveſſero date altre idee del fatto al P. Generale della loro Religione, ſia con lettere, o altro mezzo; così vuole S. M. che VV. RR. [ſe ciò foſſe ſeguito] ſcrivano prontamente al detto P. Generale in termini conformi a quanto di ſopra ho loro eſpreſſo, acciò non reſti in verun modo macchiata la condotta, onore, e zelo del P. Auguſto, di cui trovandoſi S. M. pienamente ſoddisfatta, e ſuſſiſtendo li motivi avuti di trattenerlo in queſta Corte, ſarà del Ceſareo Real ſuo gradimento, che faccia la ſua manſione in codeſta loro Caſa, ſino a tanto che gli ſteſſi motivi, per li quali S. M. giudicò opportuna la ſuddetta permanenza del P. Auguſto in Vienna lo perſuadano a dare altre diſpoſizioni.*

*Si promette perciò S. M. C. C. che il detto Padre ſarà trattato con la diſtinzione che conviene ad un Religioſo, benemerito del ſuo Ordine, della S. Chieſa, e della ſteſſa M. S., e che ſe ſarà neceſſario il P. Propoſito informerà Monſig. Arciveſcovo di queſta Ceſarea deliberazione, reſtando poi a carico del medeſimo P. Propoſito l' avviſarmi in iſcritto d' averla adempita, acciò poſſa io in ſequela del mio dovere umiliarne alla M. S. il riſcontro, e nel mentre reſto raffermandomi con oſſequio. Vienna* 11. *Ottobre* 1727.

*Di VV. Revrenze*

*Divotiſs. Obbligatiſs. Servitore.*
*Il Marcheſe di Rialp.*

in calce. *Reverendiſs. PP. Propoſito, e Religioſi Cherici Regolari di S. Gaetano.*

Vivit

Digitized by Google

Vivit adhuc in hac Domo S. Abundii ejuſdem Congreg. P. D. Andræas, ejus Frater natu major, probitate nemini ſecundus, aliquando ibi Præpoſitus, modo vero S. Officii in Patria ex Conſultoribus.

Joseph Maria Brembatus ex antiquiſſima Bergomenſi Stirpe prognatus; verum ex peculiari privilegio a Nob. Cremonæ Decurionibus Brembatam Familiam inter præcipuas Cremonenſes receptam agnoverim, inter meos Literatos Joſephum Mariam ejuſque celebres Fratres, non tantum Sanguine, quam Inſtituto aggregare non dubito; nec forſan famigeratiſſimæ Civitati Bergomenſi talem auſum diſplicere plane credam. De antiquo enim illo privilegio pluries cum eodem tum Cremonæ, tum Bergomi in ſua Cler. Reg. Theat. Domo, in quam humaniſſime, & libentiſſime anno 1714. non ſolum me excepit, quinimo ſuis Carminibus Etruſco metro compactis, me ultra menſuram laudavit. Permulta de tanto Viro dicenda forent; nimirum Laudatoribus æque dignis hanc ſpartam relinquere mihi inexperto ſufficiat. Tantumodo dicam, eum poſtquam Clericis Regularibus Theatinis ſe adſcripſit optimum emerſiſſe Oratorem Evangelicum; hinc anno 1712. multis Italiæ celebrioribus Ambonibus jam decoratis in Templo celeberrimo Divi Petronii, Bononiæ laudatiſſime Conciones Quadrageſimalis habuit; nec defuit ejus diſertiſſimus ſermo pariter Quadrageſimali tempore anno 1727. Cremonæ in Eccleſia Inſigni Collegiata, ac Mitrata Divæ Agathæ. Quid plura anno 1731. ſuæ Nobiliſſimæ Congregationis Supremus Præpoſitus eligitur, completoque triennio, Bergomum pro ſuæ opportunæ quietis præſidio, rediit, & tandem ipſe qui poſt tot Quadrageſimales labores Evangelicos ſuſtulerat, paulo ante hujus anni Quadrageſimam cœleſte premium, ut ſperamus, piiſſime moriendo conſecutus eſt.

Ex ſuis Operibus in lucem editis.

*Corona d'Alloro, tributo delle Muſe al merito incomparabile di S. E. il Sig. Franceſco Donado &c. Componimenti Poetici. Mediolani per Joſ. Pandulphum Malateſtam* 1709. *in* 4.

*Panegirico per S. Caterina di Bologna detto nella Baſilica di S. Petronio* 1712. *Bononiæ per Fed. Piſarrum in* 4. *reimprimitur in Tomo I. Decadum Theatin. Venetiis, & Florentiæ.*

*Diſcorſo nella Domenica delle Palme nella Ducale Baſilica di S. Marco alla preſenza di tutto il Sereniſſimo Governo. Venetiis per Pavinum* 1727. *in* 4.

Non ſunt dimittendi

Antonius Maria Brembatus Joſephi Mariæ ut ſupra relati Frater, & ipſe inter Cler. Reg. Theat. admiſſus die 16. Aprilis 1687. qui memoratum Suggeſtum S. Petronii, præ cæteris Italiæ perſpicuo, ſuo aſcenſu inſigniorem reddidit anno 1716. per integrum curſum

ſum Quadrageſimale. Duas ibi in eodem Templo habuit Orationes Panegyricas miro ordine, atque eloquentia contextas, excuſas anno 1716. per memoratum Piſarum in 4. & ſcilicet.

*Per S. Caterina di Bologna. Recuditur Venetiis, & Florentiæ in Decad. memoratis.*

*Per S. Petronio Veſcovo di Bologna.*

Cajetanus Maria tertius ex Fratribus Brembatis, ejuſdem præclariſſimi Inſtituti, Religione, Sapientia, ac Prædicatione ambos Fratres æquavit, etſi non ſuperavit ætate. Bononiæ & ipſe in ſæpe laudata Æde Petroniana anno 1725. Quadrageſimalis verbi Dei Præco. Obiit die 7. Februarii 1732. in loco nuncupato *le Gambarate*. Edita ſunt ex ſuis Operibus.

*Panegirico per le lodi di M. Vergine preſſo S. Celſo in Milano, detto nel primo giorno della Novena in onore di M. V. Protettrice di Caſa d'Auſtria.* Legitur in Tomo II. Decadum Theat. ex memoratis typis.

De hoc Heroum perfectiſſimo Ternario legenda ſunt Elogia, quæ florenti calamo ſcripſit eruditiſſimus D. Advocatus Alexander Macchiavellus Nob. Bononienſis, & vulgavit anno 1735. cum titulo

*Clericorum Regularium Congregationis Theatinæ, qui per Quadrageſimam de Suggeſtu S. Petronii Bononiæ, in annum uſque 1735. dixerunt, Elogia &c.*

In morte P. Cajetani Mariæ ſequuta die 7. Februarii 1732. vulgata fuerant multa carmina Etruſco idiomate, cum Oratione funebri. Bononiæ anno præcitato, dicata prælibato Reverendiſſimo P. D. Joſepho Mariæ, tunc Præpoſito Generali. In fine, librum coronat Elogium, Elogio dignum D. Mariæ Eliſabeth Macchiavellæ, ejuſdem D. Adv. lectiſſimæ Sororis, cui grates referre debeo ob laudes meo nomini illatas in notis ad Rythmum Fr. Galvani Bragg de Peſte anni 1347. Venetiis editum 1737.

Vivit modo P. Franciſcus Brembatus S. T. M. Ordinis PP. Prædicatorum, a multis annis publicus Profeſſor Theologiæ Dogmaticæ in Univerſitate Ticinenſi, Vir eloquio præſtans, ac eruditione ſacra apprime doctus. Præfuit Cœnobio Bergomenſi, & Faventino Germanus Frater, nec degener horum Trium, qui ut celeberrimi Oratores commendantur,

JOSEPH MARIA BRESSIANUS Franciſci J. C. Filius, ac Joſephi J. C. Nepos, cujus obitus ex pleuritide provenit die 30. Januarii 1737. hora 20., tumulatus exinde ſequenti die in Eccleſia Divi Hilarii Cremonæ, culta per PP. Auguſtinianos Nudipedes; ad cujus laudem in amicitiæ teſſeram typis edidi epiſtolam, italico ſermone exaratam, alteri Amico meo dicatam, ut ſequitur, in qua recenſentur ejuſdem opera, tum legalia, cum variæ eruditionis, & ſpiritalia.

*Lettera*

*Lettera Familiare al ſuo cariſſimo Amico il Sig. Avvocato, e Cauſidico Collegiato Giulio Ceſare Porri, per la Morte dell' amatiſſimo Collega il Sig. Avvocato, e Cauſidico Collegiato Giuſeppe Maria Breſſiani.*

Cariſſimo Amico.

COn tutta la mia ſolita confidenza non poſſo a meno, di non parteciparvi il grave rammarico, da me provato nella morte, in pochi giorni ſeguita da febbre acuta, del noſtro comune Amico, e Collega il Sig. Avvocato, e Cauſidico Collegiato Giuſeppe Maria Breſſiani; E vieppiù che la mattina del giorno, che fu dal male ſorpreſo, io gli avea parlato lungamente in ſua Caſa, e preſo con eſſolui il Cioccolato; e sò che lo ſteſſo giorno fu Egli pure in Caſa voſtra, ove, come inteſi, per lungo ſpazio di tempo, con eſſovoi fece una tenera ſtraordinaria conferenza ſopra le impareggiabili, e preſſo che immenſe prerogative della Santiſſima, e ſempre Immacolata Madre di Dio, e vi promiſe di mandarvi una copia di varie lodi, ed encomj da lui traſcelti da molti Santi Padri, e pii, e divoti Scrittori, che trattano di così dolce materia; Coſicchè voi ne rimaneſte, fuor dell' uſato, ſorpreſo, benchè queſti foſſero gli ordinarj voſtri diſcorſi, allorchè inſieme vi accadeva di abboccarvi, ed indi nacque, che avendo voi inteſa poco dopo la notizia del male la ſteſſa ſera ſovragiuntogli, già diſperaſte della ſua guarigione, ſervendovene per motivo di timore, ciò, che ſi dice del Cigno, che vicino a morte, ſuol cantare più dolcemente; il che da molte Perſone, alle quali voi in tal guiſa parlaſte, mi fu, lui ancor vivo riferito. Credetemi, che io voleva compiangere con un'Epicedio queſta, e della Patria, e noſtra deplorabile perdita; ma dal dolore fin' ora perturbato, non ho potuto fare, che uno ſchizzo del Sonetto, che troverete ingiunto a queſta Lettera, nella quale ancorchè ſienvi più che note le virtù, ed il merito dell' Amico, voglio quì regiſtrarne in parte, a fine di pubblicarla, ſe così vi aggrada, a notizia di chi avrà il diletto, di ſapere peravventura alcune delle ſue doti veramente ammirabili: e ciò ſenza taccia di menoma adulazione, trattandoſi, che la noſtra amicizia era di quella ſorta, non a varianza ſoggetta, ma conciliata (ſiami lecito il dirlo) dalla ſomiglianza de' coſtumi, del tratto, e del confronto reciproco geniale delle virtuoſe operazioni; Imperciocchè al parere di un Saggio le finezze, le corteſie le liberalitadi, le gentilezze, le ſtudioſe cor-

riſpondenze, tutte anno per ſorgente la bella, leale, e vera amicizia, e come voi potete addurmene eſempli ben chiari.

Sapete pure da qual Pianta ſia derivato sì degno Frutto, baſti per ora il dire, che l'Avo ſuo Paterno fu il celebre Cronografo Sig. Giuſeppe, noto per le molte, e molte Opere date alle Stampe, sì nella materia Iſtorica, come nella Poetica, oltre il ſerbarneſe molti Volumi manoſcritti in foglio grande, tra quali la *Storia di Cremona* nello ſtato Temporale, ed Eccleſiaſtico, da dove io ne ho ſcelte più erudizioni per la mia *Cremona Letterata*, facendoſene menzione delle di lui Iſtorie da molti Scrittori anche lontani, e famoſi ne' Libri loro ſtampati, de' quali ſe ne potrebbe raccorre un ben proliſſo Catalogo.

Potiamo indi ſoggiugnere, quanto ſia pregievole la felice ricordanza del fu Sig. Dott. di Leggi Franceſco Genitore del noſtro Amico, ſucceduto anch' egli al Padre nella dignità d'Iſtorico, eletto ſul riguardo de' ſuoi rari talenti dai Nobili, e prudentiſſimi Decurioni della Patria. Quindi innamorato, com' è dovere d'ogni buon Cittadino della medeſima, riduſſe con indicibile, e ſempre lodevole fatica, induſtria, e diligenza in XXXX. Tomi in foglio innumerabili Sritture, toccanti in qualſivoglia materia alla ſteſſa Patria, con un copioſiſſimo Indice, le quali hanno un degno nicchio nel pubblico Archivio, e ſi adoperano come Oracoli, e per norma, e per conſiglj nelle opportune contingenze. Si vedono dello ſteſſo Sig. Franceſco alcuni Libri dati alle Stampe ſovra argomenti Iſtorici, e di Genealogìe; ne deono tacerſi li due Tomi in fogl. mſſ. da eſſo compilati a beneficio del noſtro Foro, l'uno di tutte le maniere de' Contratti, l'altro de' Teſtamenti, ed ultime Volontà, con dotte legali annotazioni.

Ne quì dee tralaſciarſi di commendare l'incomparabile divozione, che indefeſſamente nodriva il Sig. Franceſco verſo la ſempre maſſima Genitrice d'Iddio, avendone fatta una diſtinta Librerìa d'Autori, che trattano *ex profeſſo* di sì caro, e delizioſo argomento, a' quali aggiunſe quanto pur eſſo ſcriſſe in molte Opere, tra le quali.

*Settimana doloroſa della Gran Madre d' Iddio Maria ſempre Vergine, per adorarla ogni giorno colla memoria d' uno delli Sette più acerbi Dolori, da Lei ſentiti nella Paſſione di G. C. S. N. &c. ſtampata due volte in Milano per gli Eredi Ghiſolfi. In Roma per il Maſcardi* 1674. *In Praga nella Stamperìa Arciveſcovile* 1680., *ed in altre Città.*

Non ſi rammentano altri ſuoi Libri nella ſteſſa materia, baſtando per ora dare notizia della ſeguente, ſtampata in Cremona, e riſtampata in Milano dall' Agnelli.

*Divoti Oſſequj da praticarſi avanti le Solennità della Gran Madre d' Iddio*

*d'Iddio Maria ſempre Vergine, e de' glorioſi, ed amabiliſſimi Santi Giuſeppe, Gioachimo, ed Anna, diviſi in due parti &c.* Ma in ciò mi rapporto a quanto ſi legge nella ſua vita, e morte, impreſſa in Venezia 1706. preſſo il Poletti.

Ma paſſiamo all'Amico, del quale per far conoſcere la mia leale amicizia, e la ſtima, che ne ho fatto, fin dalla mia prima giovanezza, concedetemi caro Voi, che quì ſuccintamente rammemori alcuni de' miei fievoli Componimenti, ne' quali l'ho ſempre nominato con lode.

1. Nel Libro intitolato, Spectabiles Cauſarum Patronos &c. Placentiæ typis Bazacchii 1697. in 4. alla pag. 49.

2. Ne' miei Epigrammi, Cremonæ 1707. typis Bartholomæi Cariſſimi in 4. lib. 2. Epigr. 92. pag. 65., il quale voglio riferire, per dar riſalto al Sonetto, che vi ho accennato.

*Ad Joſephum Mariam Breſſianum,*
*Optimum Amicum, & J. U. D. cum Mantuæ*
*Legibus operam dediſſet.*

*Mantua Gymnaſii noſtræ non immemor Urbis,*
*Hic ubi Virgilius Carmina prima dedit:*
*Breſſanum petiit, fecitque in Jure Peritum,*
*Et nobis foenus reddidit utilius.*

3. Nelle mie Rime per le Sacre Stimate del S. P. Franceſco, in Cremona dal Ricchini 1713. in 12. Sonetto n. 191.

4. Nella deſcrizione della Villa di Vigolo in 4. pag. 19.

5. Prætorum Cremonæ Series Chronologica in 4. nel Proloquio.

6. Nel Trattenimento Ditirambico del Cioccolato in 4. 1736. alla pag. 61. nella ſteſſa Stampa; tralaſcio quì il terzo Tomo mſſ. della Cremona Letterata, dove appieno più mi diffondo in lodarlo.

Che diremo delle ſue inſtancabili applicazioni, e della ſua cotidiana vigilanza continuata per lo corſo di quarant'anni in levarſi dal letto due, o trè ore prima dell'Aurora, e di portarſi ad udire le prime Meſſe nelle Chieſe, dove ſogliono celebrarſi per tempo, sì nella State, come nel più agghiadato, e nevoſo Inverno, ed in ogni Stagione, ſenza timore di nebbie, e di pioviture, non ad altro fine, che di raccomandarſi colle orazioni, ed atti ſpirituali al ſommo Iddio, alla Beatiſſima Vergine, della quale ne avea dal piiſſimo Genitore portata in retaggio la vera divozione, per potere in fra il giorno, attendere alle premure de' Clienti, sì della Patria, e ſovente ancora de' Foraſtieri, che non erano poche. Avea pur egli in ciò preſa

*Introduz. alla vita divota part. 3. cap. 23.*

la direzione dal dolciſſimo Santo Franceſco di Sales dove ſcrive; *Che noſtro Signore ſteſſo è chiamato Sole Oriente, e noſtra Signora Aurora del giorno; io penſo, che queſto ſia un virtuoſo penſiero pigliar il ſonno verſo la ſera a buon' ora, per potere poi ſvegliarſi, e levare di buon mattino. Veramente queſto tempo è il più grazioſo, il più dolce, ed il più diſoccupato per lodar Dio; Sicchè il levar a buon' ora ſerve alla ſanità, ed alla ſantità &c.* così avea preſo dalle ſacre Carte, di cui n'era molto pratico, che l'Iſraelita non cogliendo la manna di buon mattino, non era più in tempo, perchè levato il Sole, tutta ſi liquefaceva. Compatite, ò caro, queſta digreſſione, che ho creduto quì aſſai propria, mercecchè queſto notevole ſvegliamento, era maraviglioſo in ſommo grado nel noſtro Amico, ſempremai intento a benefizio del Pubblico nel rimanente del giorno. Anzi; avvegnacchè da ſuoi confidenti, e Direttori Spirituali perſuaſo inſtantemente, a non levarſi dal letto di sì buon mattino, per la neceſſaria cura di ſua ſalute, in una età maſſimamente ſettuagenaria, non fu mai poſſibile a rimoverlo da queſta ſua religioſa coſtumanza. E io sò di certo aver egli ſempre riſpoſto, che quantunque ne patiſce, pativa volentieri per fare una, benchè tenue penitenza delle ſue colpe.

E quì mi conviene di farvi riſovvenire altri atti del ſuo bel cuore, e della ſolita ſua pietà, veramente conſiderabile, quando egli come noſtro Collega nella Regenza del Vener. Spedale de' Vergognoſi ſtava giorni, e giorni fiſſo, ed attento alle diſtribuzioni delle limoſine, che ſi diſpenſano a molte famiglie in ogni tempo dell'anno, e particolarmente per le Sante Feſte di Paſqua, e di Natale, ſoffrendo con infinita pazienza, e diſturbi, importunità, e ſtanchezza; dandomi a credere, non ad altro fine il faceſſe, che per meritarſi quel premio, che ora mi perſuado, ch'ei goda nel Cielo, auguratogli ancora da turba folta de' Poveri lagrimoſi, che accompagnarono nelle ſolenni Eſequie il ſuo Cadavere, che ordinò preciſamente foſſe eſpoſto a tutti, fino al ſepolcro, ammirandoſi in onta della morte intrepidamenre tollerata, una ſerenità nella faccia, per quanto divulgoſſi, da cui non ſi poteva arguire, ſe non la tranquillità inperturbabile dell'anima ſua.

Siamo ſtati amendue ſuoi Colleghi, come Proteggitori de' Carcerati molti, e molt'anni, onde potiamo rendere infallibile teſtimonianza dell'indole ſua amorevole, e facile per commiſerare, e porger ſoccorſo a quegl'infelici, sì nelle pubbliche viſite perorando, sì alle loro private neceſſità ſoccorrendo; così ancora come Avvocato de' Rei nel S. Uffizio quante faticoſe difeſe per quei poveri ſgraziati, che noi pure udivamo nelle Conſultive Congregazioni.

Circa la divozione, l'amore, e la diligente ſollecitudine verſo la Beatiſſima Vergine, già ſapete, come ogni giorno dell'anno avanti un'Immagine della medeſima, dipinta da eccellente Pittore eſpoſta,

Digitized by Google

ta, ſovra un piccolo ma vaghiſſimo Altare, manteneva mai ſempre, anche nel più rigoroſo Inverno, uno, dirò Giardino, per la quantità, e qualità de' freſchi fiori, che ivi ſi vedevano con bell' ordine di ſua mano diſpoſti, per dimoſtrare la venerazione continuamente fiorita nel ſuo cuore, e nella ſua mente. Io mi dò a credere, ch'egli aveſſe letto preſſo Riccardo di S. Lorenzo, che Maria fu detta *Viridarium ad Dominum ſpatiandum, & recreandum, ubi ipſe poſſet Flores, & Fructus colligere, in quibus poſſet ſe ipſum paſcere, & in ipſis ſuaviſſime pauſare.* Nella ſteſſa ſtanza de' Fiori ſi vedeano più di venti Immagini della B. V. egregiamente dipinte, nella ſembianza de' diverſi Miſterj, appropriati alle glorie innumerabili della ſua Gran Protettrice; Siccome ne avea in molta copia adornate altre ſtanze, e diſtintamente in quella, ove dormiva, ſe ne contano dipinte in varie forme di buon pennello ottantaquattro, da me numerate.

*de Laud.SS.Virg. lib. 12.*

E di queſta divozione sì radicata nel dilettiſſimo noſtro Amico, tra tante degne teſtimonianze, che ne potrei quì eſprimere ſinceramente, per ora baſti l'accennare, ch'ei ſia ſtato per ben ſei volte (come mi ſovviene) alla Santa Caſa di Loreto, dove trattenevaſi quindici giorni interi per ciaſcuna andata, e che in queſt'anno, avea diſpoſto, nel venturo Maggio, di ricondurviſi, dicendo con ſomma allegrezza, di ſentirſi dalla B. Vergine collà chiamato; E pur troppo ſi è avverata la ſua vocazione, e compiuto il ſuo deſiderio, mentre è gito a vederne il Tempio vivo della ſua veneratiſſima Signora, come Voi, ed Io ne abbiamo una piena fiducia, che ſiavi giunto. E parimente baſti di riferire la compilazione di due voluminoſi Tomi in 4. dell' Opera, che ſi ſpera di vedere alla luce, con queſto titolo, da me veduto ſcritto di ſua propria mano, col ſeguente Frontiſpizio

*Ave Maria, Ave, Ave, iterumque Ave, millies Ave, iterumque milleſies, & millies Ave* (e di dentro) *Orationes, Deprecationes, Aſpirationes, Laudes, Soliloquia, Encomia D. N. J. C., & Beatiſſimæ Virginis Dei Matris Mariæ a SS. Patribus, ut plurimum hæc omnia excerpta, & pro jubilo ſui cordis, ad ſupplendam labentem memoriam paginis commendata, perinde ac ſi forent in ejus anima ſculpta, & ore ſemper revoluta, & expreſſim prolata, maxime in mortis articulo.*

Immaginatevi, e chiunque avrà da leggere un Libro sì pregievole, di qual tempra finiſſima foſſero li piiſſimi affetti verſo l'Altiſſima Avvocata del noſtro Amico.

Ma volgiamoci ad altri ſuoi Libri. E che ſi potrà mai dire abbaſtanza della ſua franchezza d'Intelletto, e della ſua mirabile applicazione agli Studj ſingolarmente Legali; Se dopo riportata da Giovanetto la Laurea di Filoſofia in Patria, in premio di una ſolenne Difeſa di quiſtioni Filoſofiche, pubblicate ſotto i feliciſſi-

mi Auſpicj dell'Immacolata ſua Protettrice, ed indi Laureato in Giuriſprudenza nella celebratiſſima Univerſità di Pavia, per ubbidire ai precetti del ſuo Genitore, ſi portò a Mantova ſotto la diſciplina di un'inſigne Maeſtro, qual fu il Cavaliere Senatore di quella Città Vincenzo Bondeni d'Argenta, rinomatiſſimo Giureconſulto, come dalli due Tomi in foglio delle ſue Colluttazioni Legali, ſtampati in Venezia, il primo l'anno 1665. il ſecondo in Pavia 1685. gloriandoſi lo ſteſſo Dottore di averlo avuto per ſuo caro Diſcepolo, come ſi legge in altra ſua Opera Poſtuma intitolata *Miſcellaneum Juridicum in plura documenta diſtributum. Mantuæ 1715. document. 42. num. 16.* dove citando il Manſio *Conſult. 652. Tom. VII. num. 22. verſ. ita cum ante*, ſoggiunſe *& ibi pariter D. Joſeph de Breſſiani Cremonenſis Alumnus meus valde carus*. Nella detta Conſultazione del *Manſio* evvi regiſtrata per intero una ſua Allegazione in materia d'Immunità, ſegno evidentiſſimo della ſtima, che ne fece il famoſo *Manſio*, fin dal tempo, ch' egli ſcrivea; E non è ſolo il *Manſio*, ma altri celebri Leggiſti anno di lui fatta menzione ne' loro Conſulti.

Nel ſecondo Tomo delle antidette Colluttazioni del Bondeni, ſtampate (come diſſi) in Pavia, fu pure dallo ſteſſo compoſta la Lettera al Lettore in tal guiſa. *Lectori Joſeph Maria Breſſianus J. C. Cremonenſis*. Sapendoſi ſenza dubbio, che l'Appendice al detto ſecondo Tomo fu quaſi tutta ſua opera, ed induſtria.

Oh quanto mai ſarebbe di profitto alla Repubblica Letteraria in ogni genere, ſe ſi ſtampaſſe alcuna delle ſue virtuoſe fatiche, nelle quali tra le altre prerogative, che ſpiccavano in eſſe, aveva egli una ſingolare felicità, e facilità di ſpiegare a maraviglia i ſuoi ſentimenti; ſtimando io non piccol pregio di queſta Lettera, il regiſtrarne quì il Catalogo, da eſſo più volte comunicatomi, e vedutene le Opere.

*De Actionibus, Libello, ejuſque neceſſariis clauſulis, earumque juridicis effectibus Diſſertatiuncula Proemialis in fol. tom. 1.*

*Expoſitio, & explanatio Actionum requiſitarum a Statutis Almi Collegii Cauſidicorum Cremonæ ſub Rub. XVII., ſuper quibus interrogandus eſt petens admitti ad Cauſidicatum in dicta Urbe. Additis etiam aliis Actionibus in Foro magis uſitatis in fol. tom. 1.*

*Obſervationes Forenſes Theoricopracticæ tom. 1. & 2. in fol.*

*Gemma Legalis tom. 1. in fol.*

*Allegationes diverſæ, quarum nonnullæ ſunt typis impreſſæ tom. 1. & 2. in fol.*

Nelle ſovrenunziate Allegazioni ſi riferiſcono dugento, e più Deciſioni del Foro noſtro Cremoneſe, ſeguite per lo più ſotto il ſuo padrocinio, le quali ſi trovano ſpecialmente diſteſe col fatto, e colle ragioni, aſſegnocchè il degno Signor ſuo Figliuolo, ſtiman-

dole

Digitized by Google

dole di molto profittevoli al Pubblico, ha tutto il buon genio di darle quella luce, di cui eſſeno ſono meritevoli. Seguono altri ſuoi Opuſcoli in 4.

*De Praxi civili.*

*De viribus, & effectibus clauſulæ* -- ſi ſua putaverit intereſſe -- *adjectæ citationi, præſertim ſi citatio emanaverit a Judice Laico adverſus Clericum.*

*De juramento litis deciſivo, ejuſq; ſpeciebus, nec non de ſuppletivo.*

*De diverſis regulis, & juribus in Praxi uſitatioribus.*

*De ſortitione Fori, & Competentiis Juriſdictionum.*

*De delictis Concluſiones diverſæ.*

*De Juris Adagiis.*

*De definitionibus, & quorumdam Verborum ſignificationibus.*

*De nonnullorum Verborum ethymologia.*

*De Equiparatis, & regula Parium.*

Abbiamo pure le ſeguenti di varia erudizione.

*De recta gubernandi ratione, & nempe de nonnullis Quæſtionibus, & Animadverſionibus, attinentibus ad Economicum, & Politicum regimen Civitatum.*

*Diſsertationes geniales, in quibus agitur.*

*De Verbis, & Lingua.*

*De Medicis.*

*De Somno, & Somniis.*

*De Amicitia, & Amicis.*

*De ſimilitudine.*

*Notabilia dicta quamplura tum Imperatorum, cum Poetarum, non tantum Jucunditati inſervientia, quam uſui Forenſis Paleſtræ in* 8.

Non ſi può per ultimo, cariſſimo Amico, negare, che queſta perdita del noſtro ſtimatiſſimo Collega non ſia ſtata ſenſibile a tutta la Patria, anzi ſenſibiliſſima, e ſovratutto in chi lo conobbe, familiarmente il converſò, e n'ebbe i riſcontri, del ſuo ſapere, e de ſuoi conſiglj; Ma grazie a Dio, ch'egli ha laſciato, oltre tante degne memorie, dopo di ſe un'altro ſe ſteſſo, qual'è il ſuo Primogenito il Sig. Avvocato, e Cauſ. Coll. Franceſco Maria, inneſtato nella Nob. Familia Carena, famoſa per le opere inſigni di Ceſare gran lume della noſtra Patria, delle Leggi Civili, e Canoniche; quindi ſe il Padre ſi è renduto coſpicuo colle ſue azioni eroiche nel comune giudizio degl'Intendenti, può dirſi il Sig. Dott. Franceſco Maria ſuo vero Figliuolo, ed erede, sì delle perfette idee, ed eſempli de'coſtumi, e delle virtù, che in eſſolui pienamente riſiedono; dovendo egli al proprio ſuo Genitore, più che ai Maeſtri in Milano, ed in Pavia gli onorati cominciamenti de'ſuoi Studj, e chiariſſimi progreſſi, de'quali ne abbiamo continue, e ſaggie rimoſtranze. Ma quì non voglio abuſarmi della di lui modeſtia, nel caſo, che

che a lui perveniſſe la notizia di queſta lettera; e vieppiù, che non mi mancano motivi di parlarne, e di ſcriverne nella terza parte della mia Cremona Letterata.

Sò che a Voi non riuſcirà diſaggradevole, quanto ho eſpreſſo del noſtro Amico, il quale vivendo, e morendo ancora, ha Egli Voi, e Me diſtinti con atti di amichevole benivoglienza, e di bontà, e per fine vi abbraccio di cuore. Queſto dì 10. Febbrajo 1737.

*Voſtro Amico vero*
Franceſco Ariſi

ECCO IL FUNEBRE SONETTO.

*CHI dir potrà, che non ſia vero 'l pianto;*
*Che ſpargo all' urna dell' Amico eſtinto!*
*S' è tratto dal più puro, e più diſtinto*
*Spirto del cuore, che ſi duol cotanto!*
*Pria ch' egli giſſe alla Città di Manto,*
*Da ſue belle Virtudi io n' era avvinto;*
*E fin d' allora con gentile iſtinto*
*Ei pur godea del giovenil mio canto.*
*Or della Patria, e de' ſuoi Cari ai danni*
*Morte rapillo! in così meſto orrore*
*Pace non trovo agl' impenſati affanni!*
*Deh ſe talun non crede al mio dolore,*
*Di sì rara amicizia, e di tant' anni*
*Miſuri, ſe mai può, l' immenſo Amore.*

JOSEPH MARIA CIRIA elegans Poeta in carminibus latinis pangendis. Extant ejus

Epigrammata, & Ode pro Elogiis doctorum Virorum in Muſeo Hiſtorico Joannis Imperialis, edito Venetiis apud Juntas nimirum Epigrammatibus Cardin. Jacobi Sadoletti, Philippi Comines, Hieronymi Vidæ noſtri, Cornelii Mutii, Jo: Baptiſtæ Portæ, M. Antonii Majoraggi, Joannis Baptiſtæ Guarini, Philippi Fabri, Ludovici Septalii, Ode vero Saphica in laudem Joannis Georgii Triſſini, & Alcaica pro Torquato Taſſo; quæ quidem Ode pro Triſſino videtur nuperrime impreſſa in fronte operum ejuſdem, modo collectorum, & editorum per laudatiſſimum Virum Marchionem Scipionem Maffeum Veronenſem.

Vereor tamen, ne iſte Joſeph Maria ſit idem cum Angelo Maria, Ordinis Serv. Theati Archiepiſcopi, de quo egimus ſub litera A, retento per eum in hac carminum ſerie, nomine, antequam religionem ingrederetur. At de hoc latius indagare opus non eſt.

JOSEPH

Digitized by Google

Joseph Maria Pavesius, memorati Antonii Cler. Reg. Theat. Frater natu minor, par ſiquidem tum religionis, tum doctrinæ profeſſus Mediolani die V. Augusti 1686. Anno verum 1693. Sacerdos, eloquentia clarus, Oratoriam artem in multis Italiæ Urbibus, ſacris concionibus exercuit, & nempe Romæ, Mediolani, Patavii, Januæ, atque in Patria, & alibi, non ſine facundi Præconis nomine; Muſis italicis, modeſtiſſime aliquando uſus nonnulla carmina mſſ. poſt ſe reliquit ſervata in Bibliotheca S. Abundii, inter quæ nomen noſtrum obſcurum aliquando illuſtravit, in ſuæ ætatis flore exceſſit e vivis die 3. Decembris 1703. ex impreſſis habetur.

* *Il Mondo trionfato, ed il Demonio abbattuto da S. Bernardo, e ſuoi Fratelli. Oratorio per muſica. Cremonæ per Fratres Zannios* 1694.

*L'Agonia felice di S. Andrea Avellino. Oratorio cantato nell'Ottavario, celebrato in Milano per la Canonizzazione del medeſimo Santo. Mediolani per Joſ. Pandulphum Malateſtam, in* 4. 1713. opus poſthumum, ſuppreſſo nomine.

Cum eſſet ex Academicis Faticoſis Mediolani appellatus *il Soſpeſo*, laudatur a P. D. Hieron. Meazza in ſuis Epigr. parte 4. cui tit. *Extemporanea miſcellanea Mediolani* 1702. *pag.* 210. ubi vocatur Orator, & Poeta præclarus. Item a P. Savonarola.

Joseph Maria Ugolanus Cler. Reg. Barnabita moribus, & Oratoria eloquentia percelebris, ex operibus ſuis vulgatis habemus.

* *Avvento. Mediolani* 1688. *typis Marci Antonii Malateſtæ in* 4.

* *Piſcina del Purgatorio*; *liber ter excuſus, & hac poſtrema vice Placentiæ per Zambellum* 1689. *in* 4.

* *Prediche annuali per tutte le Domeniche, e Feſte, con un dupplicato Avvento, cominciando dal giorno di tutti li Santi, ſino alla Quareſima. Parte* 1. *Mediolani* 1695. *typis Caroli Ant. Malateſtæ in* 4.

*Invito alle Anime Divote di meditare, ed adorare le Sacratiſſime Piaghe di Gesù, in* 24. *Mediolani* 1711.

Julia Rangonia Marchionissa Ariberta, etſi nobiliſſima, exorta progenie in Ducali Civitate Mutinæ, nupta quidem Marchioni Jo: Baptiſtæ Ariberto Cremonenſi Patricio, cum pluribus annis Cremonæ magnifice vixerit, inter ejuſdem Urbis Cives connumeranda juremerito nobis videtur. Compoſuit, & vulgavit

* *La Virtù Trionfante. Opera Regale di D. Giulia Rangona Marcheſa Ariberta. Mediolani per Hæredes Philippi Ghiſulphi in* 4. *librumque dicavit S. M. C. Eleonoræ Gonzaghæ, Imperatrici Auguſtiſſimæ.*

* *La Giuſtizia Placata. Oratorio per muſica, dedicato alla Glorioſiſſima Vergine del Roſario. Cremonæ per Laur. Ferrarium* 1683. *in* 4.

De hac Matrona permulta ſcripſimus Carmina, & præcipue in ejus obitu, ſequuto Decembrio menſe anno 1687. Verum non eſt hic omittendum Epigramma Petri Canneti Abb. Camaldulenſis Auctori

Digitized by Google

Auctori directum, & excuſum in Carminibus latinis Miſcellaneæ Acad. Concordium Ravennæ editis pag. 84.

*Allato ad Superos poſtquam RANGONIA curru*
*Appulit, & patrio ſidere clara micat;*
*Mors prope buſta ſedens, proprios mirata triumphos,*
*Dixit ab inſolita quid ſibi cæde licet;*
*Innumeraſque tumens palma quas cædit in una*
*Enumerat palmas, & placet ipſa ſibi.*
*Interea audita eſt Echo gemuiſſe, canoros*
*Franciſci ad gemitus non dabat urna ſonum.*
*Gloria forte aderat; gaude mors impia, dixit*
*Et tuus ARISI clamet in ore dolor,*
*Nam tibi mors unquam par altera palma, nec ulla*
*Par, Franciſce, tibi cauſa doloris erit.*

JULIUS FERRARIUS Presbyter Sęcularis, e Gallica Maternę fecit Lectioni

*I Commentarj di Stato, e di Guerra del Sig. Biagio di Monluc Mareſciallo di Francia libri ſette. Cremonæ apud M. Ant. Belpierum* 1628. *in* 4.

Memoratur in Lyceo Herc. Legati.

JULIUS GAZANUS ex Oppido Piceleonis Cremonenſis, & ex Ordine Prædicat. ad Italicum ab Hiſpano idiomate traduxit.

* *Trattato de' Scrupoli, compoſto per il M. R. P. Alfonſo Cabrera Predicatore di S. M. Cattolica, dell'Ordine de' Predicatori. Cremonæ apud M. Ant. Belpierium* 1618.

JULIUS MACCHUS LAUDA J. C. & Cauſidicus Collegiatus, quamvis veniat hic recenſendus, cum eſſet Juriſprudens doctiſsimus, non defficeret ei locus in Literatis Cremonenſibus, ſi recte perpendamus Elogium eidem inſcriptum, literis aureis in heraclio lapide, prope Altare S. Monicæ in Templo Divi Auguſtini Cremonæ.

*D. O. M.*

*Ac B. V. Mariæ L. G. H. Nob. Vir Julius Macchus Lauda J. C. Cauſid. Colleg. hoc Templo conditur, vita functus die XV. Februarii MDCLII. qui in Bonis Martignanæ erexit Collegium, ab ejus nomine Julianum dictum, ut ex illorum proventibus incumbant Legibus Adoleſcentes, quorum Parentes artem vilem, reprobam, & mechanicam non exercuerint, & pro rei domeſticæ modicitate, publicos Univerſitates adire non poſſint, Laureaque exinde conſequuta, munus Advocati, vel Cauſidici ſubeant, Directoribus ejuſdem diſpoſitis, Maſculis Familiæ Macchæ, hiſque defficientibus Abb. Ven. Collegii Notariorum, quos etiam vocavit Legati Exequutores; conſtante publico documento die V. Febr. MDCLII. a Paulo Barbabello Notario recepto; Ne memoria tanti beneficii deperdatur hunc lapidem J. C. Franciſcus de Breſſianis ex Abbatibus, Primus Collegii Director P. Anno MDCLXXXXII.*

JULIUS

Digitized by Google

Julius Mercorus Ord. Præd., Vir ſummæ, & univerſalis eruditionis S. T. M. profundiſſimus. A. P. Generali Thoma Turco Concive, & Amico electus Rector, & Regens Collegii S. Thomæ Neapoli. A S. Sede Apoſtolica Mantuæ Inquiſitor deputatus, dein Papiæ. Pro Patria Orator apud Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, poſtremo Mediolani Generalis contra hæreticam pravitatem Inquiſitor, ubi Deo animam reddidit anno 1673. laudatus in publicis exequiis eleganti Oratione a P. D. Joſepho Hieronymo Sementio Cremonenſi, de quo ſcripſimus, typis tradita, in qua plura encomia ejuſdem Mercori leguntur. Edidit ipſe Ticini Regii ex officina Jo: Andreæ Magri, ſine anni appoſitione opus in fol. cui tit. ſic

* *Scripſit dudum eruditiſſimo calamo adverſus probabilitates Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Proſper Fagnanus S. D. N. Alexandri VII. utriuſque Signaturæ Referendarius, contra quem quatuor Epiſtolis argutatus eſt Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Joannes Caramuel Satrianenſium, & Campanienſium Epiſ. nunc ad eaſdem epiſtolas interſatur Julius Mercorus Ord. Præd.*

Ex manuſcriptis vero

*Baſis totius Theologiæ moralis ad defenſionem Doctrinæ Angelicæ in materia morali*, ut refert P. Rovera in Bibliot. Prov. Lombardiæ, qui de P. Mercoro plura, verum omittit ſequens opus, ſervatum in Bibl. Conventus S. Dominici Cremonæ, inſcriptum in fol.

*De Ignorantia excuſante, vel culpabili, juxta praxim utriuſque Fori. Tractatus Reverendiſſimo P. F. Thomæ Roccaberti, totius Ord. Præd. Mag. Generali dicatus.*

Tabernaculum lapidibus pretioſis extructum ad Altare majus in Templo Divi Dominici rarum eſt, & elegans Tanti Viri monumentum ære proprio ad Patriæ decus, patriique Cœnobii erectum.

Laudatur præ cæteris a P. D. Auguſtino de Angelis Cler. Reg. Som. Epiſcopo Umbriacenſi de uſu opin. Probab. pag. 150. ex typis Parmæ Fabii de Faletris 1647.

Item a P. Martino Eſparza Artieda S. J. in ſuo libro, cui tit. Appendix ad quæſt. de uſu licito opin. probabilis, continens reſponſionem ad quædam recentiorum argumenta &c.

A Picinello in Athenæo Mediolanenſi.

A Jacobo Echard in Bibliotheca FF. Prædicatorum, noviſſime Pariſiis excuſa.

Omiſſa etiam a P. Rovetta ſunt Opera ſequentia, quæ habui ab humaniſſimo P. Inquiſ. Todeſchini cum P. Mercorus eſſet Mantuæ Inquiſitor, ibi compoſita

*Baſis totius Moralis Theologiæ, hoc eſt Praxis opinionum limitata adverſus nimis emollientes, aut plus æquo exaſperantes Jugum Chriſti. Opus Judicibus interni, & externi fori apprime neceſſarium. Mantuæ apud Oſſannas 1658. in 4.*

Opus

Digitized by Google

Opus ſiquidem aureum, & Caput operis nuncupatum contra Probabiliſtas, & maxime laudatum a P. Thyrſo Gonzalez Generali S. J.

Dum eſſet Inquiſitor Papiæ edidit

*Solutiones trium Nodorum; in cujus opere de opinionum Praxi limitanda emergentium agitur, juxta cenſuram Domini N. de N. Doctoris Pariſienſis. Ticini Reg. apud Carolum Torri in* 4.

Poſt ea, quæ de P. Julio Mercoro, Mediolani, meritiſſimo Generali Inquiſitore, diſerte narravi, in mentem venit, non abs re fuiſſe in hoc meo volumine Synopſim inſtruere Cremonenſium PP. Ord. Præd. qui ſive Nativitate, ſive Profeſſione, vel ex Diœceſi, inſigni adeo munere perfuncti ſunt; præcipue vero cum omnes doctrina, & meritis effulgentes ſint, inter meos Literatos adnumerandi; de iſtis Nonnullis late ſcripſi, qui typos, & Bibliothecas ſuis ſcriptis locupletarunt. Attamen de memoratis aliqua rurſus dicam, quam de aliis, adhuc a me non obſignatis. Superinde igitur habito non ſemel colloquio cum Reverendiſſimo P. S. T. M. Hermenegildo Todeſchini de Mantua, hujus Urbis Generali Inquiſitore, doctiſſimo, ac expertiſſimo in omnibus, præſertim in ſuæ Præclaræ Religionis Dominicanæ, tum antiquis, cum neotericis monumentis, ab ejuſdem eruditione, ac humanitate per multa non ſemel ex iis recepi, quæ inferius ſcribam.

§. 1. Ex Sæculo XIII.

B. Rolandus Cremonenſis, de quo ſcripſi in I. Tomo Cremonę Literatę ad annum 1228. pag. 202. ubi plura; cui addo ad munus Inquiſitoris eum fuiſſe promotum a Gregorio IX. Mediolani, ac in tota Longobardia ad illud obeundum & præcipuæ Cremonæ, Placentiæ, & Novocomi. In Bullario Ordinis duæ Bullæ leguntur præfati Pontificis, quibus Rolandus Fidei Cenſor laudatur; Una nempe data die 3. Octobris 1234. altera die 20. Novembris ejuſdem anni.

§. 2. B. Moneta, ſeu ut alii dicunt Simoneta, quem recenſeo late in I. Tomo pag. 104. Addatur jam deductis, fuiſſe Inſignem Benefactorem Cœnobii Sancti Dominici Mantuæ.

§. 3. P. Gulielmus, ſive Guillelmus Cremonenſis, a Patria appellatus S. T. M. præfuit Sancto Tribunali Bononiæ, verum etiam in tota Inſubria, & Marchia Januenſi ab anno 1276. uſque ad annum 1283. quo tempore duas Bullas accepit a Nicolao III. S. P. quarum una excitatur ad tunc debacchantes Hæreticos extirpandos, altera ad Judæorum converſioni incumbendum, quæ Bullæ ſervantur in Archivo Inquiſitionis Bononiæ, relatæ a Pegna in fine ſui *Directorii Inquiſitorum*.

§. 4. P. Nicolaus Cremonenſis S. T. M. circa annum 1277. floruit Inqu. Mediolani, & in Marchia Januenſi, reſidens ut plu-

rimum

rimum Placentiæ, ubi eodem anno die 15. Februarii domum emit ob exercendum illud munus, ut refert Petrus Maria Campus in Hiſt. Placentina, una ſimul cum P. Pagano de Vicedominis Placentino, uſque ad annum 1291. illis namque diebus plures Inquiſitores deſtinabantur Pontificiis Diplomatibus uni Provinciæ.

In Sæculo XIV. inteſtinis diſſidiis in Inſubria exagitato, nullum reperimus Inquiſitorem, quamvis improbabile id videatur; hinc procedendum eſt in

Sæculo XV.

§. 5. P. Ludovicus de Salbis, ſeu Sablius, ex Soncini Oppido Diœceſis Cremon. S. T. M. ſedit Fidei Quæſitor Auguſtæ Taurinorum, circa initium dicti ſæculi. In hujus Tomi Appendice de eo ſermonem feci; addo quod Sablius præcipuus Auctor fuit, ut in ſua Patria erigeretur ſui Ordinis Cœnobium, decoratum exinde a Sanctiſs. Pontifice Pio V., cum eſſet P. Michael Ghiſlerius, ibi Prior annis 1548., & 49.

§. 6. P. Antonius de Grumellis, & ipſe Soncinas præfuit Brixiæ, ut ex P. Fontanna anno 1470., verum juxta Catalogos Inquiſitorum Brixiæ tam ibidem, quam Romæ collectos præſedit ab anno 1474. ad annum 1477., cui officio renunciavit, electus Prior Forolivienſis, & inſignitus in Catalogo Priorum Forolivii titulo Baccalaurei; quamobrem cenſetur idem ac P. Antonius N. de Cremona, qui fuit Prior Archicœnobii Bonon. anno 1493., nuncupatus pariter Baccalaureus; anno quidem ſequenti præſedit Conv. Cremon., & notatur Magiſter Studiorum Bononiæ anno 1492., & ibidem Baccalaureus anno 1487. forte appellatus de Cremona, eo quia Soncinum eſt Oppidum Cremon. Diœceſis.

§. 7. P. Joannes Dominicus Cremonenſis S. T. M. claruit & ipſe Fidei Cenſor in toto Mediolani Dominio, & Marchia Januenſi ab anno 1475. uſque ad annum 1490.

§. 8. P. Gratiadeus Crottus, doctrinæ, & orthodoxæ Fidei ſervandæ Zelo celebris ejuſdem Mediolanenſis Dominii, & Marchiæ Januenſis, Quæſitor ab anno 1498., ſeu ut alii ab anno 1500. uſque ad 1517.

Sæculo XVI.

§. 9. P. Petrus Martyr Ruſca a Lugano, ad Lacum Larium Diœceſis Novocomenſis S. T. M., verum Cœnobii Cremon. Alumnus, ejuſdemque Bibliothecæ Benefactor inſignis, Novocomi Inquiſitor ab anno 1530. uſque ad 1536. & Cremonæ deinde ab anno 1562. ad 1564., nam Præfecturam nedum Bononienſis, & Cœnobii Cremonenſis geſſit, ſed etiam totius Provinciæ utriuſque Longobardiæ anno 1544., & toti Ordini Prædicatorum præfuit Vicarius Generalis, poſt obitum Reverendiſs. P. M. Generalis Stephani Uſuſmaris Januenſis anno 1558., item a Confeſ-

ſionibus

Digitized by Google

ſionibus fuit Pauli III. S. P. a quo majores dignitates oblatas, Sacras, ſcilicet, Inſulas recuſavit; unde prope centenarius quievit in hoc ſuo Cœnobio, magna eximiarum virtutum opinione anno 1578.

Ex quo cum mentio acciderit Confeſſarii S. P. æquum videtur alium recenſere, qui ad tam honorificum gradum ex noſtra Diœceſi, & eodem Ordine perventus fuit, videlicet P. Cornelium Pedroni a Bozulo, Cremonenſis quoque Cœnobii Alumnum, probitate præſtantem, qui fuit admiſſus ad habitum Ordinis ibi die 25. Aprilis 1544. & fuit a Confeſſionibus Gregorii XIV. Sfondrati noſtri Civis prius, & Epiſcopi.

§. 10. P. Jo: Baptiſta Clarinus, ſeu Chiarini S. T. L. præſedit Brixiæ Inquiſitor anno 1549. deinde in Patria ab anno 1550. uſque ad 1559., qui fuit primus a S. P. delegatus ſingillatim pro Civitate, & Diœceſi Cremonenſi, mox ab anno 1559. ad annum 1560. Mediolani, ubi occubuit. Annis vero 1556. & 57. una ſimul tenuit cum Fidei Cenſura Præſulatum Provinciæ Longobardiæ.

§. 11. P. Angelus Zampa, ſive Zampius S. T. L. quem retuli in Tomo II. pag. 161. cui addo a Paulo IV. fuiſſe eum delegatum in Inſula Melita Commiſſarium S. Officii anno 1557., ubi modo Fidei Tribunal moderantur Pontificii Prælati, doctrina plane, & nobilitate conſpicui. Anno 1560. fuit accitus ad Urbem Procommiſſarius Generalis, quo munere functus uſque ad annum 1563. promovetur ad Inquiſitionem Mediolanenſem, quam vigilantiſſime adminiſtravit, annum ad uſque 1573.

§. 12. P. Hieronymus Politius S. T. M. Epiſcopus Trivicanus anno 1564., cujus mentio a me facta fuit in II. Tomo pag. 336. Addatur eum anno 1559. deſtinatum fuiſſe in Patria Inquiſitorem, verum electus Prior Cœnobii Mantuani, officio renunciavit anno 1560. attamen a Prioratu accerſitus, fuit Socius Commiſſarii Generalis S. Officii &c. ut diximus loco citato, exinde Epiſcopus Trivicanus.

§. 13. P. Julius Ferrari S. T. M. de quo ſcriptum fuit in II. Tomo pag. 338. præfuit Inquiſitor in Patria anno 1560. uſque ad annum 1575. Mediolani anno 1579. uſque ad 1584. & ad Placentiam deſignatus a laboribus fractus grandævus exceſſit in Patriæ Cœnobio.

§. 14. P. Dominicus Urgnani Soncinas S. T. M. Regis Lepidi Inquiſitor annis 1570. & 71. inde Papiæ anno 1572. verum poſt annum officio ceſſit; Non vulgari ſcientia fuiſſe comprobatur, cum inter Studiorum Magiſtros Univerſitatis Bononiæ S. Ord. Præd. inſeratur anno 1578. Ejus memini in II. Tomo Crem. Lit. pag. 334.

§. 17.

§. 15. P. Hieronymus Accetti, ſeu de Acceptis ab Urceis novi Cœnobii Cremonen. S. Dominici Profeſſus, in quo receptus fuit die 5. Aprilis 1565. S. T. M. cum Vic. Generalis S. Officii Cremonæ eſſet, inſtituitur Inquiſitor, anno 1584. uſque ad annum 1588. Romam vocatus, ut in Suprema, & Univerſali S. Inquiſitione Reverendiſſimo P. Commiſſario Generali Socius in magnis laboribus aſſiſteret; hinc peractis anno ſequenti æquam mercedem recepit, Epiſcopus enim Fundorum electus eſt, quæ Urbs eſt Campaniæ inter Terracinam, & Cajetam; adverſo nimirum fato, antequam ad Eccleſiam ſibi collatam accederet, illam cœleſtem adivit.

§. 16. P. Petrus Martyr Feſta de Urceis Cremonenſis Cœnobii Filius, receptus die 29. Aprilis 1564. Inquiſitor Bononienſis anno 1600. utriuſque Provinciæ Longobardiæ Præſes, anno ſequenti Virgam Cenſoriam reliquit. Vir erat, nedum ſcientiis præditus, quippe Baccalaurei, ac Studiorum Regentis Bononiæ, ubi etiam Prior, ac obſervantiæ tenaciſſimus Cuſtos, edidit librum, cui tit. *Summarium Conſtitutionum, Declarationum, Ordinationum pro Regimine Sacri Ordinis Præd. Bononiæ, & Antverpiæ apud Henricum Ertſſium recuſum anno 1619.*

Reliquit etiam ſui ingenii alia monumenta, de quibus Jac. Echard. in Bibl. FF. Ord. Præd. P. Rovetta in Bibl. Prov. Lombardiæ, & alii ab eo citati. In Archivo Crem. S. Dominici proſtat mſſ. ejuſdem Feſtæ, inſcriptum. *Memoriale degli Uomini Illuſtri del Convento di S. Domenico di Cremona.*

§. 17. P. Hieronymus Capredonius Soncinas S. T. M. poſt munus Regentis in Studio Bononienſi, ibi Inquiſit. electus fuit anno 1600. uſque ad annum 1604. de Viro tam Egregio, ejuſque Operibus, ſcripſi in hoc Tomo lit. H. ubi citantur Auctores, qui eum laudant, & præcipue *Plodius p. 2. lib. 4. Vir. Illuſtr. Ord. Præd.* ſe gloriando, talem doctiſſimum Patrem habuiſſe Præceptorem.

Sæculo XVII.

§. 18. P. Jo: Paulus de Nazariis, maximus ſui temporis Theologus, de quo pariter late ſcripſi in præſenti Tomo lit. J. floruit Inquiſitor Mantuæ anno 1604. & 1605. dein Anconæ 1607.

§. 19. P. Jo: Maria de Arighis Soncinas S. T. L. dum in Cœnobio Vicentino Præſulis dignitate fungeretur, a Suprema Congregatione S. Officii, Parmenſi Inquiſitioni præficitur anno 1604. uſque, ut creditur annum 1624.

§. 20. P. Deſiderius Scaglia, ſeu Scalea S. R. E. Cardinalis, quem laudavi, ſed nunquam ſatis, ut videre eſt in hoc Tomo lit. D. ibi pariter dixi fuiſſe Inquiſitorem Papiæ, Cremonæ, & Mediolani; cui addo eum anno 1605. fuiſſe Theologum Raynutii I. Farneſii

Digitized by Google

Farneſii, Parmæ Ducis; addendum pariter quod inter egregia facinora, quæ Catholicæ Eccleſiæ præſtitit, duo ſunt ſane poſteritati mandanda. Primum illud eſt, quod rectis ſuaſionibus redegit M. Antonium de Dominis Archiep. Spalatrenſem, Hæreticum relapſum ad ſuos errores, & hæreſes publice abjurandas. Alterum quod mira ejus dexteritate detexit impios quoſdam ſacrilegos, dum percitos auri ſacra fame, innocentem Puerum Dæmoni ſacrificare volebant, ad theſaurum inveniendum in loco vulgo dicto, *le ſette ſale*, eos inopinate deprehendendo, carceri mancipando, debitaque pœna puniendo.

§. 21. P. Maximus Guazzonus a Bozulo, Cremonenſis Diœceſis S. T. M. a Præfectura hujus Cœnobii, ad Inquiſitionem Papiæ mittitur anno 1609. uſque ad annum 1616., inde Mutinæ, anno 1618. ad annum 1620., quo decoratur ejuſdem Præſulatus, etiam Arimini.

§. 22. P. Vincentius Fondulus, S. T. M., & ipſe Papiæ Quæſitor Generalis anno 1632., atqui cum anno 1634. ad Patriam recuperandæ ſanitatis cauſa deveniſſet, vitam amiſit. Vir doctrinæ, & probitatis claritate ſemper memorabilis.

§. 23. P. Petrus Martyr Fondulus de quo nonnulla dicemus in lit. P. Germanus Frater ſupralaudati Vincentii, die 16. Januarii 1615. ſuſcepit ſacrum habitum Ord. Prædicatorum Sac. Theologiæ Lect. anno 1637. ſedit Inquiſitor Arimini, verum paulo poſt ad vitandam illius aeris inſalubritatem, a Sacra Congregatione S. Officii obtinuit, ut Regii Lepidi idem munus proſequeretur; Bononiam tranſeundo infirmitate oppreſſus, ex hac vita apud Sepulcrum ſui S. P. Dominici mortuus, & tumulatus.

§. 24. P. Jo: Baptiſta Boſelli a Sextula, Diœceſis Mutinenſis in Caſeronia, Cremonenſis Cœnobii Alumnus, & Benefactor, S. T. M. in Caſali S. Evaſii Montisferrati floruit Fidei Cenſor anno 1620. uſque ad annum 1625. quo Cremonæ uſque ad 1632.; exinde Genuæ in tota Liguria, & Corſica uſque ad annum ſequentem, quo electus Bononiæ Præfectus Provinciæ utriuſque Longobardiæ incumbere deſeruit S. Tribunali. Expleto inde ſuæ Præfecturæ biennio, auctoritate Apoſtolica confirmatur ad alium annum. Plenus tandem dierum, & bonorum operum, poſtremum diem vidit Cremonæ, nonagenario major.

§. 25. P. Petrus Maria Paſſerinus a Sextula Nepos ex Matre antedicti Magiſtri Boſelli, ejuſdem Cremonenſis Cœnobii emeritus Filius, receptus die 25. Februarii 1612. fuit S. T. M. ac in jure Canonico verſatiſſimus, Bononiæ Integerrimus Quæſitor, de quo ſunt recolenda quæ narro in hoc Tomo lit. P.

§. 26. P. Julius Mercorus S. T. M. anno 1650. Mantuæ uſque ad annum 1564. deinde Mediolani Inquiſitor Generalis, ut legimus

Digitized by Google

legimus in hoc Tomo lit. I., ex quo orta fuit occaſio contexendi præſentem Synopſim.

§. 27. P. Caſimirus Piazza S. T. M. Ord. PP. Prædicatorum addictus anno 1632. die 9. Martii Placentiæ Inquiſitor anno 1654. uſque ad annum 1661. quo tranſmittitur ad magis amplum Tribunal Ferrariæ, quod ſedulo, & pervigili animo moderatus eſt annum aduſque 1665. quo e vivis exceſſit.

§. 28. P. Cyprianus Minutus, ſcientia, & meritis præclarus emicuit trium Urbium Generalis Inquiſitor, nempe Regii Lepidi anno 1681. ad annum 1685., & ab hoc anno uſque ad 1698. Anconæ, & tandem Parmæ, ubi anno 1699. obdormivit in Domino, cujus in funere Orationem habuit Panegyricam, ſtylo quidem illius ſæculi, P. M. Vincentius Saſſetti Maceratenſis, typis impreſſam. Nec defuere Anconitani, qui in P. Minuto etiam defuncto obſequia ſua litarent, cum præter elogia, & carmina in ejus laudes Anconæ excuſa anno 1699. habetur, Oratio funebris expoſita in ſolemnioribus exequiis eidem in Templo S. Dominici prædictæ Urbis celebratis.

§. 29. P. Raymundus Nidi Soncinas S. T. M., & nedum excellens Theologus, ſed in Jure Cæſareo, & Pontificio peritiſſimus, prodigioſæ, ut fertur, memoriæ, quem infra in hoc opere lit. R. laudabimus. Socius extitit Reverendiſſimi P. Commiſſarii Generalis Sanctæ, & Univerſalis Inquiſitionis anno 1672. uſque ad annum 1674. quo fuit electus Inquiſitor Papiæ, ubi pie obiit anno 1681. ſuis doctis elucubrationibus multorum Cardinalium ſibi promeruit benivolentiam, & exiſtimationem, præcipue Card. Friderici Columnæ, qui ei Commiſſariatum Urbis procuraſſe, dicitur, parum ante ejus obitum.

§. 30. P. Joachimus Maria Mazzani S. T. M. primo Vic. Generalis S. Officii Mutinæ, & una ſimul in illius Urbis Academia publicus S. T. Profeſſor, deinde Bononiæ; anno 1714. fuit Inquiſitor Eugubii uſque ad 1718. quo extitit Regii Lepidi uſque ad annum 1729. (quem anno 1719. illinc pertranſiens Auctor hunc ſuum Concivem libenter inviſit) Mutinenſi poſtea per annum, Firmano identidem, & Derthonenſi ab anno 1722. ad 1733. præfuit, quo promotus ad Novocomenſe Tribunal, paucis menſibus pie occubuit die ſacra S. Petro Martyri Quæſitorum Patrono, & Protectori, in qua ipſe Altiſſimo Sacrificium obtulerat paulo ante apoplectico ictu percuſſus. Fuit profecto etiam piiſſimus Concionator, & beneficus ſui Cremon. Cœnobii Alumnus.

§. 31. P. Felix Maria Lazaroni S. T. M. cum pluribus annis Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dederit, præſertim illas docendo in Patria, & Bononiæ. Deinceps cum Sacræ Scripturæ Lector in eadem Patria extitiſſet a Reverendiſſimo P. Joſeph Maria Taballio, Commiſſario Generali S. Officii in Urbe, Ingeniorum Phænice

nuncupato, Romam accerſitur anno 1711. ubi ex dignatione S. P. Clementis XII. ab illo Sanctiſſimo Tribunali electus Inquiſitor Papiæ, Romæ tamen retentus, ubi ſeptem pene annis inſudavit pro S. Sede Apoſtolica Socius Commiſſarii; quinimmo pluribus menſibus Procommiſſarii vices adimplevit, ob ægritudines laudati P. Taballii, & aliquantiſper poſt ejus obitum. Unde jurequidem merito anno 1718. præficitur Inquiſitor Anconæ, novendecim annis ibi ſedens, & anno 1737. Faventiæ, cujus juriſdictio porreditur fere per totam Flaminiam; laboribus non parcens & otio infenſus. Utinam diu vivat munificentiſſimus erga ſuum Patrium Cœnobium Benefactor: cui multa contulit in majori Cœnobii Scalæ, nobili, ac diſpendioſa conſtructione, & mox extruere nitatur duo Sacella Sanctiſſimo Nomini Jeſu, & Sancto Vincentio Ferrerio dicata, ad ampli S. Dominici Templi elegantiorem, & completum ornatum.

In eodem Templo ſuorum Majorum extat Sepulcrum ſic inſcriptum, & renovatum.

*Sepulcrum Nob. Lazaronum*
*Carolus, Julius Cæſar, Franciſcus de Birago*
*Nob. Mediolanenſes, Annæ Mariæ Filii*
*Avi Materni Hæredes inſtaurarunt*
*MDCCXXIX.*

Julius Cæsar Carena, Cæſaris Viri Conſultiſſimi F. de quo ſupra Camald. Ordin. Decus, ac intra Europæ Theologos, & Philoſophos fulgentiſſimum ſydus, admirabilis Vitæ integritate, ac rigore clariſſimum ſpeculum. At quid ego de celeberrimo Viro dicere auſim (cum ſit qui ejus geſta opportune collegerit, ignoro tamen, quo fato in lucem ad poſterorum exemplum, adhuc non commiſerit) dicam ſolum in ævum me gloriari poſſe ſecum familiaribus colloquiis, tum Ravennæ, cum Cremonæ pluries, atque pluries verſatum eſſe. Cum Romæ adeſſet, illuc evocatus ab Innocentio XI. P. O. M. ut in graviſſima cauſa ſuam in ſcriptis ſententiam ferret; ad pedes provolutus Sanctiſſimi illius Pontificis, eum enixè exoraverit, ut priuſquam ſcriberet, ipſum ab Abbatiali dignitate eximeret, quam ſemper ægre tulerat a maxima, & vera humilitate ductus, noſcens, ut ipſe ajebat, ſe tantæ dignitatis indignum. Receptis igitur benigne precibus S. P. eidem annuit; non ſine inſignis adeo ſubmiſſionis admiratione: Plura ſcripſit ad nutum Innocentii, ac reportata ejus incomparabilis ſcientiæ approbatione, Roma ſub initium Junii 1693. diſceſſit, febri in itinere obſeſſus, morbum diſſimulavit, donec ad amœnum Ribani collem, qui Claſſenſis Aſceterii locus eſt, ſecedens, ſuum ad Claſſem Ravennæ reditum abrumpere coactus eſt; ibi pluries Medicorum catervis incaſſum laborantibus, obiit Vir ſapientiſſimus die 2. ſubſequentis Julii in die Viſitationis Beatiſſimæ Virginis, maxima

divini

Digitized by Google

divini amoris ſui erga Salvatoris imaginem, ac glorioſiſſimam ejus Matrem expreſſione, aliiſque ejus Sanctimoniæ indiciis ſignificatis. Corpus Ravennam delatum, Piorum devotioni expoſitum, vix eorum furta evaſit, illius ad latus appenſæ coronæ a populo ſublatæ ſunt, jam alius ipſi crepidas ſuſtulerat pro ſacris reliquiis ſervaturus, niſi ei prohibitum fuiſſet, crines etiam ab ejus capite furtim, exciſi ſunt. Mirum etiam eſt, quod ex Ribano Ravennam uſque, æſtivo tempore delatum Cadaver, per triginta circiter paſſuum millia, nec niſi biduo ſepultum, nihil grave tamen oluit; Quid! quod ſuam multis hic Romæ degentibus prædixiſſe, ut ferunt, mortem deprehenditur, quemadmodum etiam aliorum ſæpe interitum prænunciaverat vivens. Quid denique quod integerrimam vitam degens omnibus ejus familiaribus admirabilis ſemper, ac Venerabilis apparuit!

Ejus Angelici prope Ingenii opera ſunt.

*De Deo Uno.*

*De Angelis, aliiſque ejuſdem operibus mſſ.* Gloriantur Plutei inſignis Bibliothecæ Claſſenſis Ravennæ, de qua ſermo erit, cum de Abbate Petro Caneto dicam, ſuo loco. Idem Abbas Canetus inde Generalis totius Congr. Camaldulenſis de Carena in epiſtola mihi directa ſub die 13. Novembris 1690. inter noſtra Collectanea, inquit, *Il Carena,* ſcilicet Julius Cæſar, *Uomo, che illuſtrerebbe il ſecolo, ſe ſi riſolveſſe una volta dare alle ſtampe le ſue Opere, in materie Filoſofiche, Teologiche, Aſtronomiche, Morali, e Controverſiſtiche &c.*

Noſter Carena profecto erat, ut Monachus deſideratur a S. Dorotheo in Sermone xx., cui tit. *Honeſta Monachi compoſitio*, ubi multa leguntur præcepta a Clauſtralibus ſervanda, concludendo; Si hujuſmodi præcepta cuſtodieris, o homo, teque ſyncere, & abſque ulla finctione exercueris in Dei meditatione, videbitur in anima tua, atque micabit lumen Chriſti, quod in æternum non extinguetur.

Julius Cæsar Corradus in Somaſchenſi Congregatione ſolemnia Vota nuncupavit die 22. Octobris 1662. Acutiſſimi Philoſophi, & Theologi nomen ſibi comparavit. Theologicam cathedram Romæ in Collegio Clementino tanto plauſu aſcendit, ut Eminentiſſimus Cardinalis Ludoviſius ſui Theologi teſſera honoraverit, ſed ſimul tot laboribus oneravit, ut in Propoſitionum qualificatione, Caſuum reſolutione, Conſultorumque deciſione, die noctuque laborans, apoplexia correptus, & Mundo, & Patriæ non ſine deſiderio in florenti ætate raptus fuerit, dum eſſet Spoletii die 19. Novembris anno 1683.

Ejus opera deſiderantur;

In Eccleſia Sacr. Stigmatum Divi Franciſci dum eſſet Romæ eruditiſſimam habuit Orationem, die ſacro huic myſterio dicata.

Laudatur perquam egregie a P. Sementio prolixa Ode italice conſcripta ad me tranſmiſſa, cui tit.

*La requie eterna implorata all' Anima del P. D. Giulio Ceſare Corradi Cher. Reg. Som. Soggetto glorioſo per gli ſuoi ſtudj di Retorica, Filoſofia, e Teologia, morto nel 1683. a Spoleti li 19. Novembre. Canzone lugubre.* Ibi memorantur quamplures ejuſdem Congr. celebres Alumni.

Julius Cæsar Porrus J. U. D. Cauſ. Coll. & Advocatus in Patria, inter Animoſos Academicus nuncupatus *il Pronto*, ſucciſſivis horis ſcripſit, & edidit, licet ſuppreſſo nomine.

* *L'Avvocato di Gesù Criſto ſul Calvario, eſpreſſo nella raccolta di varie Conſiderazioni, per la maggior parte cavate da' SS. Padri, ed altri gravi Autori, ſopra l'eroica Virtù, ed eccelſa Santità, a cui ſalì il Buon Ladro, comunemente appellato S. Diſma, ſingolarmente per aver difeſo, e confeſſato in Croce il noſtro Redentor Crociſiſſo. Cremonæ typis Petri Ricchini 1728. in 12.*

Extant etiam ex editis.

* *I tributi d' oſſequio, e d' affetto verſo la ſempre grande Regina degli Angeli, ſolennizandoſi l' incoronazione della B. V. del Roſario;* in hoc continentur carmina italica, vulgariter, Oratorio nuncupata.

* *Lettera al Reverendiſſimo Padre D. Pietro Canneti Abate Camaldoleſe, a Faenza 23. Dicembre 1692.,* in qua laudat eximium Poetam Laudenſem Franciſcum Lemene, & Auctorem hujus operis, ejus ex corde amicum.

* *Il Conſiglio della Santiſſima Trinità per l' Immacolata Concezione di M. V. Oratorio &c. Cremonæ per Laur. Ferrarium 1698. in 4.*

* *Breviſſimo Compendio della Vita ammirabile del B. Giuſeppe da Leoneſſa Sacerdote Capuccino, diſtinto in nove Conſiderazioni, o ſieno Ringraziamenti a Dio, per averci dato in queſti noſtri tempi a noſtro eſempio, e beneficio il detto Beato, preſentato alle Religioſiſſime MM. Capuccine di Cremona &c. typis Ricchini 1738. in 8.*

*Hymnos multos compoſuit in laudibus Sanctorum, & præcipue ex his plures, in quibus variis metris diligentiſſime Vita, & Prodigia S. Ignatii Lojolæ S. J. deſcribuntur.*

Lactantius Ceriolus Ord. Præd. S. T. M., qui ſui Ordinis Provinciæ utriuſque Lombardiæ annis 1622. & 1623. præfuit, inde Archicœnobio S. Dominici Bononiæ; edidit Cremonæ anno 1615. per M. Ant. Belpierium in 12.

* *Breve Inſtruzione delle coſe ſpettanti alla Ven. Compagnia del Santo Nome di Dio, diviſa in quattro parti, ad iſtanza delli divoti Confratelli, di detta Compagnia.* Opuſculum non aſpernandæ eruditionis.

Laurentius Carnevalius ex Carmelitarum Ordine S. T. M. Sacrarum Literarum peritiſſimus, multa ſcripſit opera, ut teſtatur Breſſianus in Vir. Rav. & inter cætera.

*Necrologium, ſive de PP. Inſignioribus Virtute, & Dignitate degentibus in Cœnobio S. Bartolomæi Cremonæ.*

Servatur in Bibliotheca dicti Cœnobii, qua nos uſi fuimus in noſtro opere.

Lau-

Digitized by Google

LAURENTIUS FELINUS Cler. Reg. Theat. ſtudiis Theologicis præclarus, & inter ſacros ſuæ Congregationis Oratores non infimi cenſus, nam tempore quadrageſimali anni 1605. Evangelicas habuit Conciones Mediolani in Metropolitana Eccleſia, eodemque anno edita legitur.

* *Orazione in lode del B. Carlo Borromeo Cardinale di S. Praſſede, ed Arciveſcovo di Milano, e recitata nel Duomo li* 4. *di Novembre dell' anno* 1605. *Mediolani apud Auguſtinum Tradate.* 1605. *Item*

* *Orazione recitata nel Duomo di Milano, nella naſcita del Principe di Spagna. Mediolani, iiſdem typis, & anno.*

Extant penes me in Tom. quarto opuſculorum, Auctorum Cremon.

In Bibliotheca S. Abundii ſervatur ejus Quadrageſimale.

Bergomi deceſſit die 20. Martii anni 1615. in inſigni Templo S. Mariæ Majoris quadrageſimali tempore, dum Apoſtolicum Sacri Oratoris miniſterium eloquentiſſime adimplebat, & illic ſepultus. Sub ejus iconica imagine in Domo Divi Antonii Mediolani inter illuſtriores Scriptores hoc elogio decoratur.

*P. D. Laurentius Felinus Cremon. Cler. Reg. quem Eloquentia, Gratia, efficacia celebrem Oratorem, ac Concionatorem reddidere.*

Laudatur a P. Silos p. 3. Hiſt., & in Catalogo Scriptorum.

LAURENTIUS LEGATUS Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, ac Publicus in Univerſitate Bononienſi Græcarum literarum Profeſſor, in pangendis carminibus Latine, & Græce quidem peregregius Poeta, ex ſuis Poematiis habentur.

* *Agriomeleis, aut in ſilveſtre Pomorum genus metamorphoſes. Bononiæ typis Hæredis Victorii Benatii* 1667. *in* 4.

* *Chryſomeleida, ſive Aureorum malorum, Hiſtoria mythice deſcripta, iiſdem impreſſore, & anno in* 4.

* *Nea Caſta, ſive mythicus de Caſtanea excurſus, ut ſupra in* 4.

* *In præclariſſimum Ulyſſem Aldrovandum, ac ejus de Arboribus Hiſtoriam ab eximio Ovidio Montalbano congeſtam, & elaboratam, Carmina Græce, & Latine concinnata. Bononiæ ex typographia Ferroniana* 1668. *in* 4.

* *Muſei Poetriarum, & præcipue de Ælia Eudoxia Aug., & de Proba Valeria Falconia, & Sulpicia. Bononiæ anno* 1668. *iiſdem typis in* 4. & alia multa carmina, Græco idiomate, eodem anno excuſa ut ſupra. Latine etiam ſcripſit Lyceum Herculis, cujus fragmenta ad noſtras manus pervenere, ut innuimus in proloquio primi Tomi Cremonæ Literatæ.

Italicè verò, & perquam erudite, & facunde ſcripſit ſequens opus, editum poſt obitum Auctoris, a Theodoro Bondono, ut ex ejus proloquio plane legendo.

* *Muſeo Coſpiano, anneſſo a quello del Famoſo Uliſſe Aldrovandi, e donato alla ſua Patria dall' Illuſtriſſimo Sig. Ferdinando Coſpi Patrizio di Bolo-*

*gna, e Senatore &c. Bononiæ per Jacobum Monti* 1677. *in fol.*

Cæperat ſcribere de Poetis latinis nonnulla penes me injuncta in eodem volumine Lycei Herculis, cui tit. dederat, *Athenæum Poetarum*, verum ingens indigeſtaque moles, quam a morte ſuperventus fortaſſe perficere, & ad limam perducere non potuit.

Inſigniorum Literatorum ſui ævi amicitiam excoluit a quibus laudes ei debitas meritò reportavit, & nempe Comitis Gaſparis Bombacii Bonon. Com. Marci Antonii de Zambeccariis, Antonii Redolphini, Ovidii Montalbani, Federici Nomii, Ludovici Zermignaſii, Jo: Franciſci Bonhomii, Jacobi Albani Gibeſii, Petri Franciſci Minotii &c.

Obiit in Oppido Nuvolariæ, cum ibi Medicus eſſet, florenti etiam ætate anno circiter 1675.

Laudatur ab Amelovven in ſuo libro, cui tit. Bibliotheca Promiſſa, & Latens, nec non

Ab Abate D. Guidone Grando, ejus ex Catharina Matre Legati Sorore Nepos. Pluries a Petro Adriano Vandenbroche Belga in ſuis carminibus latinis, & in epiſt. cum aliis Lucæ impreſſis. Ubi *Salve Vir Clariſs. Laurenti, alterum poſt Vidam Cremonæ, & Italiæ Decus, me amabic peramantem. Vale Piſis pridie Kalend. Octobris* 1669. *cum multis laudibus.*

A Julio Cæſare Tonducio in Hiſt. Faventina vocatur, *Gran Letterato Cremoneſe* in Indice, verbo *Majolica*.

Opuſculum ſcripſit Legatus, ut nobis indicavit Amicus eruditiſſimus Baruffaldus ſua epiſtola diei 21. Julii 1704. & ſcilicet.

*In Commentarium Rerum Bononienſium Galeatii Mareſcotti Annotationes, quod anno* 1671. *tranſmiſerat Marchioni Hippolyto Bentivolo Ferrarienſi, una cum altero mſſ. Joannis Garzonii de Vita Joannis II. Bentivoli &c.* ſunt in Bibliotheca Bentivola Ferrarienſi.

Ab eodem Baruffaldo laudatur in ſua epiſtola de uſu antiquo Stapedum, & Calcarium, quæ legitur in tertio Volumine, inſcripto *la Galleria di Minerva* pag. 59.

Gregorius Letus in Tomulis quatuor, quos inſcripſit, *Italia Regnante* parte 3. lib. 2. multa opera Legati indicat, quæ adhuc latent, licet de eis ſcribat mentionem facere Octavium Scarlactinum, hæc ſunt

*Storia Genealogica delle Famiglie Boſſi, Boſelli, e Cavalcabuoi.*

*De Pictoribus, & Sculptoribus Cremonenſibus liber*, circa hoc pauca leguntur in Lyceo Herculis.

*Athenæum Poetarum &c.* legantur, quæ ſuperiori loco de hoc Athenæo ſcripſimus.

*Metamorphoſeon. Tom.* 1. *huc forſan collimantur Agriomeleis, Chryſomeleida, & Neacaſta, de quibus ſupra.*

*Emblematum lib.* 11.

Græco-

*Græco-Latinorum Poematum libri* VII. quos nunquam vidit Auctor, quam illa primo loco hic enunciata in Ulyſſem Aldrovandum Poeticorum Metaphyteumatum lib. IV., in quibus multa e græcis in latinum converſa.

*Obſervationum Medicarum Vol.* I.

Hæc, & alia multa reapte ſcribere poterat eximium, ac præclarum Legati ingenium, verum ut diximus, improviſa morte circumventus, quid de illorum eventu ignoramus.

Jo: Mar. Creſcimbenius in Hiſt. Vulg. Poeſeos lib. v. pag. 436. ubi de Thoma Caſtellano Poeta Bonon. ſcribit, *la ſua morte ſeguì a' 21. di Settembre l'anno* 1541., *come porta la ſua vita ſcritta da Lorenzo Legati Cremoneſe.*

Laurentius Angelicus de Floribus Monachus Camaldulenſis, frater Abbatis D. Auguſtini Romani, de quo fuit ſermo, inter Arcades Paſtores, *Palminus Sauricus* appellatus, Amicus meus, & Comes in itinere e Cremona ad Ravennam, anno 1707. iturus cum eſſem ad Sacram Ædem Lauretanam. Die 13. Januarii 1712. obiit in Monaſterio Fabriani, ætatis ſuæ annorum 36. Scripſit *Orationes panegyricas* quam plures, cum eſſet Orator facundiſſimus.

*Philoſophiam compoſuit juxta dogmata antiquorum Sapientum, Ægyptiorum, Caldæorum, & Platonicorum, quam publicè legit.*

*Epigrammata, Elegias, Eclogas, & alia latina poemata*, ut teſtatur Abbas Dominicus Fabretus Urbinas, in tertio tomo Elogiorum pro Arcadibus defunctis, Romæ impreſſo 1721. in 8. pag. 199.

Laurentius Medices Sacerdos, armonicorum concertuum ſtudioſus, publici juris fecit ſui genii argumentum hoc titulo.

* *Laurentii Medices Civis, ac Nobilis Cremonenſis Miſſarum octonis Vocibus liber Primus. Opus IV. nuper editum cum parte Organi, ſub ſigno Gardani. Venetiis MDCXIX. apud Bartholomæum Magni.*

Penes me ſervatur integrum opus in octo libros diſtinctum, in quo legitur dedicatio facta Sereniſſimo Coſmo II. Magno Etruriæ Duci IV.

Lubet hic apponere paragraphum epiſtolæ nuncupatoriæ, in quo ſe dicit deſcendentem ex Stirpe Medicea Florentina. *Così mi riputerò feliciſſimo, quand' Ella reſti ſervita di connumerarmi fra ſuoi fideliſſimi Servidori, del che la prego, e ſupplico: il che ottenendo dalla ſua benignità, mi verrà certamente a porre in obbligo tale, che ſe non poſſo mancare alla natura per l'origine, che traſſero i miei Proavi da coteſta Ducale, e Nobiliſſima Città, così non potrò mancare alla dignità Sacerdotale, ch' io tengo [quantunque contro ogni mio merito] ch' io non preghi continuamente ne miei Sacrificj a V. A. S. ogni felice ſucceſſo &c.*

Didicerat Laurentius tantam vim eſſe in Muſica ad omnes animi motus, ut Pythagorici affirmari haud veriti fuerint, hominis animum immortalem conſtare convenientia muſica.



Digitized by Google

LAZARUS CARAFINUS J. U. D. Parmæ ſuſcepta Legali Laurea anno 1614., laudatus variis carminibus, typis Antei Viotti Parmæ editis, Romam ſe contulit, ubi Eminentiſſimi Card. F. Deſiderii Scaleæ, de quo ſupra, intimus familiaris, cubiculique Præfectus. A Gregorio XV. S. P. Epiſcopus Melphienſis, & Rapollenſis Lucaniæ Urbium electus anno 1622. die 19. Decembris, cum eſſet annorum 32. ad quam ſedem acceſſit die 8. Aprilis ſequenti anno, ubi ſtatim numerum Canonicorum, qui ſexdecim tantum erant ad viginti uſque auxit, redditibus propriis aſſignatis, Seminarium inſtituit Clericorum, Diœceſanam Synodum celebravit, multaque fecit pietatis opera; ac publica ædificia confecit; translatus exinde anno 1625. ad Comenſem Eccleſiam ab Urbano VIII. P. M., cui acceptiſſimus fuit, donec vixit. Edidit Romæ ex typographia Alphonſi Ciaconi 1625. inter alia volumen, cui tit.

* *Conſtitutiones in Synodo celebrata, pridie non. 8. & 7. Id. Novemb.* 1624.

Item vulgavit anno 1644.

* *Antiqua monumenta collecta, & in porticu ſui Viridarii collocata.*

*Giudizio ſopra l'Iſtoria del Cardinale Bentivoglio. Neapoli apud Octavium Bellamum* 1638. *in* 4.

* *Synodus Diœceſana Comenſis V. inchoata die XVIII., completa vero XX. Septembris, anno Domini MDCXXXIII. Comi ex typographia Amantii Fruvæ MDCXXXIII. In hoc Volumine in* 4. *ultra Decreta Synodalia habentur*

*Ad Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos DD. S. R. E. Cardinales Sacri Concilii Trident. Interpretes de Statu Eccleſiaſtico Eccleſiæ Comen. pro XVI. Triennio Relatio.*

*Dyptica Epiſcoporum Comenſium Tabula, Succeſſionis ordine exarata.*

*Imperatorum, ac Regum, quæ extant Privilegia Cumanæ Eccleſiæ conceſſa. Item multa alia ſcitu digna, ex quibus arguendæ ſunt diligentia, ſollicitudo, vigilantia, ac eruditio tanti Epiſcopi.*

* *Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Comenſis recitanda a S. Sede Apoſtolica olim recognita, & approbata ad Cleri commoditatem, denuo edita, una cum catalogo SS. Epiſcoporum, Martyrum, Virginum, ac Beatorum, quorum Corpora in Civitate, & Diœceſi requieſcunt. Comi anno Jubilæi MDCL. apud Nicol. Capranum in* 4.

* *Ordo habendi Congregationes Urbanas, & Plebanas; Decretis, & Monitis a Vicariis Foraneis, & aliis obſervandis. Nonnulliſque ad Cleri utilitatem pertinentibus additis &c. iiſdem typis anno MDCLI. in* 4.

Ad ejus laudem leguntur.

* Gratulatio Collegii Gallii, PP. Somaſchenſium Congregationis Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Lazaro Carafino Novocomenſis Urbis Antiſtiti, cum eamdem in Urbem exceptus eſt. Ibi leguntur latina Oratio, Elogium, plurima Epigrammata, & Ode. Item

*Le*

Digitized by Google

*Le Toſcane Muſe, fatte abitatrici dell' ameniſſima Spiaggia del Lario Lago applaudono giuntamente, con le latine al feliciſſimo ingreſſo nella Città di Como di Monſignor Lazaro Caraſino.*

Multa de eo in tabula Epiſcoporum S. Eccleſiæ Melphienſis, poſt Synodum Deodati Scaleæ anno 1635. excuſa.

Cæſar Graſſus Comenſis Rector Rebbii anno 1633. eidem dicavit opus, notatum *il Popolo pentito, Poema tragico &c.* ubi legitur in veſtibulo Judicium de Auctore, & libro P. D. Pii Rubei Monachi Hieronymiani, de quo plura legimus opera; id credimus fuiſſe in gratiam Graſſi; præ cæteris humi ſerpit hoc poema inoperoſum, & nil habet laudabile in ſe, quam nomen Benedicti Odeſcalchi, tunc Juvenis, qui anno 1676. die 21. Septembris fuit ad Summi Pontificatus Solium elatus Innocentii XI. nomine aſſumpto.

Laudatur utique Caraſinus vere, ac egregie in ſequenti opuſculo inſcripto. *In Laurea Jo: Petri Sertuli Seminarii Cremon. Alumni Oratio Jo: Mariæ Guizzardi ejuſdem Sem. Alum. ad Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Lazarum Caraſinum &c. Cremonæ* 1640.

In Eccleſia Cathedrali Comenſi, ubi ſepultus eſt proſtat ſequens Epitaphium.

*D. O. M.*

*Lazarus Caraſinus Epiſcop. Nov. Gregis, ac Populi ſui preces implorans, ſibi hoc loco vivens monumentum LXXV. elegit, obiit ætat. ſuæ anno 75. die* 15. . . . . *MDCLXV.*

In ejus exequiis funebrem habuit Orationem Hector Secundinus Albergantus, qui fuerat Epiſcopi a Secretis. Dicitur hæc Oratio Cremonæ impreſſa, eam vero nunquam vidi.

In Sacrario Eccleſiæ S. Dominici Cremonæ legitur in marmore ſequens Inſcriptio.

*Lazarus Caraſinus Ep. Novocomenſis, & Comes. Ut pia Familiæ legata executioni dentur, hujus Eccleſiæ PP. eleemoſynam Scutorum quinquecentum quinquaginta, ad octo Anniverſaria cum Miſſis ſexdecim in ſingula pro animabus Jo: Mariæ Viri Patricii Patris, Julii J. C. Patrui Alexandri Canonici Cathedralis, & Ferrantis Milit. Trib. Fratrum, ac ejus Uxoris Antoniæ Sforzoſiæ perpetuo celebranda erogavit, ut ex tabulis a Hieronymo Nervo Not. Pub. confectis die* 25. *Novemb.* 1653. *Nicolaus Comes, & Eques, ac Fr. Alexander S. T. L. hujus Cœnobii Alumnus, Epiſcopi Fratres M. P. C.*

Lelius Fravezzius Sacerdos, Lazari Caraſini antedicti Epiſc. Novoc. a Secretis, edidit in 12.

* *Diario ſacro perpetuo, che contiene le Feſte mobili, e fiſſe dell' anno. Le Indulgenze &c Li Corpi Santi dove ripoſano &c. Le Solennità Pontificali &c. Comi per Hæredes Nicolai Caprani* 1664. in fine recenſentur. *Opere di Carità perpetue, laſciate dall' eſemplare Pietà d'alcuni Cittadini per ſovvenimento della Patria.*



Digitized by Google

LEONARDUS DE GREGORIIS, Sacerdos Sæcularis, Prior Eccleſiæ, & Beneficii ſimplicis S. Margaritæ, ac Cæremoniarum in Cathedrali Cremonæ Magiſter, edidit Cremonæ 1606. in 16.

* *Vita del B. Facio. Item*

* *Eſercizio Spirituale per viſitare le ſette Chieſe di Cremona, raccolto di commiſſione dell' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Cardinale Campori Veſcovo di Cremona &c. Ibi 1622. in 12.*

LIVIUS LIVICELLUS, cujus meminit Laur. Legatus in Lyceo Herculis, hiſce verbis

*Livii Livicelli, Etruſca carmina excudit Bononiæ Jac. Murtius 1661. in fol.* nec aliud de eo penes me.

In Muſeo Coſpiano ejuſdem Legati, ubi de Numiſmatibus pag. 436. refert illud Alexandri Livicelli Cremon. non abſque ambiguitate.

LUCRETIA VIDALENGA CAMPANA Mulier doctiſſima ultra ſexum, nam coram Cardinali Paulo Sfondrato, tunc Cremonæ Epiſcopo Theſes Theologicas publicè in Eccleſia S. Abundii culta per Cler. Reg. Theat. defendendas propoſuit, cujus ingenium eo vigoris perveniſſe viſum fuerit, ut Viris in Sacris Literis apprime eruditis nil ea invidere potuerit. Poſteritati donavit piiſſima opera ſpiritalia, in ſeptem tomos diſtributa, quæ ſunt

* *Soliloquj dell' Anima a Dio ſopra gli Evangelj delle Domeniche di tutto l'anno, e d'alcune altre Feſte. Papiæ 1625. per Joannem Baptiſtam de Rubeis in 12.*

* *Corona miſterioſa adorna di divotiſſime Meditazioni, colli ſuoi Colloquj, e Frutti, e con gli atti corriſpondenti alle Meditazioni, per tenere tutto il giorno la preſenza di Dio, aſpirare alla ſua Santa Unione, ed avanzarſi nella perfezione Criſtiana, diviſa in ſei parti. Parte prima, la quale abbraccia dal primo di Dicembre ſino alla Quadrageſima. Venetiis 1630. apud Barezium in 12.*

* *Corona &c. parte ſeconda, che abbraccia dal primo dì di Quareſima, ſino al dì di Paſqua, iiſdem typis, & anno, ac formis.*

* *Corona &c. parte terza, la quale abbraccia dal dì di Paſqua ſino al Sabbato dopo l'ottava del Corpus Domini &c. ut ſupra.*

* *Corona &c. parte quarta, la quale abbraccia dal primo di Giugno, ſino all' ultimo di Luglio &c. ut ſupra.*

* *Corona &c. parte quinta, la quale abbraccia dal primo di Agoſto, ſino all' ultimo di Settembre &c. ut ſupra.*

* *Corona &c. parte ſeſta, la quale abbraccia dal primo giorno di Ottobre, ſino all' ultimo di Novembre &c. ut ſupra.*

Ad imitationem Ven. Urſulæ Benincaſæ Neapolitanæ, in Patria cæperat Inſtitutum Virginum, ſub Regula Divi Cajetani Cler. Reg. Fundatoris; verum horribili contagio graſſante anno 1630. cum ejus morte Ordo incæptus jacuit in oblivione ſepultus.

Laudatur a Petro Corallo Poeta Cremon. in ſuis carminibus pag.

Digitized by Google

pag. 99. eam vocando *Giovane Cremoneſe, dottiſſima in Teologia.*

In atrio, quo datur ingreſſus Religioſæ Domui PP. Cler. Reg. Theat. S. Abundii, ſub ejus perpicta effigie legitur.

*La Ven. M. D. Lucrezia Vidalenga Campana Verg. Cremoneſe, Fondatrice in Cremona delle MM. Teatine; il povero, e nuovo Collegio delle quali ſi eſtinſe tra le ſtragi della gran peſte del 1630., nella quale anche morì ſantamente queſta gran M., ſpiccò in eſſa un gran zelo per la gloria di Dio, e ſalute delle Anime, che pure arde ne' libri da Lei compoſti. Il di Lei puriſſimo Corpo fu ſepolto in queſta Chieſa di S. Abondio, ove ſi era avanzato ad alto grado il di lei Spirito, ed ove diſeſa già avea per ubbidienza nel 1609. avanti il Cardinale Paolo Sfondrati Veſcovo di Cremona pubbliche Concluſioni di Teologia, eſſendone dotta a maraviglia.*

LUDOVICUS CAVITELLUS, de quo egimus in II. Tom. Crem. Lit. pag. 346. cum nobis relatum fuerit in Theſauro Antiquitatum Italicarum celeberrimorum Grevii, & Gronovii reimpreſſos fuiſſe ex Leodienſi typographia in fol. Annales ab eodem ſcriptos, & Cremonæ prima vice editos anno 1583., ut legitur in 2. par. 3. tomi ejuſdem Theſauri, quibus adduntur Icones Turratii, Baptiſterii, Cathed. Frontiſpicii, Carrocii, nec non Civium, qui dominium, ſeu tyrannidem Cremonæ Patriæ occuparunt; Ad ſervandam hujus noſtri Cronographi memoriam, licet aliquando tulipedet, hic optimum duxi iterum ejus nomen recenſere. Non intelligo cum illo verbo *tulipedet* eidem derogare, nam ſæpe ſæpius Hiſtorici dependentes ab alienis notionibus facile decipiuntur.

LUDOVICUS MAGGIUS, ſive MADIUS J. C. Coll. anno 1564. die 1. Decembris, Nicolai F. anno 1565. Patriæ Decurio, & pro Patria Orator apud Excell. Dominii Mediolanenſis Moderatores; ad Sedem Senatoriam elatus anno 1591. menſe Julii, defuncto Sigiſmundo Foſſa, bis Præturæ Papienſi præficitur annis nempe 1592., & 93., ac 1604., & 1605. mirificè ſuo officio inclytæ illi Urbi ſatisfaciens, Philippi III. Hiſpan. Regis a Secretis Conſiliis, a Rodulpho II. titulo Comitis, ac Feudo decoratus, grandævus obiit Mediolani Octobrio menſe, anni 1610., ejus Cadaver Cremonam tranſlatum, humatumque in avito Sepulcro Eccleſiæ S. Galli.

Ex ſuis Legalibus Operibus permulta reliquit monumenta, typis etiam impreſſa, de eo Joſeph Breſſianus in Coll. J. Conſultorum pag. 57. ubi multa; Melchior Alciatus in tract. de præcedentia pag. 64. nu. 159.

Ejuſdem meminit Horatius Landus in ſua Mediolanenſi, parce tamen pag. 202. & 212. Cum Madius maximæ provectus ætatis a Regia Majeſtate Catholica imploraſſet, ut tandem intermiſſis frequentibus Summi Tribunalis laboribus quieſceret, Rex munificentiſſimus adhæſit Madio, retentis aſſuetis de more ſtipendiis; quinimo ut dignitas Senatoria in Collegio Cremonæ ſervari poſſet, ad preces

Præ-

Digitized by Google

Præſidum regimini Patriæ, mandante Supremo Italiæ Conſilio in Aula Madritenſi florente, datæ fuerunt literæ Excellentiſſimo Duci Feriæ, tunc totius Status Mediolanenſis Moderatori, quæ ſubnectere ad decus perenne Patriæ, & Collegii, non pigeat, eodem idiomato Hiſpano, ut ſunt

*LOs Preſidentes del Govierno della Ciudad de Cremona han rapreſentado a Su Mageſtad por carta de 23. de Febrero deſte anno, que entre otras mercedes, continuamente ſe le ha hecho a quella Ciudad de una Plaza en el Senado, para los Ciudadanos de ſu Collegio de los Doctores, que ha ora hà renonciado el Senador Ludovico Maggio por ſu mucha edad, ſupplicando a Su Mageſtad, que ſe ſerviſſe de confermarla en aquelles Subditos; y haviendoſe viſto en el Supremo Conſejo de Italia, ſe reſolvio en el, que yo excriva a V. E. preveniendola como lo hago, que caſo que Su Mageſtad fuere ſervida de jubilar el dicho Senador Maggio V. E. en la nomina que embiare pore ſua plaza, tenga memoria de los del Collegio della dicha Ciudad, para que aſſi ſe les pueda hacer la merced, che fuere juſto. Guarde y proſpere N. S. Su Excellentiſſima Perſona, y eſtado de V. E. come deſſeo. Madrid a 29. de Abril 1620.*

*Subſ. Loys Ortiz de Mainteco.*

LUDOVICUS PERSICHELLUS Cler. Reg. Theat. qui antea J. C. ſæculo renunciavit; die enim 24. Februarii 1583., cum eſſet annorum quadraginta, profeſſionem emiſit, inde totus intentus Sacræ Domui S. Abundii, in qua Præpoſituram aliquando exercuit, tyrocinium pro educandis ſuæ Religionis Alumnis inſtituit, ibique plura, & notabilia ædificia conſtruxit, ſpeciatim verò Triclinarium, cum ambulacro, ibi annexo e regione Viridarii. Ejuſdem Ludovici opera Joannes Baptiſta Stanga Patricius Cremon. Abbas Commendæ S. Antonii Abbatis, anno 1611., cum diſpenſatione S. P. Pauli V. iiſdem PP. Cler. Reg. dimiſit eamdem Eccleſiam, & Palatium ei adhærens ( modo dirutum ) pro ampliatione Viridarii, tandem poſt tot exanthlatos labores in ſibi commiſſis muniis, Præpoſituræ S. Antonii Mediolani, Viſitatoris, Conſultoris, ac Præſidis in Comitiis ſuis Generalibus, die 10. Septembris 1619. quievit in Domino, relicto poſt ſe piiſſimi ingenii ſui monumento.

* *Convito Spirituale, con alcune Preparazioni, Soliloquj, Meditazioni, e Rendimenti di Grazie, per incitare ogni Criſtiano a frequentare la Santiſſima Comunione, ed a maggiormente eccitare quelli, che la frequentano. Cremonæ apud M. Ant. Belpierium 1620. in 12.*

Memoratur a P. Silos Hiſt. Cler. Reg. Tom. 2. lib. 6. in catalogo Scriptorum Relig. pag. 609.

Breſſianus in Coll. J. Conſultorum, & in Corona Cremon. Inſignium in Sanctitate.

Cum

Cum facta fuerit hic mentio de Refectorio S. Abundii per P. Perſichellum extructum, libet mentionem facere de pictura in eodem repoſita, ex pennicillo Jo: Cajetani Perſici Laici Profeſſi Theat. egregii Pictoris, ſicuti alterius Laici Franciſci Mariæ Caſelli, quorum opera inſignia ſuſpiciuntur Romæ, Neapoli, ac Florentiæ in Eccl. Cler. Reg. & alibi; hæc ex P. Savonarola in ſuis Collectaneis.

De hiſce Pictoribus multa habentur in libro mſſ. penes me chariſſimi Fratris mei D. Deſiderii Monachi Hieronymiani, cui tit. *Accademia de' Pittori Cremoneſi &c.* ut vidimus ſuo loco.

Notandum pariter eſt in eodemet Refectorio, die quinta Junii anni 1738., qua Feſtum Solemne Corporis Chriſti celebrabatur, hora decima nona.

*Ignipotens triſidos jaculatur Jupiter ignes.*

non abſque damno illius nobilis ædificii; verum prodigio Divi Cajetani adſcribitur, tunc ibi neminem ex familia adeſſe.

Ludovicus Ripa, Thomæ F. ex Commiſſario Cameræ Apoſtolicæ, & Aſculi Præfecto, Epiſcopus Interamnenſis adlectus eſt 1606. quem, quantus Vir eſſet doctrina, & dignitatibus, indicat inſcriptio ſuo tumulo appoſita in ſua Cathedrali, ubi ſepultus eſt.

*D. O. M.*

*Ludovico Ripæ Patricio Cremonenſi Antiſtiti Interamnenſi. Qui cum primarium locum apud Petrum Donatum Cæſium, & Paulum Sfondratum Gregorii XIV. Fratris F. Cardinales ampliſſimos tenuiſſet, & graviſſimis in rebus, atque temporibus egregiam utrique operam navaſſet, ac Apoſtolicæ Cameræ primò Commiſſarius, deinde verò Proauditor plauſu univerſali fuiſſet, diuque cauſas in utraque Signatura retuliſſet, & Aſculanam Præfecturam laudatiſſimè adminiſtraſſet, tandem cum licuiſſet præ ſenio quieſcere, Epiſcopale ſibi impoſitum onus, tanto animi robore, tantoque amore complexus eſt, ut & vegetior quotidie videretur, & toto ſeptennio, quo in Epiſcopatu vixit, ne unum quidem diem cum labore, liberalitate in Pauperes, & Eccleſiam ipſam feriatam abire ſuſtinuerit. Obiit vi. Id. Septembris MDCXIII. nonagenarius. Clemens Antoniatius Firmanus, qui XL., & Jo: Baptiſta Franceſchinus Aſſiſienſis, qui XX. continuos annos in ejus domeſtico obſequio peregerunt, innumeris in Vita beneficiis affecti, & in morte amplo Legato Donati, Mæſtiſſimi poni curarunt.*

Breſſianus in Roſis, & Violis Cremonæ pag. 91. Ludovici Ripæ extant Epiſtola Vernacula ad Equitem Hieronymum Puteum Cremonenſem, data Romæ 11. Martii 1585. inter collectas a Paulo Æmilio Marcobruno pag. 278.

In libro, cui tit. *Rime di diverſi Autori Excellent. libro nono*. Cremonæ per Vincentium Contum 1560. pag. 193., & ſequ. leguntur nonnulla carmina Italica, ſic in initio ſignata, *di M. Ludovico Riva*; hinc pluries hæſitavi, num eſſent noſtri Ludovici; verum cum

nona-

Digitized by Google

nonagenarius obierit anno 1613. potuiſſet ipſe æque bene componere carmina impreſſa anno 1560.

Ludovicus Rodolphinus e Civitate Sablonetæ, Diœceſis Cremonenſis J. C. ac legalibus, eruditiſque ſtudiis addictus, juvenis adhuc edidit.

* *Quæſtionum lib. prim. in quo multa quotidiana, & practicabilia elucidantur, quæ adhuc ſub caligine relata fuerunt &c. nunc primum in lucem edita. Cremonæ ex typographia Baptiſtæ Pellizarii* 1593. *in* 4.

*De abſoluta Principis poteſtate, de Brachio Sæculari, & Eccleſiaſtico implorando. Ejuſdem Quæſtiones ad materiam. Venetiis* 1606. *in* 4. & *in* 8. *Francofurti* 1608. & 1613.

*De modo vivendi in diebus quadrageſimalibus. Hamburgi.* 1613.

*De Ducum Italiæ, quibus regalia jura competunt, Origine, Dignitate, & Poteſtate. Argent.* 1614.

*Ejuſdem, & Ludolphi Schraderi Brunſvicenſis Tractatus miſcellanei. Hamburgi* 1613. *in* 8. quæ habentur in Bibliotheca Legali p. 2. Com. Auguſtini Fontanæ lit. R.

Ejuſdem meminit M. Georgius Draudius in Bibliotheca Claſſica.

Ludovicus Schitius Comes ex Caſtri Didonis in agro Cremonenſi Condominis, poſt mortem Comitiſſæ Camillæ Ferrariæ ejus Conjugis, edidit anno 1677. in 24.

*Pſalmos Confeſſionales &c. Cremonæ typis Laurentii Ferrarii*. Sunt ad imitationem Pſalmorum Confeſſionalium Franciſci Petrarchæ, & aliqui ab eodem excerpti.

In Privilegio Comitatus eidem conceſſi per Potentiſſimum Hiſpaniarum Regem Carolum II. in Aula Madriti die 17. Novembris 1670. penes Comitem Carolum Ludovicum ejus Nepotem inter alia hæc leguntur. *Fidelem Nobis dilectum Ludovicum Schizi Patricium Cremonenſem in noſtro Statu Mediolani, ac per illum nobis relatum fuiſſe, hæredem eſſe ſervitiorum Don Jo: Baptiſtæ Schizi ejus Avunculi Regentis in hoc Supremo Conſilio Italiæ, illorumque fuit Don Raphael Schizi Parens ejus in expeditionibus in Belgio, & prædicto Statu, atque nobis illum etiam ſerviſſe in tempore Obſidionis Cremonenſis, cum etiam ingreſſus fuiſſet una cum ſuis Vaſſallis in munitionem de Sabioneda ex Ordine Cardinalis Trivultii noſtri Gubernatoris, & Præfecti illius Status, præcedente tempore, quo erant Galli in Provincia Cremonenſi, quibus omnibus finem impoſuit ſuis propriis impenſis &c.*

Cum de hac Nobili Stirpe ſermonem fecerim, placet hic exſcribere, quæ omiſimus in primo tomo Cremonæ Literatæ pag. 354. de Jacobo florente anno 1490.

Jacobus Schitius Archipresbyter Mitratus, & Vicarius Generalis Hieronymi Triviſani Epiſc. Cremonæ, cujus Diploma in ampliſſima forma datum Venetiis die 3. menſis Decembris anni

1520.

Digitized by Google

1520. ſervatur in Archivio Capitulari. Ultra dotationem Miſſæ perpetuæ, decantandæ in Cathedrali pro Defunctis, fundavit portiones pro Manſionariis, aliaque pietatis, & munificentiæ monumenta reliquit. Obiit in Oppido Curtis Majoris, ditionis Pallavicinæ die 29. Auguſti 1526., cujus Cadaver Cremonam delatum, & in Eccleſia S. Petri de Pado Canonicorum Regul. Lateranenſium repoſitum; hinc ſolemni pompa funebri translatum ad Cathedralem in novum Sepulcrum, ubi alias aderat Altare SS. Jacobi, & Philippi, ab ipſo erectum, cum ejus effigie marmorea in habitu Pontificali, ac inſcriptione relata dicta pag. 354. Cujus loco aliam ſubnectere hic lubet, ab Auctore hujus Operis exaratam, appoſitam magnificis Ædibus Nobilis hujus Familiæ in ejus antiquo Feudo Caſtri Didonis.

*D. O. M.*
*Schitiorum Familiæ Ædes*
*In Hoſpitium Chriſt. Principum,*
*Et verè Amicorum*
*A Ludov. Schitio Caſtri Didonis*
*R. D. F. J. C. Coll. Com. & Equite*
*Erectas MDIVC.*
*Bellorum Caſibus fere dirutos*
*Ludovicus Nepos*
*A Carolo II. Hiſpan. Rege*
*Comes creatus*
*Reædificavit anno MDCLVIII.*
*Modo in ampliorem formam*
*Com., & Cap. Ludovicus Carolus Trinepos*
*Anno MDCCXXXV.*
*Ad ſui, & Poſterorum decus*
*Reſtituit.*

Item ſcripſimus hoc Epigramma apponendum Arbori Genealogico hujus præclaræ Familiæ.

*OLDROVANDA fuit primo cognomine dicta*
*Nobilis hæc Stirps, nunc SCHITIA nota patet,*
*Floruit, & florebit adhuc poſt Secla Cremonæ,*
*Verum tot Flores quis numerare queat!*
*Excelſa exemplum non natis indicat Arbor*
*Si natis ſimiles, tollet ad Aſtra Caput.*

Nequeo hic præterire, modo in Nobilium Parmenſi Collegio clariſſimorum Alumnorum eflorere Comitem Jacobum Antonium Schitium, memorati Com. Ludovici Caroli Filium, qui in primævo Adoleſcentiæ flore, præter alias inclyti animi dotes muſis latinis,

latinis, atque italicis adeo deditus, ut in hiſce amænis ſtudiorum delitiis Poetam expertiſſimum, creſcentibus annis ſe indicat evaſurum. Eſt ibi Academiæ Selectorum digne adſcriptus.

Ludovicus Zermignasius Malumbra, cui in primo flore juventæ multum deferrebam, ac ejus doctrinæ, quamvis in poeticis admodum obſcuræ propter nimiam, & congeſtam eruditionem. Prælo tradidit Cremonæ 1679. per Franciſcum de Zannis in 12.

* *Paride Giudice, Epopea tragica, dedicata alla Verità*: notandum eſt per Julium Cæſarem Bagnolum de Balneocaballo Ferrarienſi, poema inſcriptum *il Giudicio di Paride*, pariter editum fuiſſe, ut aſſerit Borſettus part. 2. lib. 4. in Hiſt. Ferrariæ Gymnaſii.

* *Le Poesìe riſtampate, corrette con aggiunta, dedicate all' Eccellentiſſimo Coro de' Poeti di queſto ſecolo. Venetiis, & Cremonæ 1682. typis ejuſdem Zanni.*

* *Poesìe aggiunte. Bononiæ 1683. per Hæredes Dominici Barbieri in 12.*

Cum Zermignaſius monodicam vitam duceret, ac in cœlibatu, Aſtronomus, & Monophantus a vulgo reputabatur, & a multis Philoſophus Pythagoricus appellabatur, me nimirum tunc juvenem peculiari benevolentia complectabatur, ac pluries honorifice de me loquebatur, ut ex ſuis carminibus excuſis videre eſt.

Manaritanus Chilacmenus, nomen modeſtiſſimum, potius quam annagramaticum P. Antonii Mariæ Leonis Macchi, ex Preſbyteris illuſtribus Oratorii Divi Philippi Nerii, Brixiæ degentis, nam *Manaritano Chilacmeno* ſyllabice, ac italico idiomate ſonat idem *Anton Maria Leon Macchi*, de quo in hoc libro pag. 16. pauca verba feci; Ipſius novum Opus recepi per manus Amici mei P. Joſephi Bruſati, ex eodem Inſtituto, Cremonæ vero inhabitantis, Viri ingenio, ac doctrina præſignis, nec non mei Adjutoris in reviſione paginarum hujus libri, a typographo prima vice impreſſarum; recepi, inquam, Opus mſſ. ſane laborioſiſſimum ejuſdem Chilacmeni, in quatuor magnis voluminibus in 4 quorum eſt programma ſequens.

*Delle Tragedie di Euripide volgarizate Volume I., contenente l' Ecuba, l' Oreſte, le Fenicie, la Medea, l' Ippolito.*

*Volume II. contenente l' Alceſte, l' Andromaca, le Supplichevoli, le Ifigenie in Aulide, e in Tauro.*

*Vol. III. contenente il Reſo, le Trojane, le Baccanti, il Ciclope, gli Ereulei, l' Elena.*

*Vol. IV. contenente l' Ione, l' Ercole furioſo, e i Frammenti.*

Hæ Tragediæ nonum ultra decimum numerum complent. Fragmenta ibi expreſſa, ſunt excerpta ex ſexaginta quinque Tragediis, & alia nonnulla ex Incertis; perinde magis, magiſve dignoſcitur Paraphraſtis ingenium in Græciſſando, atque ſumma diligentia in carminibus italicis traducendo, metriſve multiformibus e Græcanicis, ipſumet Euripidem imitando.

In

In præludio peritiſſimus Auctor diſertiſſime ſe extendit circa diverſitates, & quidditates metri carminum, quibus uti intendit in verſione.

Poſtmodum fuſo calamo ſui Poetæ Vitam, ab illa Barneſii extractam in XXI. paragraphis diſtribuit, ex qua pauca referam. Euripidem nobili genere prognatum aſſerit, Muſarcho Patre, ac Clitone Genitrice prænobili; raræ indolis, & animi ad virtutes capeſſendas propenſi. In Philoſophia morali Annaſſagoræ, non verò Socratis (ut aliqui autumant) Diſcipulum extitiſſe; ſumma etiam laudatur Vates caſtitate, temperantia, & liberalitate, nec non divitiarum deſpectione, quamvis in Aula Archelai Macedonum Regis chariſſimus reputaretur; & in negotiis gerendis aptitudine præ cæteris Aulicis emineret; Inſuper Athenis oriondus Patriæ ſuæ amator intrepidus, tibi Urbe licet Salamis fortuito ortus, ob bellorum tumultus per Xerſem contra Athenienſes motos, & Græciam; Exemplum, circa Patriæ amorem imitandum, ab iis peculiariter, qui hiſtorias, & Poeſeos pertractant, artes plane clariſſimas ad Patriam, & Familias illuſtrandas.

Hujus Poetæ Tragici tragicum obitum cecinit Marinus hiſce carminibus italicis

*Fiera tragedia di me ſteſſo offerſi*
*Tragico ſventurato,*
*Quando da Cani rigidi, e perverſi*
*Nuovo Ateon fui lacero, e sbranato &c.*

Peto veniam ab eruditiſſimo Manaritano, ſi de Euripide nonnulla in meis Chirocleis reperta heic audeo ſubnectere.

Euripidis mortem deflevere præter Philemonem Alexander Aetolus, & alii, ut ex *Sebaſtiano Corrado in notis Comment. M. T. C. in Bruto de Clar. Orat. Proditum eſt a Scriptoribus antiquis Poetas Nobiles, ut Jonem, cujus carmina de Euripidis morte leguntur, ut Sophoclem, quem ferunt de Euripidis morte ſic doluiſſe, ut & atratus ipſe eſſet; & ſuas tragedias ab Hiſtrionibus ſine corona agi voluiſſet.*

Alii Auctores de Euripide ſcribentes, plures, atque plures adnumerantur, verum, quos ego collegeram, ſunt.

Aulus Gellius Noct. Acticæ lib. II. cap. 4. & alibi.

Franciſcus Robortellus in libro, Ariſtotelis de Arte Poetica explicationes inſcripto.

Petrus Victorius Variarum Lectionum in libris.

Ant. Sebaſtianus Minturnus de Poeta libri III., ubi multa de Tragediis, allegando ſæpe illas Euripidis, eum laudando cum Sophocle qui in hac materia Principes appellantur.

Alexander ab Alex. Genial dierum &c. lib. 3. cap. 11.

Eraſmus Roterodamus in Epiſt. nuncupatoria ad Guilielmum Archiepiſcopum Cantuarienſem, premiſſa traductioni latinæ ab eo factæ



Digitized by Google

Hecubæ, & Sphigeniæ, in Aulide, quam poſſideo excuſam Baſileæ 1524.

Petrus Opmeerus in Chronographia Orbis Univerſi, ubi de Græcia, ſcribit Euripidem Filium fuiſſe Mnearchi (non Muſarchi) forſan irrepſit aberratio Typographi, & quod ultra monumenta ſepulcralia erecta Pellæ, & Athenis, in Gymnaſio Conſtantinopolitano fuiſſe, eidem Statuam poſitam, cum inſcriptione.

Jaſon de Nores in ſua Poetica part. 1. ubi de Tragedia.

Nicolaus Roſſi Vicentinus Academicus Olimpius. *Diſcorſi intorno la Tragedia*, præſertim cap. 17. circa Tragedos.

Lud. Caſtelvetrus nonnulla pertingit in lib. *opere varie critiche &c.* edito a celeberrimo Amico meo Muratorio in §. *luogo dell' Elena di Euripide, ammendato pag.* 100.

Famianus Strada S. J. Proluſ. 3. in Poetica ſuper illud carmen Eurip. in Hippol.

*Jurata lingua eſt, animus injuratus eſt.*

Maurus Verdonius, & Dominicus Bucciolus Ceſenates in libro cui *tit. della diſeſa della Commedia di Dante*, ubi multa in primo Volumine.

Hæc volui dixiſſe, ut dignoſcatur inter cæteros Euripidis Encomiaſtes, quantum in hoc opere elucubratiſſimo Manaritanus Chilacmenus emineat.

MANFREDUS TRECCUS, Marchio Malèi, & Glareæ Laudenſis, Marchionis Petri Franciſci, de quo erit ſermo, Filius digniſſimus; *decet enim*, ut Iſocrates ad Demonicum, *Filios veluti ſubſtantiæ, ſic Virtutis, & Amicitiæ Paternæ hæredes eſſe*; Adoleſcens præclariſſimi Collegii Clementini in Urbe Alumnus, modo Patriæ ex Decurionibus, & ab ea pluries honoribus decoratus, præcipue anno 1711. Octobrio menſe, cum Auguſtiſſimus Imperator Carolus VI. Mediolanum perveniſſet, ad Patriæ humilima obſequia Cæſareæ Majeſtati præſtandum, una cum aliis Nobilibus Patriciis, in pleno Nob. Decurionum conſeſſu extitit delegatus; pro ut anno 1733. menſe Novembris ad Regem Sardiniæ, in Oppido Malèi, ejuſdem Marchionis Feudo, nec non ad eumdem Regem menſe Aprilis 1734. cum eſſet Auguſtæ Taurinorum, pro arduis Patriæ negotiis, quibus aſſidue, modo etiam diligentiſſime incumbit; nec ab amœnioribus literis ſejunctus noſcitur; Gallici idiomatis peritiſſimus, inter alias ſui ſtudii delitias, Comędias nonnullas, ex Gallia ad Italos detulit, quæ mſſ. apud eumdem extant. Quinimo ſæpe ſæpius ad Comędias theatraliter exponendas a ſimilium ſtudioſis Mœcenas acclamatur. En tituli Comęd.

*La Donna in Cattedrà, o ſia la Teologìa caduta in mano di una Donna.*

*La Donna in Cattedra Vendicata, o ſia la Teologia, alloggiata al grande Spedale, altre volte detto il Caſtello di Biſetre.*

*Il Santo diſcreditato, o ſia il Banco fallito de' Mercanti de' Miracoli dal Sanparì. Apologia di Cartuccio, o ſia lo ſcelerato ſenza rimprovero mediante la Grazia*

*Grazia del P. Queſnello. Dialogo fra un Dottore Cattolico, ed un Gianſeniſta di buona fede.*

*Il Tamburo notturno, overo il Marito Indovino.*

Lector, ſi placet, te præmonere, ne mireris, ſi Comędiarum tituli, non recte auribus ſonantes videantur; ſane etenim in earum lectura falſæ Janſeniſticæ, & Queſnellianæ opiniones, & propoſitiones reſſelluntur, & quorumcumque Auctorum Hæreticorum Deciſiones, Conſilia, Apparitiones, Prodigia, & ſomniata miracula confutantur, ac penitus craſſæ malignantium tenebræ diluuntur; quinimo tam in decurſu, quam in fine Operum, Catholica Romana Fides confirmatur, & triumphans exaltatur.

MARCELLUS A RUVERE Cler. Reg. Theat. in ſæculo Carolus Noriſſus, profeſſus die 14. Martii 1632. humanioribus literis, Græca, & Hebraica lingua peritus, nec non latina poeſi inſtructiſſimus. Fuit Romæ a Secretis Reverendiſſimi P. Generalis D. Stephani de Medicis, & ibi dum eſſet, Miſſionarii Apoſtolici munus deſiderans, ad Indos Orientales profecturus, in Congregatione Propagandæ Fidei ſelectus fuit, una cum P. D. Alexandro Botta pariter Cremon., ac P. D. Joanne Baptiſta Summaripa Tranenſi ambobus Cler. Reg. qui peregre proficiſcentes, in Deſertis Arabiæ nimio calore ſuppreſſi, menſe Auguſti 1643. a laboribus quieverunt in Domino; ſepulti in ruinis antiqui Clauſtri apud Ninivites, ut indigitat *P. Vincentius Maria a Sancta Catharina Senenſi Carmelita Excalceatus in ſuo libro, cui tit. Viaggio alle Indie Orientali lib. 1. cap. 24.*

In Bibliotheca S. Abundii Cremonæ ſervantur mſſ.

*Miſcellanea poetica in 4. continentia carmina latina præcipue in laudem B. Cajetani Fundatoris, & B. Andræ Avellini, ac duas Elegias, unam ſcilicet de Chriſti Reſurrectione, alteram de Cremonenſi Peſte*, quarum Exemplaria dono habui a P. D. Innocentio Raphaele Savonarola.

*Prediche di Quareſima, ed altri Diſcorſi in fol.*

De eo P. Silos p. 3. Hiſt. lib. 5. pag. 164. & lib. 7. pag. 285.

Hieronymus Faber Miniſter S. Congr. de Propaganda &c. in Vita P. D. Franciſci Manchi Cler. Reg. Theat. Miſſ. Apoſtol. Romæ excuſa 1649. pag. 222.

P. D. Bartholomæus Ferrus Tom. 2. Hiſt. Miſſ. Apoſt. lib. 1. cap. 4. pag. 38. P. Clemens Galanus de reconciliatione Eccleſiæ Armenę cum Romana. P. D. Franciſcus Maria Maggius Panorm. in Praxi exercitiorum ſpiritualium, & idem in tom. 2. Sermonum in Novendialibus S. Cajetani. Idem P. Savonarola in libro, ubi Imagines Vir. Illuſtrium ſuæ inclytæ Religionis, ſub illis P. a Ruvere, & Sociorum hæc habet.

*P. D. Marcellus a Ruvere, P. D. Jo: Baptiſta Summaripa, P. D. Alexander Bottus Cler. Reg. qui æſtu, qui ſiti, qui ærumnis ſine ferro, non ſine Palma in Deſertis Arabiæ Fidei Victimæ abſumpti.*

Marcus Tartesius ex inclyto Prædicatorum Ordine S. T. M. bonitatis, & ſcientiæ ſplendore coruſcans in Bononienſi doctiſſimo Cœnobio, permulta digeſſit.

*Super Opera D. Thomæ Aquinatis*, quæ aſſervantur in Bibliotheca ſui Conventus Cremonæ, ut ſcribit

Joſeph Breſſianus in Virtù Ravv. ad annum 1618.

Marcus hic nepos erat Marci Pauli Tarteſii, de quo plura diſſeruimus in tomo 2. Crem. Liter. ad annum 1559.

Marcus Antonius Belpierius, Hyacinthi celebris Bibliographi Filius, Romæ diu vixit ſtudiis Aſtronomicis incumbens, non muſarum Italicarum oblitus, vulgavit opuſculum, ſeſquipedali voce inſcriptum.

* *Vatiaſtroſoſomantico, ſopra l'anno 1677. ſub nomine Annagramatico di Pietro Leonomio Arabo. Cremonæ typis Franciſci Zannii in* 12. cum eſſet Amicus meus ei crebiter, & jóculariter dicebam illud Euripidis de Calchante in Iphigenia, ab Eraſmo latine traductum.

*Augur, quis autem eſt Augur: is videlicet*
*Qui vera pauca, falſa dicit plurima,*
*Si ſors ita ceciderit; atqui ſi minus*
*Ita ceciderit, tum vel arte elabitur.*

Et feſtiviter illud e Pacuvio, relatum a Petro Crinito de honeſta diſcipl. lib. 8. cap. 9.

*Nam iſtos, qui linguam aviam intelligunt,*
*Pluſquam ex alieno jecore ſapiunt quam ſuo,*
*Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo.*

Edidit inſuper

* *Per l'ingreſſo nel Monaſtero de' SS. Quirico, e Julita di Cremona della Signora Anna Maria Moſca, ſotto nome di D. Roſa Antonia Virginia. Cremonæ iiſdem typis* 1682. Sunt hæc multa carmina italica in laudem Candidatæ, quæ erat ejus ex Sorore Nepos.

Marcus Antonius de Osiis, ſive de Oxiis, Muſarum omni gratia cultor, tam etruſco, quam latino idiomate, ut ex libello mſſ. penes me ſervato, qui a majore volumine noſcitur eſſe ſubtractum.

* *Quatuor*, ut ajunt, *Sonetti*, inter ceteros ibi habentur in Aſſumptione ad Summi Pontificatus faſtigium, Card. Nicolai Sfondrati Epiſcopi noſtri, & Patricii anno 1590. Anno 1605. fuit admiſſus inter Nob. Decuriones Patriæ, & anno 1617. eumdem video inter Nob. Protectores Carceratorum.

Marcus Hieronymus Vida Albæ Epiſcopus, qui Princeps inter Poetas Catholicos ſextodecimo ſæculo floruit, ut nos late oſtendimus in ſecundo tomo noſtræ Cremonæ Literatę: Verum cum Oxonii, vulgo Oxfort, in Anglia recuſa elegantiſſime fuerint ejus Poemata anno 1722. ex typographia Clarendoniana; hic ea referre optimum duco. En tituli

*Marci*

Digitized by Google

*Marci Hieronymi Vidæ Cremonenſis Albæ Epiſcopi Poematum, quæ haud plane disjunxit a fabula. Pars prima, continens de Arte poetica libros tres, Bucolica, & Epiſtolam ad Joannem Matthæum Gibertum, edidit Thomas Triſtram &c. Anno vero* 1723.

*M. Hier. Vidæ &c. Pars altera continens Bombycum libros duos, Scacchiam ludum, & carmina diverſi generis &c.* & hic per modum tranſeuntis in gratiam Literatorum, non eſt omittenda notitia eruditiſſimi Operis in duos tomos diſtincti. M. Aurelii Severini de Tarſia Med. Neapoli, ibi impreſſi in 4. anno 1690. inſcripti *la Filoſofia, overo il Perchè degli Scacchi.*

Anno pariter 1731. curantibus diligentiſſimis æque, & eruditis Fratribus Joanne Antonio, & Cajetano de Vulpiis Patavinis prodiere Patavii per Joſephum Cominum in 4. ejuſdem Vidæ Poemata omnia, nec non dialoghi de Reip. dignitate: cum effigie, ac numiſmate ejuſdem magni Viri; Liber in quo multoties fit mentio hujus Operis Auctoris.

Memoratus Vida noſter, cujus opera pluries, atque ſæpiſſime fuere etiam ultra montes, & maria procuſa, cujus nomen, & Patria ab innumeris ferme Scriptoribus laudantur, quo pruritu, neſcio, ſeductus quidam Clericus Reg., cujus Cognomen ſub ſuis in ſepulcri cineribus obrutum ſileo, mutuato nomine Juſti Vicecomitis neſciens, quæ ſcribit Euripides in Hecuba, latine &c.

. . . . . *Haud decet hominem lingua magis*
*Ullo valere tempore, ac factis valet;*
*Sed ſeu proba egit, oportet, & proba loqui &c.*

auſus fuit anno 1712. Mediolani edere *licet legatur Bergomi apud Rubeum*, opuſculum cui tit. *Pro Bernardino Corio Mediolanenſi Hiſtorico Diſſertatio*, in quo animos legentium ad bilem commovere ſuſdeque intendit contra Vidam, eo ductus, cum Vida amore Patriæ incenſus expendat nonnulla exarata a Coriario, non Corio, prudenter vocato, in Actione tertia contra Papienſes, Cremonæ, & Pariſiis impreſſa; Quapropter ad haſce retundendas calumnias, coactus fuerit Auctor apologiam ſcribere, eamque Patriæ Literatis, & Patriciis pro cenſura ſubmittere, ut in lucem eam proderet, ni ex notiſſimo in ejus domo incendio concrematam perdidiſſet, (Lector videat, quæ in Indice operum Auctoris poſtmodum ſcripta extant). Verum nequit Auctor hic diſſimulare nonnulla, quæ de Corio, tam injuſte a recenſito Juſto, ſui clypei imbecillitate defenſo collegerat, enumerando viginti & ultra exteros Scriptores de eo non bene ſentientes, quorum nomina ſubticere optimum ducit; ſatis enim modo eſt, duos Mediolanenſes in ſcenam adducere, acriter contra Corium conclamantes, & magis, atque magis, quam noſtrum Vidam, inultos ſiquidem relictos cum aliis multis a Vicecomite. Unus ex iſtis proſtat Lancinus Curtius Poeta, Corii coævus in ſuis epigrammatibus penes Bartholomæum

lomæum Curtium, ſive de Curte egregium Medicum, ejuſdem Curtii Gentilem, Mediolani (ſi recte memini) excuſa initio ſæculi ſeſquimilleſimi; & alter adhuc vivens doctiſſimus ſcilicet Ambroſianæ Bibliothecæ Præfectus Joſeph. Ant. Saxius in ſua Apologia pro SS. Gervaſio, & Protaſio, quibus addo tertium Inſignem Mediolanenſem dignitate, & religione conſpicuum in libro anno 1734. Venetiis evulgato, ita inſcripto, *Romani Pontificis Privilegia adverſus noviſſimos Oſores vindicata duplex Diſſertatio*, ubi legitur §. 23. Diſſert. 11. *Rerum Mediolanenſium Bernardinus Corius refert Bonifacium Nonum S. P. largitum fuiſſe pro ditione Vicecomitum indulgentiam, qua unuſquiſque, quibuſdam collatis eleemoſynis in pauperum levamen, abſolutus a quocumque peccato exiſteret; etiam ſi nec confeſſus, nec contritus ea defleret. Inſipida plane fabella hauſta a Viro in Theologia hoſpite. Indulgentiæ, non ad culpam, ſed ad pœnam tollendam conceduntur. Ignorantia adeò craſſæ notam tempore Bonifacii IX. Curiæ Romanæ imputare intolerabilis ſtupiditatis eſt vitium; procul dubio ex deceptione peccavit Corius &c.* eadem profecto de cauſa, aliiſque ſimilibus lapſibus hiſtoria Corii prohibetur in Indice S. Congreg. donec corrigatur.

In Tomo II. pag. 111. ubi de Vida hæc verba leguntur *Mutonus Nicol. ſuper Schacchia paraphraſim italico verſu edidit Romæ anno* 1554. mutetur verbum *Scacchia* in *Poetica*; cum ad me devenerit libellus, cui tit. *Poetica del diviniſſimo Poeta M. H. Vida d' Eroici latini in verſi Toſchi ſciolti traſportato da M. Nicolò Mutoni &c.*

Ibi addenda eſt traductio Chriſtiadis Hiſpano idiomate a Jo: Martino Cordero, e Valentia hoc titulo.

*Los Chriſtiados de Hieronimo Vida Obiſpo de Alba traducidos, y dirigidos alla Sereniſſima Reyna de Inglaterra, Francia, y Ibernia, y muy poderoſa Princeſſa de las Eſpannas &c.*

Martha Francisca de Volpinis inter Sanctimoniales S. Claræ in Patria, Cœleſti Spiritu plena, plura ſcripſit, & præcipue

*Vita di una buona Serva d'Iddio per nome Domenica Camanina in* 4.

*Item in* 8. *Regiſtro delle Grazie, e Lumi comunicati da N. S. alla medeſima Autrice.*

Servantur hæc duo volumina mſſ. in prędicto Monaſterio, in quo Ven. hęc Monialis pervolavit ad Superos die 6. Septembris anni 1667.

Auctor ejuſdem meminit in narratione hiſtorica de Ven. Angela Seraphina Moniali in Aſceterio, nuncupato Corpus Domini Cremonę cap. 25.

Matthæus Cavanea optimæ ſpei Adoleſcens, mihi valde cognitus, Muſarum Aſſecla cecinit.

* *La Morte di S. Omobono. Oratorio per muſica da recitarſi in congiuntura della Feſta del medeſimo Santo. Cremonæ per Laurentium Ferrarium* 1697. *in* 4. Præ nimio timore oppreſſus die prima Februarii

rii 1702. qua Germani Cremonam repente aggreſſi ſunt, ardenti febri correptus, in primo flore juventæ, hinc ad paucos dies exceſſit e vivis.

MATTHÆUS COPELLUS Sacerdos ſæcularis, & Parochus Eccleſiæ S. Sophiæ Cremonæ, prælo tradidit in 12. cum eſſet expertus Ludimagiſter.

* *Direttorio de' Fanciulli, col quale per una ſtrada faciliſſima, e ſicuriſſima ſi manuducono alla Gramatica. In Cremona* 1682. *Ex prælo Franciſci de Zannis.* Opuſculum pluries recuſum in Patria, cum ſæpiſſime præ manibus Puerorum teratur; ut plane contigit Franciſco Seraphino parvulo meo dilectiſſimo Nepoti.

MATTHIAS GUARGUANTUS, Soncinas Sacerdos Congr. Clericorum Regularium S. Pauli, in gratiam Monialium Angelicarum S. Pauli Mediolani, aliarumque Cremonę, ac in aliis Urbibus degentium ſub cuſtodia PP. Cler. Reg. Barnabitarum, in lucem emiſit.

*Vita angelica dirizzata alla divozione, ſervitù, e culto di Maria Vergine. Mediolani* 1628. *& Bononiæ apud Clementem Ferronum* 1631. *in* 12.

Laudatur a Melchiore Alciato J. C. in prę fatione ſui Tract. de Prę cedentia, *ubi Summi Vir officii, ſummæque Sapientiæ Don Matthias Guarguantus Soncinas Cler. Reg. & S. T. Lector &c.*

In Indice Scriptorum Cong. Cler. Reg. S. Pauli concinnato 1735. lit. M.

MAURUS STANCARIUS Cler. Reg. Sacerdos ex Congregat. PP. Barnabitarum, degens in Collegio SS. Jacobi, & Vincentii Patrię, ſcripſit magnum paginarum volumen, proficuum admodum bonorum Eccleſiaſticorum Adminiſtris, & Oeconomis, cui tit. italice

*Il Procuratore, o ſia Miniſtro Economico de' Collegj, Monaſterj, Conventi, e ſimili in fol.*

Servatur in Bibliotheca ejus Collegii, ut mihi indicavit P. D. Romulus Maffus; quinimmo illud volumen prę manibus habui, & nonnulla etiam ſæcularium familiis utilia perlegi.

MAXIMILIANUS DE MONTEVIRIDI, Claudii Muſici celeberrimi Filius, Philoſophiæ, ac Medicinę Doctor, evulgavit.

*Tyrocinium Medicum.*

ubi excuſum fuerit non recordor, nam a memoria mea id evanuit ex incendio tertii tomi meę Cremonæ Literatę, ubi de eo egeram. Claudii verum ejus Genitoris meminit inter ceteros Guidobaldus Benamatus in Victoria Navali l. 12. 90.

MAXIMILIANUS TRECCUS, Marchionis Petri Franciſci Manfredi, de quo erit ſermo frater, ex Abbate Canonicorum Lateranenſium Archidiaconus Cathedralis in Patria, multa ſcripſit, & recitavit oratione ſoluta; item quam bene Muſis italicis uteretur, habetur ex typis.



Digitized by Google

*Cantata oratoria nell' inſigne Collegiata de' SS. Egidio, ed Omobuono, dedicandoſi un' Altare ad onore della B. V. in atto di benedire il ſuo Figlio. Cremonæ per Franciſcum Sabionum, & Alexandrum Bazacchium Socios &c.*

MAXIMILIANUS EX MARCHIONIBUS UGOLANIS Abbas, & Canonicus Majoris Templi in Patria ſcripſit pio, & erudito calamo.

*Le memorie più prezioſe della Ven. Madre Suor Angela Seraſina Paſini Religioſa Franceſcana nel Moniſtero del Corpus Domini di Cremona, Iſtoria panegirica diviſa in due parti.* Liber mſſ. in fol. ſervatur apud Sanctimoniales ejuſdem Monaſterii a me viſus, & lectus, in quo plurima devotio arguitur hujus Auctoris erga Ven. Angelam Seraphinam.

Ego item ſcripſi, & vulgavi anno 1730. Cremonæ typis Ricchini *Racconto iſtorico di alcune notabili Azioni della Ven. Suor Angela Seraſina Paſini Cremoneſe &c.* ut in hoc libro pag. 61.

MELCHIOR DE AYMIS, Ludovici Regii, & Ducalis Mediolani Senatoris Filius, J. U. D. Canonicus Eccleſiæ Majoris Cremonæ, Abbas SS. Nazarii, & Celſi in Novarienſi Diœceſi, Legali ſcientia præditus, ac peritiſſimus Vicarius Generalis Eminentiſſimi Petri Camporei Cardinalis Epiſcopi Cremonenſis.

*Juris allegationes permultas eleganti calamo exaravit, nec non in Sacris Bibliis commentaria conſcripſit*, ut refert Breſſianus in Vir. Ravv.

MICHAEL TURRIUS, Julii J. C. C. Filius, paternam virtutem æmulatus J. C. & ipſe Collegiatus evaſit, Patriæ Decurio, Orator Mediolani apud Excellentiſs. totius Dominii Moderatores, Prætor in Urbibus Laudæ Pompejæ, & Novocomi, & bis Alexandriæ, Judex Maleficiorum Papiæ ſub Pretura Octaviani Picenardi Senatoris Cremon. Patricii, aliiſque dignitatibus decoratus, obiit in Patria 1644. ſepultus ad Divi Petri. Ultra legalia opera ab eo ſcripta, muſarum amicus, edidit

*Carmina, & epiſtolam de Poematiis Philippi Albertinii, Æneæ Vainii Equitis nuncupati. Ticini 1605. ex typographia Andreæ Viani in 8.*

Breſſianus ejuſdem meminit in Coll. J. Conſultorum Cremonæ ad annum 1611. & ex Lyceo Herc. Legati.

MICHAEL ANGELUS BOTTUS Cler. Reg. Somaſchenſis Congregationis, perquam egregius Theologus, Concionator Evangelicus, & facundiſſimus Orator. Theologus electus a Petro Vidono Nuncio apud Sarmatiæ Regem, exinde S. R. E. Card., verum ob clima frigidiſſimum munus, invito quidem animo recuſavit. Poeſi tam latina, quam italica delectabatur, teſte P. Sementio ejuſdem Cong. a me ſæpe laudato, qui commendat ejuſdem poematium italicum, cui tit. *La Momboleide*. Extant ex ſuis Operibus excuſis.

* *L' Architetto politico. Orazione detta nel giorno Anniverſario dell' Unione 12. Settembre 1641. nella Chieſa di S. Ambrogio della Comp. di Gesù alla preſenza del Sereniſſimo Sig. Gio: Agoſtino de Marini, Duce della Repubblica di Genova, e de i due Sereniſs. Collegj. Cremonæ per Belpierium 1641. in 4.*

Obiit

Obiit die 24. Januarii 1664. Mediolani in Collegio Monfortiano, ubi ſepultus eſt, ut nobis indicavit ſæpe laudatus P. Semenzius, qui plurimum commendat duas Panegyricas orationes a Botto compoſitas, ſcilicet ad laudes S. Thereſiæ, & Divi Franciſci Xaverii.

Quantum polleret in muſis latinis, en hauſtus ſuper ſequenti themate.

*Num tam æſtivo, quam hyberno tempore ſtudia proſequi debeamus.*

Epigr.

*Infremat Urſa gelu rabido, Syriiſque latratu,*
*Flamma Arcton mulcet, mitigat umbra Canem.*
*Qui ſtudet igneſcit, menti calor incidit illi,*
*Cui non horrendis nutibus obſtat hyems.*
*Pulverulenta æſtas mugitu ferveat alto,*
*Blandula diffuſas temperat aura faces.*
*Lauriger æthereos calles percurrat Apollo,*
*Nec ardens Cancer, nec Caper aſper obeſt.*

Inter imagines Conſanguineorum meæ familiæ ſervatur illa P. Botti, cum hac epigraphe;

*Michael Angelus Bottus C. R. S. ſua Ætate primi nominis Theol., & Orator, Angelæ de Bottis, Joannis Lud. Ariſii ſecundæ Uxoris Patruus. Obiit Mediolani IX. Kal. Febr. anni 1664. in Collegio Divi Petri in Monforte.*

Laudatur a celebribus ſuæ Congr. Viris, ſcilicet a P. Petraſancta in ſuis carminibus italicis, nec non ab Abbate Piccinello in Atheneo Liter. Mediolan. ubi de P. D. Æmiliano Caſtellionio Somaſchenſi, a P. Aloyſio Cerchiari itidem ſuæ Congr. in orat. pag. 139. laudando Tragediam P. Botti, quæ Arginaldus inſcribitur.

Michael Angelus Bottus, alter Cœnobita ex Franciſcana Minorum Obſervantium Familia, devotionis, ac pietatis ergo, quia coluit Divum Petrum de Alcantara reimprimi curavit; ad commodum publicum.

**Trattato dell' Orazione, e Meditazione, compoſto da S. Pietro d' Alcantara de' Min. Oſſervanti, aggiuntovi alcuni documenti del P. M. Gio: d' Avila, dati ad un ſuo Diſcepolo.* Cum primum eſſet excuſus liber Coloniæ Agrippinæ, recuditur Brixiæ anno 1698. in 16.

Michael Angelus Chinellus ex Sorexinæ Cremonenſis Agri Municipio, Congreg. Lombardiæ, Ordinis Eremitani S. Auguſtini Sacerdos, S. T. M., & ut plurimum Lector actualis; ſemel Procurator ſuæ Congreg. Generalis. Anno 1617. Prior Cœnobii S. Auguſtini Mutinæ, dignum pro ſuo Inſtituto Filium ſe exhibuit, editis ingenii ſui aliquot monumentis, præſertim

*Scrutinium, & Clypeus R. P. F. Michaelis Angeli Chinelli &c. pro ejuſdem Congregationis patrocinio ſuper diſpoſitione Ad. R. P. Mag. N. N. Ordinis præſuti adverſus eamdem Congregationem inſtituta. Mutinæ ex typographia Juliani Caſſiani 1618. in 4.*

Mi-

Michael Angelus Farisellus Ord. Servorum B. V. M., S. T. M., & Orator in ſua Congregatione conſpicuus; aliquando Provinciæ primus Miniſter, ad cujus memoriam perenne legitur in Æde S. Victoris, culta per PP. Serv. ſequens inſcriptio elogiaca in ingreſſu Januæ Majoris ad lævam in Eraclio lapide aureis notis obſignata.

*D. O. M.*
*Terrenis qui honoribus inhias,*
*Mundique illecebras cupis,*
*Hinc lumina vertas*
*Lector inconſultiſſime*
*F. Michael Angelus Fariſellus Servita Cremonenſis*
*Hæros Religioſiſſimus ſua Virtute*
*In Pulpitis, ac Exedris prædominante,*
*Factus invito animo Provincialis,*
*Tanti muneris pompam non ſufferens*
*Placentia citiſſime diſceſſit,*
*Et ne ulli deberetur, ni Cœlo*
*Sua ſe in morte reſtituit Patriæ,*
*Hoc uno Mundum vix inſecutus.*
*Obiit anno MDCLIX.*
*Die XVII. Septembris*
*Frater Carolus ejus Frater Poſuit.*

Cum in archivo memorati Cœnobii compertum fuerit Teſtamentum eorum PP. favore conditum anno 1399. per Sapientem Virum, & Philoſophum, Magiſtrum Artium Doctorem, & Moderatorem Antonium de Judicibus de Cremona, Venetiis degentem, cum agatur de Viro Literato, quamvis præ cæteris ignoto, lubet hic ejus nomen, & agnomen apponere, nec non prælibati Teſtamenti nonnulla verba, ut morem geram humaniſſimo P. S. T. M. Joanni Angelo Porcello, ex præclaro Oppido Caſalis Majoris, Miniſtro Provinciali, diligentiſſimo, Hiſtoriarum ſui Ordinis Indagatore, æque ac Inſtauratore, en verba Teſtamenti. *Poſt mortem Uxoris Gaſparinæ diſponit de omnibus bonis ſuis, ut fiat unus Conventus Servorum S. Mariæ, qui eſt Quintus Ordo Paupertatis, Cremonæ, quæ eſt Patria mea, & capiatur Eccleſia S. Magdalenæ, quæ eſt apud Portam exiſtentem in Gonzaga, & ibi fiat locus pro ſupradictis Fratribus, qui quidem habeant omnia mea bona, tam præſentia, quàm futura &c.* non eveniſſe caſum iſtius legati credendum eſt, ex his quæ non videmus.

Michael Angelus Pueronus Abbas Olivetanus, Frater jam memorati Dominici ejuſdem inclytæ Congr. Abbatis Generalis, Philoſophus, ac diſciplinis Eccleſiaſticis non parum inſtructus. Suorum Aſceteriorum præclarus Beneficator, ac in rei Monaſticæ incrementis

mentis conſpicuus Auctor. Oratione funebri in ſuis exequiis habitis in Æde S. Laurentii ab Angelo Maria Coſta Januenſi Mon. Oliv. Cremonæ excuſa per Zannios 1628. in 4. laudatur.

Michael Franciscus a S. Joanne Baptista, natus ex Marchionibus Rodeſchinis, Carmelita Diſcalceatus, Sacerdos, ingenio eleganti, & venuſto, hinc facundus Evangelicus Orator in conſpicuis Italiæ Suggeſtibus, ac eximiæ ſubtilitatis Theologus, cujus importunum obitum deflevi, cum eſſet mei Amiciſſimus, in Cœnobio Patriæ ſequutum anno 1727. ex ſuis Operibus editis ſunt

* *I trè impoſſibili Trionfati, Panegirico in onore del Glorioſiſſimo Martire S. Venanzio, Patrizio, e Protettore di Camerino. Ibi cum eſſet Concionator Quadrageſimalis anno* 1708. *in* 4.

* *Il Miracolo del Valore, Panegirico in onore del Glorioſiſſimo S. Baſſianò Veſcovo, e Protettore di Lodi, detto nel Duomo della ſteſſa Città, per il giorno della ſua Feſta dell'* 19. *Gennajo* 1716., *ibi excuſus per Carolum Joſephum Aſtorinum Sveſtum in* 4.

* *Vita, Geſte, e Miracoli di S. Gioanni della Croce, Compagno di S. Tereſa di Gesù, nella Fondazione dell' Ordine de' Carmelitani Scalzi. Cremonæ per Petrum Ricchini in* 8.

*Il Quareſimale, Volumen dignum ut typis tradatur.*

In ejus laudem multa habentur carmina, edita in Urbibus, in quibus ipſe concionabatur, & præcipue leguntur in unum collectæ Feſtivæ Acclamationes in laudem Ad. R. P. Michaelis Franciſci a S. Joanne Baptiſta Ord. Carmel. Diſcalceatorum Cremonenſis in Cathedrali Peruſinorum Eccleſia anno Domini MDCCXXVI. Concionatoris ornatiſſimi a Seminarii Alumnis in æternum obſequii monumentum, ejuſdemque meritis humiliter exhibitis. Peruſiæ typis Conſtantini in 4. Item

*Poetiche Acclamazioni all'erudita, e zelante facondia del M. R. P. Michele Franceſco di S. Gio: Battiſta di Cremona Carmelitano Scalzo, Oratore celeberrimo per la ſeconda volta nella Cattedrale di Forlì, la Quareſima dell' anno* 1722. *In Forlì per Gio: Felice Dandi in* 4.

Nicola de Camiis Congregationis Inſubriæ Auguſtinianus Philoſophiæ, ac Theologiæ Lector, nunc Concionator egregius, ac poeticis muſis italicis apprimè datus, in Patriæ Cœnobio Prior, & modo ſuæ Congregationis Viſitator, ex Compaſtoribus Arcadiæ Cremonenſis Coloniæ, *Ipranii* nuncupati, edidit anno 1725. in Feſto S. Catharinæ V. & M. tres muſicales concentus, quibus titulus

* *La Fede trionfatrice contro l'Idolatria per lo glorioſo Martirio di S. Cattarina V., e M. Protettrice degli Studj Agoſtiniani. Typis Petri Ricchini in* 4.

Ex jure merito imprimendis. *Orationes panegyricas quatuor pro S. Patre Auguſtino. Duas pro S. Nicolao Tolentinate. Duas pro S. Joanne Bono Mantuano. Item alias pro Immaculata B. V. M. Conceptione. Pro S. Philippo Nerio. Pro B. Facio, habita in Cathedrali Cremonæ, ac Conciones Quadrageſimales omnes completas.*

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus Ceus S. T. M., & Theologus doctiſſimus, in Comitiis Romæ habitis anno 1625. die 16. Maii electus Procurator Generalis Ordinis S. Mariæ Servorum, Rhetor inſignis, Philoſophiam publice legit in Univerſitate Ticinenſi, & demum in Bononienſi, cum eſſet Theologus Cardin. Hieronymi Columnæ; Plures habuit Orationes in Pontificio Sacello, coram Urbano VIII. S. P., & Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus, vulgavit

* *Orationes ſex, uno libello contentas. Romæ, apud Hæredem Bartholomæi Zanetti 1628. in 4. tres ſcilicet in Epiphania Domini, & tres in Dominica Paſſionis ad Urbanum VIII. P. M. diebus a S. Sede Apoſtolica Religioni S. Mariæ Servorum aſſignatis, atque Collegio Apoſtolico conſecratæ.*

Obiit anno 1643. Bononiæ, dum eſſet Lector Pub. in ea Univerſitate, ex Allacio, & Aug. Michaele Saluccio in Annal. ſuæ Congregationis ad dictum annum.

Memoratur ab eodem Allaccio in Apibus Urbanis pag. 199. a P. Aloyſio Maria Garbio in Continuatione Annalium S. Ordinis Servorum B. M. V. Tom. II. Lucæ 1721. cent. 4. cap. 8. pag. 566.

A Creſcentio in Præſid. Rom. lib. 3. ubi de Serv. B. V., & ibi mentio habetur de P. Jo: Paulo Pallavicino Cremon. S. T. M. Marchionis Galeatii Filio.

Cum de P. Ceo hæc dixerim, ſubdo, eruditionis gratia, me paulo ante legiſſe in libro nuperrime excuſo Veronæ lib. 1. §. 4. doctiſſimi ſane Auctoris, cui tit. *Eſame della Rettorica antica, e uſo della moderna &c.* inter Iſocratis Athenienſis Præceptores floruiſſe Prodicum Ceum, & in lib. 2. §. Prodium vocatum; hinc nova non eſt in Ceis Ars Oratoria.

Nicolaus Corradinus triginta quatuor annorum ſpatio in noſtra Cathedrali muſices Præfectus, in Synphoniis, & Organi pulſationibus ſingularis Magiſter, adeo ut ipſe meruerit vocari ab Imperatore Ferdinando II. ad Aulam Vindobonenſem, & illico Phonaſci honore decorari, opera muſicalia edidit hoc tit.

*Libro de' Madrigali a cinque, e otto voci, con ſinfonie.*

*Canzoni Franceſi &c.*

Nicolaus Hemus, ſive Emus Carmelita S. T. D., & Orator, de quo ſcripſimus in II. Tomo noſtræ Cremonæ Literatæ ad annum 1585. pag. 391., & ejus opera recenſuimus, verum cum ad notitiam nuper devenerit opuſculum ſequens, hic illud exhibere non dubitavimus.

* *Oratio Magiſtri Nicolai Emi Cremon. Carmelitæ pro gratiarum actione in Comitiis Generalibus habita anno 1593. Cremonæ apud Stephanum Draconium 1595.*

Nicolaus Scortia, dum hæc ſcribo anno 1733. Præpoſitus Cler. Reg. Theat. in Ædibus Divi Abundii, inter laudes eidem debitas, & pietatis, ac doctrinæ maxima illa eſt, qua improbo labore in numeroſa librorum Bibliotheca ſuarum Ædium duos copioſiſſimos



Digitized by Google

mos Indices elucubravit in duobus fere immenſis voluminibus.

*Primus indicans librorum Auctores, ac loca Bibliothecæ, ubi ſiti ſunt.*

*Alter de materiis, quorumcunque librorum.*

In eadem Bibliotheca ſuæ virtutis, & maxime in poetica facultate monumenta ſervantur.

Ex editis typis Ricchini anno 1732. in 12.

* *Conſtituzioni, Obblighi, Cerimonie, Preci, Privilegj, ed Indulgenze de' Fratelli dell' Oratorio del SS. Crociffiſſo, regolato da PP. Cher. Reg. di S. Abondio di Cremona. Opera diviſa in cinque brevi parti.* Ibi legitur Epiſtola nuncupatoria Confratribus directa, ac Proemium, omnia eleganter, & charitatis zelo compacta.

Nicolaus Sfondratus Cler. Reg. Theat. Religionem ingreſſus die X. Novembris 1632., & profeſſus in Domo ſæpius laudata S. Abundii die 30. Aprilis 1634. Theologicis, & Sacrarum Literarum ſtudiis apprimè doctus, ex materna hæreditate Eliſabethæ Perſicæ plura contulit beneficia, tum Eccleſiæ, cum Domui religioſæ. Eximia ac inimitabili devotione exarſit erga Beatiſſimam Virginem, quæ Laureti in Sanctiſſimo Sacello a Mundo Catholico recolitur, cum pluries, etiam gravi ætate depreſſus, ac procera ſtatura ad inviſendum memoratum Sacellum, diſtans ab Urbe Cremonæ ducentum quinquaginta circiter milliaria, pedeſter ſe contulerit. Verum cum eſſet in Patria, ubi præfuit Superior ſæpe ſæpius, converſatio ejus erat in Sacello affabre erecto ad ſimilitudinem illius Lauretani, de quo in hoc Opere noſter fuit ſermo, cum de Jo: Petro Ala mentionem habuimus. Septuageſimo ſuæ ætatis anno ultra octavum die 8. Auguſti 1695. plenus meritis expiravit. Suæ Venerationis ergà Virginem Lauretanam teſtes reliquit in Patriæ Bibliotheca Abundiana mſſ.

*Sacro Giornale Lauretano, in cui da qualche Miracolo, o Azione memorabile del Santo, di cui ſi celebra giornalmente la Feſta, ſe ne ricava motivo di confronto per lodare la Beatiſſima Vergine di Loreto in fol.*

*Quareſimale Lauretano, in cui commentando il Vangelo d' ogni giorno della Quareſima, ſe ne ritrae motivo di lode per la Beatiſſima Vergine di Loreto.*

*Domenicale Lauretano per tutte le Domeniche dell' Anno.* Latine etiam

*Vetus Teſtamentum Lauretanum, ſeu Sacratiſſimo Verbi Incarnati, ejuſque Genitricis Cubiculo ſuis figuris obſequens.*

*Bibliotheca Mariana Lauretana quorumcumque Scriptorum, qui almam Deiparæ Virginis Domum, ſoluta, vel ſtricta Oratione huc uſque exornarunt.*

Cum pro compilatione Cremonæ Literatæ aliquoties in Bibliotheca Abundiana, adhuc juvenis verſabar, Pater verò D. Nicolaus decrepitus eſſet; opera quæ ſuperius recenſui non ſemel mihi oſtendere humaniſſime dignabatur; de eo plura in Regeſtis P. D. A. M. de Raymundis.

Et hic incidenter addo duos alios Cler. Regul. Theat. meam Cremonam illuſtrantes.

Pri-

Digitized by Google

Primus eſt Franciſcus Filagus optimæ frugis, & ſpei juvenis, qui prior inter Cremonenſes Cler. Reg. Theat. Sodalitium complexus eſt anno 1535., duodecimo a fundatione, cujus mentionem P. Silos habet in ſua Hiſt. parte I. pag. 182., & parte II. pag. 516. cum eſſet Romæ Franciſcus ad ſacrum ingreſſum diſpoſitus: Bernardini Occhini Senenſis iniquis artibus, & prava facundia circumventus Religionis mentem exuit; ſed a bonis PP. fraudem edoctus, iterum Inſtitutum efflagitat, & admittitur Neapoli. Egregium verum in ipſomet tyrocinio virtutum omnium ſpecimen ſtatim dedit; modeſtis in primis, & probæ humilitatis, ut præſtantium quorumdam hominum exemplo exorari nunquam potuerit, ut ad ſacros Ordines promoveretur, voluitque ſimplices inter Clericos, quoad vixit cenſeri; piiſſime tandem immortalem vitam adeptus eſt, ut ex eodem Silos.

Secundus fuit Hieronymus Ferrus Monopolitanus a Nicolao Sfondrato S. R. E. Card. tunc Epiſcopo Patriæ, eo abſente, Vicarias curas exercuit; quinimo Sfondratus, cum ad Pontificium Solium elatus eſſet, Romam Ferrus vocatus, S. P. ipſomet, cui multum deferebat, uſus eſt ejus opera in peragendis conſultandiſque negotiis. Idem P. Silos parte prima lib. xv. pag. 628.

Nicolaus Silva in Ducali Collegio Nobilium Parmæ Convictor, & illi doctiſſimæ Selectorum Academiæ Literarum, & Armorum non tantum adſcriptus, ſed Principis locum juremerito occupavit anno 1714., quo Theſes ex Univerſa Philoſophia ſub Divi Franciſci Borgiæ cœleſtibus auſpiciis propugnandas publicè in eodem Collegio exhibuit. Italica, & latina Poeſi verſatiſſimus multa carmina ſcripſit elegantiſſime, quorum teſtis ego de viſu, & auditu, præter ea quæ in diverſis Collectaneis impreſſa leguntur. Honeſtiſſimo, ac piiſſimo ſpiritu plenus, ante ejus immaturum obitum ſequutum nocte præcedenti Feſto S. Franciſci Borgiæ, ſcilicet nona menſis Octobris anno 1716. ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo. Ante mortem juſſit quamplura ejus carmina, licet modeſtiſſima flammis tradi, ne ullo laqueolo ejus retardaretur tranſitus ad Empireum.

In ejus morte quinquaginta, & ultra ex præcipuis Italiæ Cycnis epicedia cecinere, quæ a me collecta edi curavi. Cremonæ 1717. ex typographia Petri Ricchini in fol. hoc titulo

*Per la Morte del Sig. Niccolò Silva Nobile Cremoneſe.*

Adeſt & ejus Effigies ad vivum delineata, & excuſa, ſub qua Diſtichon.

*Funeream injecere umbram Tibi SILVA cupreſſi,*
*Umbra tamen Lauris, non nocet illa tuis.*

Ibi etiam nonnulla de eo ſcripſi in proloquio ad Lectorem. En ſuæ latinæ ſpecimen.

In

*In Statuas Ducalis Viridarii*
*Colarni*
*Ad Sereniſſimam Celſitudinem Francisci*
*Parmæ Ducis &c.*

*Delitiis Franciſce Tuis; qua regius Hortus*
*Surgit, & in toto non habet Orbe parem.*
*His Statuæ, hic centum reſident ſimulacra Deorum,*
*Hæc Themidis, ſunt hæc Palladis, illa Jovis.*
*Omnia Virtutum ſunt hæc ſimulacra Tuarum,*
*Et ſi plura forent; non ſatis illa forent.*

In ejus morte lubet hic exſcribere epigramma Petri Ant. Cravennæ Nob. Med. Regiæ Collegiatæ S. Mariæ Scalenſis Archipreſbyteri, inter P. A. *Salentus Elaſieius.*

*Sylva jacet, non Sylva tamen, quæ ſpargeret umbras,*
*Sed fuit, & Patriæ cauſa nitoris erit.*
*Sylva jacet, tantaque nemus viret arbore nullum,*
*Quot viſa hæc meritis Sylva vigere ſuis.*
*Sylva repente jacet: Vates hinc carpite Lauros,*
*Non alia poſthac cingite fronde Comas.*

Nicolaus Antonius ex Marchionibus Maggiis, Camilli de quo ſuperius habitus fuit ſermo F., Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, moribus, religioſa hoſpitalitate, doctrinaque perſpectus, annuendo piiſſimæ intentioni Antiſtitis Patriæ vigilantiſſimi Ludovici Septalæ, ut primis Catheche ſeos elementis rudes populi animos opportune imbueret, opuſculum compoſuit, & edidit cum titulo

* *Breve Iſtruzione delle coſe più neceſſarie da ſaperſi della Dottrina Criſtiana per utilità del ſemplice popolo della Città, e Dioceſi. Cremonæ* 1685. *typis Laur. Ferrarii in* 12.

Floruit in Coll. Nobil. Parmæ inter Selectos Academicos Marchio Joſeph Maggius ejus Frater, vocatus *il Taciturno*, ut ex Abbate Garuffio in libro cui tit. *l'Italia Accademica* in Epiſt. Nuncupatoria, & Elogio.

Octavianus Picenardus, ex Academicis Animoſis, *Oppreſſus* nuncupatus, Patriæ Decurio, & eximius Legum, humaniorumque Literarum Profeſſor, ex Ampliſſimo Collegio Judicum Cremonæ Comes, & Eques, qui adeo excelluit in Juriſprudentia, ut primi nominis J. C. conferretur, & ejus reſponſa tanquam oracula reciperentur. Primariam Cathedram in Legibus ediſcendis in Ticinenſi Univerſitate occupavit. Pro Patria ad S. P. Paulum V. Orator miſſus; a Philippo III. Hiſpaniarum Rege ad Senatoriam Dignitatem in toto Mediolani Dominio elatus anno 1621, hinc Papiæ Præturam adminiſtravit. Creſcentibus in dies Tanti Viri meritis Præſes Ordinariorum, ut ajunt, Reddituum eligitur a Philippo IV. & ab eo ad Remp. Venetam ablegatus; demum Præſes Excellentiſſimi Senatus univerſali plauſu a Rege conſtitutus anno 1641 in ipſa excelſa

Sede

Digitized by Google

Sede quinquennium complevit, die namque decima Junii 1646. piiſſime obiit, ſepultus Mediolani in Templo, Divo Barnabæ dicato. Poſt ſe reliquit.

*Conſultationum Legalium tomos tres mſſ.* Scit Deus ubi extant, & penes quem!

* *Reſponſum Picenardi legitur excuſum in libro cui tit. Reſponſa diverſorum clariſſimorum J. C. in cauſa prælationis inter Feudatarium ob merita ſanguine nobiliſſimum, & Jureconſultum, & Marchionem Honorarium, qui Feuda emit. Patavii ex typographia Laur. Paſquati* 1602. *in* 4. Ejuſdem penes me ſunt in Cremonenſium opuſculis Tomo quarto.

* *Oratio habita in Æde majori, Idibus Februarii* 1612. *dum Cremona Jacobo Mayndldo Galerato Senatus Mediolanenſis Principi, Potentiſſimi Hiſpaniarum Regis, Parenti Optimo, Vita functo publicè parentaret. Cremonæ apud Chriſt. Draconium, & Baruc. Zannium* 1613.

* *Oratio habita in Sigiſmundi Picenardi Ampliſſimi Collegii ingreſſu* 11. *Kal. Martias* 1613. *Cremonæ iiſdem typis* 1614.

* *Diſcordia Concors Africani, & Ulpiani in l. qui negotio ff. mandet l. Singul. ff. ſi cert. pet. enodata. Papiæ apud Andræam Vianum.* 1614. *in* 4. cujus late meminit Paulus Bellonus in ſuo aureo opuſculo de Poteſtate eorum, quæ fiunt incontinenti lib. 1. cap. 205. nu. 7. & 8.

* *Oratio, quo tempore petiit Illuſtriſſimis Fratribus Sfondratis Lauream Juris Conſult. decerni. Papiæ* 1618.

* *Ordine, col quale l'Oppreſſo Accademico Animoſo, per Decreto della Città di Cremona tratterà la materia dell'Onore, per inſegnare il modo di ridurre a pace le diſcordie de' Cittadini, con termini onorati, e criſtiani, lontani dalle opinioni, dannate dalla Santa Chieſa. Cremonæ apud Chriſt. Draconium in fol. vol.*

Ejuſdem meminere multi Scriptores, & præcipue Horatius Landus de Sen. Mediolan.

Breſſianus in Coll. J. C. Colleg. Patriæ.

Apud me proſtat Picenardi effigies in magna tela depicta.

Compertum habui in quadam allegatione legali J. C. C. Jo: Baptiſtæ Bonetti, qui fuit Reg. Duc. Mediol. Senator, quod inclyta Papiæ Civitas de Senatoribus Cremonenſibus, quos ibi habuit Prætores, id expreſſe profitetur, dum illos Cives ſuos effecit de Picenardo ita ſcribit idem Bonettus.

*Eumque non ſint neſcii duabus potiſſimum rebus togatum hominem commendari probitate, videlicet atque doctrina, quarum alteram ad id, quod bonum, juſtumque eſt cognoſcendum, docendumque, alteram ad illud idem amplectendum, præſtandumque neceſſariam eſſe utraque Perill. D. Octavium Picenardum Cremonenſem J. C. celeberrimum, genere, ac nobilitate præſtantiſſimum, quamdiu in hoc Almo Gymnaſio Primarius Juris Civilis Interpres veſpertino tempore fuit, adeo floruiſſe, ut non modo tanta virtus Solis inſtar Urbem noſtram illuſtraverit, multiplicique beneficio affecerit, verum etiam fulgentes radios longe, lateque*

diſ-

Digitized by Google

*diffuderit, atque adeo Orientis, & Occidentis Dominum Regem noſtrum Potentiſſimum, ad Senatoriam Dignitatem illis deferendam proxime induxerit.*

*Audiatur Landus de Sen. Mediol. lib. 6. pag. 223. demortuo Corio in Hiſpaniis Conſiliario fuerat ab Rege ſuffectus Picenardus; verum ingraveſcens ætas tantum Virum, infinito totius Provinciæ mœrore illi aulæ invidit. Cæterum non alius facundior, doctior, eruditior, ſive peroret, ſive ſcribat, ſive etiam familiariter verſetur, & in Veneta legatione ab Sereniſs. Infante miſſus, in ſe ſapientiſſimam illam Remp. convertit; & citra invidiam inter hujus ætatis maxima ornamenta Picenardus numerandus, maximaſque dotes pari manuum Innocentia Camillus Cremonenſis tuetur.*

Octaviani Picenardi Præſidis Senatus Reſponſum doctiſſimum, cum altero Senatoris Sartorii apud Sadarinum pag. 171. in nuncupatoria ſuorum Reſponſ. Senatui Med. Excellentiſſimo leguntur Picenardi Laudes.

Memoratur a Cryſoſtomo Magneno Medico in Papiæ Univerſitate Profeſſore in ſuo libro de Tabacco, *Exercit.* 5. §. 3. tempore, quo Picenardus erat octogenarius, & qua Magneni eruditione nos uſi fuimus in adnotationibus primi Dityrambi de Tabacco in ore ſumpto pag. 106. Cum de tanto Viro fiat mentio, omittere nolo laudes ei jure quidem merito attributas per Celſum de Roſinis in Lyceo Lateranenſi tom. 2. ubi de Odoardo Riſio, ſeu Ariſio, inter Canonicos Regulares, moribus, ac ſtudiis perſpicuo, cum Lauream Legalem Ticini ſuſceperit, ſub tutela Picenardi, tunc in Univerſitate illa publici Profeſſoris; Odoardus tunc erat Militiæ Clericali adſcriptus, ad Aulam Romanam iturus auſpice Eminentiſſimo Aloyſio Capponio, cui Theſes Pontificii, Cæſareique Juris dicaverat, cum eſſet ipſemet Cardinalis, Bononiæ Legatus; multa de Odoardo ſcribit Roſinus, ad quem remitto legentem.

Cum ſine Eulogio ſepultus fuerit optimus noſter Civis, Lector habeat, quæ Divus Ambroſius in Oratione funebri, de obitu Valentiniani, ubi. *Non ego floribus tumulum ejus adſpergam, ſed Spiritum ejus, Chriſti odore perfundam &c.*

Octavius Ala e Collegio Nob. Phyſicorum in Adoleſcentia Romæ verſatus, Philoſophicis ſtudiis impenſe addictus, Theſes Logicales pro viribus publicè defendit, in Patriam vero reverſus ſuo marte ſcripſit.

* *Theoremata ex Philoſophia, & Medicina deprompta.*
Quæ publicè per triduum diſputata fuere in Auguſtiſſimo Divi Petri Templo, anno 1602. dato cuilibet argumentandi loco, & excuſa Cremonæ apud Chriſt. Draconium, & Baruc. Zannium in 4.

Octavius Manfredus, appellatus Simonino, ex Conventualibus Auguſtinianus Philoſophus, Theologus, & Orator magnæ famæ apud Italos, & Gallos, fuit namque in Cœnobio Lugdunenſi



Digitized by Google

Prior electus, & in toto Galliarum Regno Generalis Vicarius, & Viſitator. Pariſiis itidem in Regali Aula notiſſimus, utpote, Reginæ Mariæ Mediceæ, Henrici IV. Uxoris a Confeſſionibus ſelectus, bis etiam in hebdomada in Regio Sacello orabat, pro ut in exequiis Henrici anno 1610., funebri Panegyri Gallico idiomate compacta coram Magnatibus eum commendavit. Pro Comitiis Generalibus habendis anno 1620., tanquam Viſitator, & Conſultor Romam adivit, inde expeditus iterum remigravit in Galliam, ubi vivere deſiit. Ex ejus operibus editis. *Oratio funebris in exequiis Henrici Regis &c. e lingua Gallica Latine traducta. Pariſiis.*

Alia opera compoſuit, ut dicitur, Reginæ dicata.

Ejuſdem meminit Cruſcenius in Monaſtichon cap. 48. pag. 236. & 253.

Breſſianus in Virt. Ravv. ad annum 1610., nec non in Corona Vir Illuſtr. Cremon. par. 3. pag. 189.

Octavius Picenardus, Sebaſtiani Viri Patricii F. ex Cathedralis Patriæ Canonico, Theologali Præbenda decoratus, & ex Vicario Capitulari poſt Ludovici Septalæ Ep. Cremon. obitum, ad Epiſcopatum Regienſem, annuente S. P. Clemente XI. anno 1701. die 4. Martii evectus fuit. Virtute, doctrina, & morum ſuavitate, qua præ cæteris ſupereminebat, ad demerendum hominum animos ſumma felicitate præditus erat.

Illam Eccleſiam piiſſime, ac laudabiliter adminiſtravit annos viginti, & unum; nam omnium mœrore, repentino caſu e vivis exceſſit anno 1722. menſe Decembrio, tumulatus in ſua Cathedrali. Cum eſſet Canon. Theol. e ſuggeſtu ſtatis temporibus plures habuit.

*Lectiones Theologales* omnimoda eruditione refertas, quæ ingentia explerent volumina. Circumfertur

*Elegans epiſtola data Cremonæ 4. nonas Julii 1701. quam Clero, & Pop. Regienſi direxit.* De eodem plura dixi in primo Tomo Cremonæ Literatæ, cum eſſet mihi a teneris uſque unguiculis ſumma benevolentia favorabilis.

Cum in eodem primo Tomo ad annum 1302. pag. 138. mentionem fecerim de Henrico Caſalorcio Cremon., Epiſcopo Regienſi, verum omiſiſſem librum ſcriptum ab eodem Henrico *de Potentia Papæ*, optimum duxi exſcribere, quæ reperimus in tom. 8. *Rerum Italicarum Scriptores* nuncupato, ubi memoriale Poteſtatum Regienſium in fine pag. 1180. *Tandem MCCCII. tertio Aprilis in Conſiſtorio privato D. Rizardus de Senis V. I. P. S. Euſtachii Diaconus Cardin. nominavit pro Epiſcopo Regino quemdam D. Henricum de Caſalorciis de Cremona Decretorum Doctorem Canonicum Cremon.; & Papa, & multi Cardinales, qui eum cognoverant propter librum, quem fecit* de Pontentia Papæ, *probando ipſum eſſe Dominum in ſpiritualibus, & temporalibus per totum mundum conſenſerunt; poſtea die ultimo Aprilis Romæ Laterani publicatus eſt, & in*

*Feſto*

Digitized by Google

*Feſto B. Mariæ Magdalenæ ſubſequenti conſecratus Anagniæ, de mandato D. Papæ per Ven. P. D. Fratrem Matthæum* (Matthęus iſte ex nobiliſſima Urſinorum Familia erat, & ex Ordine FF. Pręd. ad Cardinalatum adſumptus) *Portuenſem Ep., aſſiſtentibus ſibi quinque Epiſcopis, ſcilicet Laudenſi, Imolenſi, Hortanenſi, Albiganenſi, & quodam Hiſpano, & venit Regium* 17. *die Auguſti, tempore D. Bonifacii Papæ VIII. anno VIII. Pontificatus ejus in prædicto anno, & menſe.*

Eruditionis gratia cum in prænarrato memoriali Poteſtatum Regienſium permulti recenſeantur Cives Cremonenſes, hic eorum nomina ſubtexere non dubitavi.

1214. Yſacus de Dovaria. 1225. Ravaninus de Belottis.

1230. Albericus de Piſcarola.

1231., & 32. Nicolaus Dovaria.

1245. Joldus de Urſonibus.

1247. Boſius Dovaria.

1249. Osbertus Dovaria.

1252. Joannes Meſtalia, melius Maſtalia.

1253. Idem Ravaninus de Bellottis.

1273. Leonardus de Amatis.

1276. Joannes de Piſcarolis.

1285. Andriolus de Golferamis.

1287. Minacius de Corteſiis.

1287. & 88. Gerardus de Joſſano, qui & anno 1292. fuit Poteſtas Paduæ.

1290. Gherardus Guazzonus. Ex iſtis nonnullos memoravimus in Tomo primo.

Si quis plura ſcire cupit de Octavio noſtro, præter Ab. Ughellum in Italia Sacra, novæ cuſionis Venetæ, legat Epiſtolam nuncupatoriam P. Caroli Thomæ Moroni Cremon. S. J. præmiſſam, ejus libro, cui tit. *Panegirici, e Diſcorſi della Paſſione del Signore*. Parmæ per Roſatum 1707.

Lubet etiam hic referre Inſcriptionem ſepulcralem familiæ ejuſdem Epiſcopi, quæ proſtat in Templo Divi Dominici Cremonæ marmoreæ pyramidi exculptam.

*D. O. M.*

*Sebaſtiano Picenardo Cæſareo Armorum Ductori, victoriis innumeris clariſſimo, Summis Principibus in arduis expeditionibus undecunque expetito, cui Inſubria, Sforziade, Liguria Civibus, Etruria Mediceo ſervata, ipſa denique Patria toties defenſa æternum debent. Joanni Baptiſtæ Picenardo accerrimo peditum Præf. virtuti paternæ Æmulo, & Propagatori, Sfortiæ item Picenardo fortiſſimo copiarum Imperatori, qui Parentem non modo æquabat, ſed etiam longe ſuperaſſet, niſi in medio victoriarum curſu raptus eſſet. Valerius, & Sfortia Fratres Optimi, Avo, Patruo, & Patri B. M. P. MDLXXVII.*

Olimpia de Alis, Superioriſſa in Collegio Virginum B. V. dicatarum Cremonæ.

* *Lettera all' Illuſtriſſima, ed Eccellentiſſima Signora Principeſſa D. Violante Lomellina Doria, ſopra la Morte, e Virtù della Madre Vittoria Tonſis Cremoneſe. In Breſcia* 1702. *per Gio: Maria Rizzardi.*

Pacificus Porra Minor. Obſerv. Provinciæ Mediolanenſis ex Oppido Glareæ, vulgo Gierra Piceleonis, Agri Cremonenſis, & Diœceſis, cujus nomen relatum inter meos Literatos habebam, cum vidiſſem in Bibliotheca PP. Min. Obſerv. S. Angeli Cremonæ librum, ab eo compoſitum Theologiæ Moralis (ni fallor) typis excuſum in folio; verum ob incendium meum notiſſimum, concrematis multis a me collectis eruditorum Codicibus, inutiles poſtmodum omnes diligentiæ ad illum exquirendum fuere; hac tamen occaſione ubi de *Gierra* facta fuit mentio, Lectori forſan non diſplicebit, ſi ad probandam antiquitatem Loci referam, quid inveni in Geographia Anonymi Ravennatis, ab eo jam ſcriptum ultra ſeptem ſæcula, anno 1690. in lucem editum ex Regia Bibliotheca Pariſienſi, cum adnotationibus Placidi Porcheron lib. 4. num. 29. hiſce notis. *Briſcia, Acerula, Cremona*, ſubjungendo, *Acerula nunc vicus dictus Ghierra.*

Palemonii, ſcilicet Academia Palæmoniorum, Cremonæ inſtituta, de qua nil aliud mihi conſtat, quam quod apud me comperitur opuſculum ſane criticum, & eruditum, impreſſum Cremonæ anno 1607. per Draconium, & Zannium, inſcriptum

* *Riſpoſta ad alcune oppoſizioni fatte all' Impreſa degli Accademici Palemonj di Cremona, dell' Accademico Perſeverante.*

Reſponſum dicatum eſt ab Auctore, mihi adhuc ignoto, Celeberrimo Præſidi Sen. Excellent. Mediolani Jacobo Maynoldo Galarato.

Palæmon a Græcis dicitur, Numen quod Maris, Fluminum portubus præeſſet; hinc non miror ſi talem Academiam in Padum demerſa periit, hanc memoravimus pag. 13. Fuit & Palæmon Grammaticus Vicentinus, de quo Juvenal. Sat. 6. & 7. necnon Svet. de Illuſtr. & Clar. Gram.

Panthaleon Panvinius Cler. Reg. Somaſchenſis, Philoſophus Theologus, & Præpoſitus Coll. S. Auguſtini, Tarviſii.

* *Syntaxis Reſolutiva pro Unoquoque ab Ariſtotele, conſiderato in Philoſophia, tam naturali, quam divina, ad omnium utilitatem, & ad veritatis gloriam. Tarviſii apud Aurelium Reghatinum* 1606. *in* 12.

* Speculum animæ, in quo dilucide explicantur ea, quæ omnibus, præcipue vero ſacris initiandis, & animarum curam habentibus, maxime neceſſaria viſa ſunt, iiſdem anno, & typis.

*In calce libri Syntaxis &c.* Idem Auctor promittit alia edere in Divum Thomam, & ſuper lib. 3. Sententiarum. Ibi & jam legitur ejuſdem Panvinii Epigramma in laudem Franciſci Juſtiniani Epiſc. Tarviſini, cui dicatus eſt liber. *Expo-*

Digitized by Google

*Expoſitiones literales in loca difficiliora totius Sacræ Scripturæ, ex utroque Teſtamento, Petro Georgio Odeſcalcho, Viglevani Epiſcopo nuncupavit. Vincentiæ typis Vincentii Groſſi 1612. in 4.*

PAPYRIUS CATTANEUS, natus in Oppido Caſtrileonis Cremonenſis, exactis hac in Urbe minoribus ſtudiis, Juriſprudentiæ Mediolani incubuit, ubi in Legali Advocatione inter primos facile emerſit; innumeræ nempe leguntur in Jure lucubrationes, ingenii ſui monumenta perennia; ex ſubannexo Epitaphio ejus tumulo inſcripto in Eccleſia S. Barnabæ Mediolani, quantus homo hic eſſet arguere poſſumus.

*Papyrio Cattaneo Cremonenſi,*
*Matthæi Filio Muſarum Alumni,*
*Ubi nomen, & omen Papyrii,*
*Laurea, Patrociniis, Senatoria Dignitate*
*Ornavit, amplificavit, perfecit;*
*Unde Mens Juris, Tutela populi, Pater Senatus*
*Vice ſua, ne dum Præſidis*
*Imo Juris, ac Fori utriuſque Concordia*
*appellabatur.*
*Dum teſtimonium virtutum dignis pro meritis*
*paratur,*
*Vita, & honoribus functo Anno MDCXXVII. Mar. VIII.*
*Camillus Filius Canonicus Scaliger*
*Hoc Sepulcrum poſuit,*
*In quo Pater condi voluit cum Teſtamento,*
*Redditus annuos pro quotidiano Sacrificio*
*Deo, Divoque Barnabæ dedit,*
*Legavitque, jure Hæredibus*
*Hic humandi relicto.*
*Vixit dies paucos*
*Duravit Annos LXVI. Menſ. VII.*

Adſunt ex ejus mſſ.

*De Politica libri X.*

*De componendis litibus libri III.*

*De Sedandis diſcordiis Civilibus libri II.* quorum meminimus in noſtro libro pag. 41., cui tit. *Spectabiles Cauſarum Patronos, ex inclyto Cremonenſi Collegio. Placentiæ ex typogr. Bazachii 1697.*

Ejuſdem pariter eſt mentio in mea Cremona Literata Tom. II. pag. 381. ubi de Matthæo ejus Patre.

*Laudatur & jure merito a Lando de Sen. Mediol.*

*Hieronymus Gatticus in ſua Catena aurea. Bononiæ 1636. pag. 36. habet Celeberrimi U. J. Conſ. Papyrii Cattanei Cremonenſis, poſtea Mediol. Sen. & Regii ibi Conſiliarii, perilluſtre Juris reſponſum. Argumentum an bona publicè allibrata, & deſcripta in cataſtro, pro militum Hoſpitatione,*



Digitized by Google

*in totum, vel quatenus capit ſumptum, quod eis obveniebat ad ratam æſtimi, ſimili onere affecta remaneant, & durent, etiam poſtquam in Eccleſiam pervenerint*. Ejuſdem pariter Melchior Alciatus in tract. de Præced. pag. *69. nu. 59*.

Paulinus Puerarius, ſive Piperarius Vir bonus, cui multum debemus; utpote inter primos emicuit, qui erga noſtrum S. Euſebium Abbatem Bethleemitam Patriæ devotionem indicavit; edidit Cremonæ 1605. apud Chriſtophorum Draconium, & Barucinum Zannium in 4.

* *Breve narrazione della Vita, e Miracoli di S. Euſebio, Nobile Cremoneſe, eamque dicavit Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Cæſari Speciano, tunc Cremonæ Epiſcopo*.

Alterum opuſculum, cui tit. Euſebio Cremoneſe, edidit Jo: Petrus Creſcentius. Cremonæ pariter anno 1645. typis Jo: Petri de Zannis.

Vide Tom. I. meæ Cremonæ Literatæ pag. 46. & ſeq. ubi plura de S. Euſebio.

Breſſianus in ſuo mſſ. cui tit. Vir. Ravv. pag. 168. notat Paulinum ſcripſiſſe Opera ſequentia.

*Cronica delle coſe più notabili della Città di Cremona.*

*Cronica delle Città d' Italia.*

*La Vita, e Morte di S. Aleſſandro della Famiglia Maggi.*

*Raccolta de' Santi, e Beati Cremoneſi.*

*Catalogo de' SS. Martiri, che furono martirizzati nel Territorio Breſciano, tra quali molti Cremoneſi.*

*La Vita di S. Paola.*

*Dialogo tra la Morte, e il Peccatore.*

Liceat hic per modum tranſeuntis referre teſtimonium P. Hieronymi Dandini S. J. de Sepulcris noſtri S. Euſebii, & S. Paulæ, deſumptum ex libro ſuæ Miſſionis Apoſtolicæ, alias citato, ubi de S. Peregrinatione Hieruſalem lib. 2. cap. 18. cum ipſe P. loquitur de Sacratiſſimo Sacello Bethleemitico, multis omiſſis. *Viſitammo a deſtra mano la Cappella, dove furono ſeppelliti li SS. Martiri Innocenti &c. ed alla ſiniſtra paſſando più a dentro un' altro luogo, nel quale ſi riverì prima il Sepolcro di S. Euſebio, poi poco più avanti quello di S. Girolamo, e per riſcontro il terzo di S. Paola &c.*

Paulus Areſius Cler. Reg. Theatinus, Derthonæ Epiſcopus, natus Cremonæ, Genitore Marco Antonio Mediolanenſi Senatore, dum ibi annis 1574., & 75. Urbis Præturam adminiſtrabat, ut indigitat P. D. Paulus Sfondratus Cler. Reg. in Vita ejuſdem Pauli Areſii, præmiſſa libro, cui tit. *Velicationes in Apocalypſim, Mediol. 1645. edita &c.* ex ſuis Operibus tum italico, cum latino idiomate edita, eo vivente, & poſthuma. *L' Arte di ben predicare lib. IV. Venetiis apud Juntas 1611. in 4.*

In

*In Libros Ariſtotelis de Generatione, & Corruptione. Mediol. apud Bordonum* 1617. *in* 4.

*Della Tribolazione, e di lei remedj. Lezioni* 50. *Venetiis apud Petrum Paulum Tozzium* 1627. *in* 4. quod opus idiomate Germanico traductum, & impreſſum eſt.

* *Guida dell' Anima Orante, che conducendola per cinque ſettimane, le dà materia di meditar tutto l'anno, e cavarne divoti affetti, ed utili documenti. Derthonæ per Niccolinum Violam* 1623.

*Impreſe ſacre Tom. VIII. in* 4.

*De tranſmutatione Aquæ in Vinum, typis Antverpienſibus* 1628. *in* 4.

*Panegirici Sacri. Mediol. per Lud. Montiam* 1659. *in* 4.

*Orazione in lode di S. Carlo in occaſione della nuova ſua Canonizazione. Mediolani apud Bordonium* 1610.

*Velicationes de Canticis Canticorum ſenſu. Mediol. apud Joannem Petrum Cardum* 1660.

* *Orazione fatta ne' Funerali del Cattolico, e Potentiſſimo Filippo III. nella Cattedrale di Tortona. Ibi apud Nicolaum Violam.*

*Il Tempo trionfato, Orazione fatta in S. Siro di Genova, in lode del B. Andrea Avellino. Derthonæ per Calenzanum, & Violam* 1626.

*Delle ſovrane bellezze di Noſtra Signora la Vergine Maria. Sermone nella Chieſa delle Vigne di Genova &c. iiſdem typis Derthonæ.*

*Orazione in lode del Cuore di S. Carlo Card. Borromeo, fatto in Roma nella Chieſa del medeſimo Santo, ove ſi conſerva il detto Cuore &c. Romæ apud Jac. Maſcardum* 1617.

*Ragionamento in lode di S. Carlo &c. fatto in Roma la ſera del giorno feſtivo di lui, nella Cappella di N. S. Papa Paolo V. iiſdem typis, & anno.*

*Le Palme Giapponeſi, Sermone delle Vittorie di ventitrè Martiri del Giappone, ſeguaci del Serafico P. S. Franceſco Fra Min. Oſſ. Mediolani typis Pontii, & Piccaleæ* 1628.

*Le Roſe Giapponeſi, della Bellezza di trè Martiri del Giappone, Religioſi della Comp. di Gesù, iiſdem typis, & anno.*

Ejuſdem celeberrimi Epiſcopi agit Silos in Cat. Scriptorum pag. 620.

Cætera omitto, cum fusè legi poſſint in ejus Vita ſcripta a memorato P. D. Paulo Sfondrato.

Nos pariter de eo mentionem facimus in noſtro opuſculo, nuperrime edito de Prætoribus Cremonæ, ad annum 1574. pag. 46.

Ab Auguſtino Maſcardo de arte Hiſtorica tract. 4. laudatur aliquando Areſius, & aliquando refellitur in ejus libro de arte Concionatoria.

Laudatur, & prolixe a Jo: Petro Creſcentio in Amphit. Rom. part. 1. pag. 97. ubi de Fam. Areſia.

In ejus funere habuit Orationem P. D. Joſeph Cicala C. R., excuſa Mediolani per Georgium Rollam.



Digitized by Google

Paulus Barbabellus, qui ſub anagramate, ab eo italice ſcripto, ſcilicet *Apollo Olebrabba*, edidit Cremonæ per Jo: Petrum Zanni in 12.

* *Efemeride ſincerisſima di quanto ſucceſſe nelli due Attacchi di Cremona, fatti da Franceſi, Piemonteſi, e Modoneſi l'anno 1647., e 1648., e nel traſportamento dell' Armi Cattoliche ſopra li Provocatori l'anno 1649., con le glorioſe palme dell' Eccellentisſimo Sig. Marcheſe di Caracena &c.*

*Ex mſſ. Il vero, e real Cuciniero, con alcune annotazioni per fuggir l' ozio.* Servatur penes J. C. Franciſcum Mariam Breſſianum Carenam.

Similia opuſcula crotopegniis æquiparantur, a Sympoſiarchis tractanda, qui ventri ſtudent, ſeu ventrilingues.

Paulus Bottus, Alexandri Misſionarii Apoſtolici, de quo ſcripſimus, ubi de Marcello a Ruere, Frater, ex eodem nobili Genitore ac perinſignis Cler. Reg. Theat. Congregatione profeſſus die 4. Maii 1636. quanto præclaro fuerit ingenio, ac ſingulari pietate videbimus ex infra memorandis operibus, & quanta beneficentia fuerit in ſua S. Abundii Eccleſia, cui, & Domui, ac Bibliothecæ præfuit anno 1689. loquuntur pretioſa periſtromata, ac vaſa argentea, & alia ſacra ſupellectilia, quæ in majoribus illius Eccleſiæ Solemnitatibus, accurrentium oculis, non ſine admiratione patent.

Ex impresſis Operibus habemus.

*Giornata Spirituale, nella quale ſi conſacrano a Dio tutte le noſtre operazioni. Patavii per Matthiam Cadorinum 1657. in 4. & 1663. reimpreſſum per eumdem.*

*Le infermità ſalubri. Per J. B. Paſquatum 1658.*

*Il modo di piacere alla B. V. M. nella ſua Novena, conſacrata al ſuo Divino Parto. Ibidem per Paſq. 1660., in 12.* de qua Maraccius in Appendice Bibliothecæ Marianæ lit. P.

* *La Donna di poche parole. Ibidem ut ſupra anno 1661., & reimpr. 1663.*

*L' Ajo de Criſtiani Fanciulli, che ſi portano a Comunicare la prima volta, con cento dubbj ſpettanti alla S. Comunione. Ibidem 1661. in 12.*

*Li giorni buoni di M. V. vicina al Parto, Diſcorſi. Ibidem 1667. in 4.*

*Le ore della Monaca ben ſpeſe, e documenti a ciò neceſſarj. Ibidem apud Jac. Cadorinum 1671. in 24., ac reimpr. Venetiis per Petr. Ant. Brigezium 1683. in 12.*

*La baſſa origine, ed il celeſte riparo del Terremoto. Breve orazione che lungamente, e per ſempre da così orrendo caſtigo preſerva, chi con vera fede ſeco la porta, e ſopra l' ingreſſo della ſua Caſa, e porte delle ſue ſtanze l'affigge. Ibid. 1672.*

* *Il parlare al Cuore. Brevi diſcorſi diverſi, e fruttuoſi per le Domeniche di tutto l'anno. Ibidem per Matthæum Cadorinum 1672. in 12., ac Venetiis per Valvaſenſem 1682. in 8.*

* *La Vita maravíglioſa, e Morte ſtupenda di S. Omobuono. Ibidem in 4.*

* *Vita,*

Digitized by Google

* *Vite, ed Azioni maravaglioſe della B. Villana Botti. Ibidem per Paſquanum in 4.*

* *Selva de' ſucceſſi miracoloſi in oſſequio de' Santi. La Santità ſempre venerabile, e dalli quattro Elementi, da tutte le Creature ſenſate, e ſenza ſenſo, Ragionevoli, e Spirituali ſingolarmente venerata. Venetiis apud Bar. Tramontinum* 1684. *in* 4.

*Tomus alter ejuſdem tenoris verum mſſ. in Bibliotheca S. Abundii in* 4.

*Il parlare alle Crate. Diſcorſi per le Monache. Venetiis per Brigozium* 1688. *in* 4.

* *La pia divozione della Novena, ad onore di S. Gaetano Patriarca glorioſo de' Cher. Reg. Teat. Opus poſthumum. Venetiis per Tramontinum* 1697. *in* 16.

Obiit piiſſimus, Vir acerrimo calculorum morbo die 28. Martii circa ſecundam noctis horam 1696., ac reliquit Patriæ Bibliothecæ S. Abundii mſſ. diverſa, & ſignanter.

*Prediche di diverſe materie in* 4.

*Vita della Ven. Madre Maria Maddalena Alberghetti in* 4.

*Vita della B. Euſtachia Bellini in* 4.

*Il Quareſimale diviſo in due tomi in* 4

*Spiegazione del Simbolo degli Appoſtoli.*

*Diſcorſi diverſi alli RR. Parrochi in* 4.

P. Silos in Catalogo Scriptorum Cler. Reg. pag. 626., & in parte 3. Hiſt. Cler. Reg. lib. 12.

P. Maraccius ubi ſupra, ejuſdem meminere.

Paulus Musconius Jo: Thomæ Poetæ, & Medici Soncinatis Filius, de quo egimus ad annum 1570. in ſecundo Cremonæ Literatæ Tomo pag. 320. Archipresbyter Oppidi Soncini, poeticam Patris Virtutem æmulatus, egregio carmine ſcripſit.

* *Parthenomachias libros VIII. quos cudit Bergomi Cominus Ventura anno* 1600. *in* 4., *dicatos Franciſco Gonzaghæ Mantuæ Epiſcopo, doctrina, & vitæ Sanctimonia præclaro. Eos etiam excudit Venetiis Franciſcus de Franciſcis* 1609. *in* 4. Agitur in eo de Virginibus, quæ pro Chriſtiana pietate, variis cruciatibus affectæ, vitam poſuerunt caducam, ad æterna præmia convolantes; ipſarum autem tormenta, & mortes elegiacis verſibus complexus eſt hic Auctor.

*Mariados lib. III. Bergomi apud Cominum Venturam* 1601.

* *Tetraſticha de Sanctis, & Inſtructione Chriſtiana. Bergomi* 1601. *apud eumdem impreſſorem in* 8.

Paulus Valcarengus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor in Ticinenſi Univerſitate Laureatus, Florentiæ in Majori Xenodochio diu verſatus, in Patria modo floret inter Medicos primates; Cremonæ edidit anno 1737. ex typis Petri Ricchini in 4.

* *Medicina Rationalis ad recentiorum mentem obſervationibus adaucta, conſtitutionem Epidemicam partis anni* 1733., *atque integrorum annorum* 1734., 1735., 1736. *in Cremonenſi Civitate complectens: cui Operi*

*acceſſit,*

*acceſſit, Aurea Methodus veteribus incognita ad profligandas expeditiſſime Febres Tertianas, tum intermittentes, tum per ſubingreſſum continuas, edita a Florentio Auguſtino Gallarato ex Colleg. Nobil. Phyſ. Papiæ, ibique in Reg. Cæſar. Univerſitate Practicæ Primario.*

Liber hic quem doctiſſimus Auctor mihi elargitus eſt, in noſtro Muſeo inter alia Cremonenſium Scriptorum opera repoſitus eſt; Inſignis enim eſt Auctor, & communi omnium calculo in omnibus Medicinæ partibus verſatus, & quotidie ſimilibus ſtudiis applicitus. Hinc juremerito Academiæ Inſtituti Scientiarum Bononiæ ex Sociis, nec ei deſunt muſæ propitiæ, cum inter Arcades Cremonenſis Coloniæ Paſtores ſit *Raſtides* appellatus, cujus mentionem feci in meo Dityrambo de Coccolato pag. 51.

Nuperrime edidit ex typis memoratis, & ſcilicet Februario menſe 1741.

*De Aortæ Aneuryſmate Obſervationes Binæ, cum Animadverſionibus &c. in* 8.

In promptu habet edenda. *Continuatio Epidemicarum Cremonenſium Conſtitutionum Annorum* 1737. 1738. 1739., *ubi præcipue de Morbis Hepatis agitur, atque de aliis per tranſennam &c.*

Paulus Ugonus ex Decurionibus Patriæ, & Conſervator Ordinum, ejuſdem inter Academicos Animoſos nominatur *l'Insoltrato*. In Academiæ ſolemni Conſeſſu habuit, & vulgavit.

* *Al Principe degli Animoſi pubblicato nel* 1646., *l'Illuſtriſſimo Signor Conte Nicolò Ponzoni l'immutabile, diſcorſo, Cremonæ* 1647. *apud Jo: Petrum Zannium in* 4.

In Philoſophica Laurea ejuſdem Ugoni edita fuere latina carmina a nonnullis Rhetoricæ Studentibus. Cremonæ 1644. ex typographia Jo: Petri de Zannis.

Paulus Benedictus a Valle Auguſtinianus, Congregationis Inſubriæ, dum eſſet in Civitate Cremæ Theologiæ ſtudens, Cremæ ex typographia Joſeph de Carchanis, publici juris fecit anno 1683. in 12.

* *Divæ Catharinæ Panegyrica Corona. Oratio habita VII. Kal. Decembris in Feſto ejuſdem Sanctæ &c.*

Paulus Camillus Porrus, Julii Cæſaris memorati Frater, bonis, rectiſque moribus diſciplinæ Eccleſiaſticæ addictus, ſæcularis Sacerdos, perpolite atque pereleganter in poeticis, & oratoriis ſcribebat; muſicalibus omnibus inſtrumentis, adeo deditus, ut ipſis mirifice pro ſui & amicorum dilectatione uteretur. Ex impreſſis proſtat

* *Orazione Accademica nella Morte del Reverendiſſimo P. F. Antonino Cloche Maeſtro Generale di tutto l'Ordine de' Predicatori. Cremonæ in* 4. *per Ricchinum.*

Hæc Oratio habita fuit in Templo Divi Dominici, & præmittitur

Digitized by Google

mittitur collectaneæ carminum tum italice, cum latine, ea occaſione editorum.

Ejuſdem fit mentio in Tomo XXIII. Diarii trigeſimi octavi Literatorum &c. Venetiis 1722. part. 2. pag. 364. Ex mſſ.

* *Diſcorſo ſopra la prima ſtrofa della Canzone del Petrarca in lode di M. V., che comincia: Vergine bella, che di Sol veſtita*, penes me ſervatur in miſcellaneis mſſ. Auctorum Cremon. in fol. ſub litera A.

Ejuſdem memini in meis carminibus, cui tit. *Rime per le Sacre Stimate &c. pag.* 84.

Paulus Æmilius Panvinius Ord. Serv. B. V. M. Concionator eruditiſſimus, coram S. P. Paulo V. pluries in Sacello Pontificio ſermones habuit. Provinciæ Mantuanæ primus Miniſter. Romæ itidem ſui Ord. Procurator Generalis. Laudatur a Creſcentio in Præſidio Romano lib. 3. pag. mihi 129. ubi loquens de celeberrimo Servorum Inſtituto ſcribit, *di Cremona uſcirono ultimamente queſti quattro Maeſtri inſigni Paolo Emilio Panvini Predicatore erudito &c.* alii tres ibi nominati a nobis ſuo loco adæque recenſentur.

Vide quæ ſcripſi de Familia Panvinia, ubi de Onofrio Panvinio celeberrimo, ac laudatiſſimo Scriptore in II. Tomo Crem. Lit. pag. 312. Garbius in Annal. Ser. Tom. II. pag. 411. & 433.

Paulus Æmilius, aliis tantum Paulus Sfondratus, aliiſve Camillus ſolummodo, natus anno 1561. S. R. E. Cardinalis, Sanctiſſimi Pontificis Gregorii XIV. Nepos, ab eo creatus die Mercurii 19. Decembris 1590. Epiſcopus, inde Cremonenſis, cujus laudes, cum ſcribat Joſeph Aurelius de Nigris Canonicus Prior Cathedralis Cremonæ Avunculus meus amantiſſimus in ſua prolixa Hiſtoria de Epiſcopis Patriæ, hic tantum a me non referuntur, niſi pauca ab ipſomet omiſſa. Henricus Farneſius Eburo, edidit Ticini apud Vianum 1592. Orationem in laudem tanti Cardinalis, inſcripta *Sfondratorum Inſigne, Principis Imago*.

Fabius a Cruce in ſuo Idyllio, cui tit. *Ville di Tivolo deſcritte dall' Arciprete Fabio Croce*, hæc ſcripſit in morte Pauli Æmilii.

*Nè molto è già traſcorſo,*
*Ch' ivi quel ſacro Alcide,*
*Nipote al ſacro Atlante,*
*Che dell' Orbe fedel reſſe l' Impero,*
*Del Ceppo de' Sfondrati alto germoglio,*
*Ch' al Cremoneſe ſuolo ebbe ſecondo*
*Le primiere radici, e i cari parti,*
*L' Empia, e rigida Cloto*
*Nel più bel fiore appunto,*
*Che da i diporti, ed agi*
*I frutti ei vi godea,*
*Troncò del viver ſuo l' amato ſtame &c.*

In

In Atheneo Romano, ut inſignis Literatus laudatur ab Oldoyno.

Inter alia ſcripſit *Epiſtolas*, quæ leguntur in libro Franciſci Cionchi, ubi de Vita Ven. Servi Dei Jo: Baptiſtæ Vitelli Fulginatis, Amici ejuſdem Cardinalis, cui laudes plurimæ tribuuntur.

Auguſtinus Bonacina in Epiſt. qua Sfondrati Cardinalatus dignitatem gratulatur, Camilli nomine tantum ipſum vocat; eſt Mediolani excuſa anno 1591. nonas Januarii.

In Ephemeride Literatorum Italiæ, Venetiis excuſo anno 1718. Tom. XXX. art. III. ubi de celeberrimo P. D. Angelo Quirino Mon. Caſinenſi, modo S. R. E. Cardinali digniſſimo, ac Brixiæ Epiſcopo, inter alia adnotanda ſunt, quæ de tanto Viro ſcribuntur, ubi de noſtris Sfondratis, & præſertim de Paulo fit mentio pag. 63.

*Ma ſon degne, che ſe ne faccia particolare memoria le fatiche utilmente inſieme, e lodevolmente dal medeſimo* (ideſt a Patre Quirini) *ſofferte nel diſotterrare dall' Archivio del Monaſtero di Grotta Ferrata, e tradurre in latino quella parte del Greco Menologio, che fino a tempi del dottiſſimo Leone Allazio ſi piangeva, come irreparabilmente perduta.*

*La prima parte di queſt' Opera utiliſſima, ſcritta per ordine di Baſilio Porfirogenito Imperadore, e che abbracciava i meſi di Settembre, Ottobre, Novembre, Dicembre, Gennajo, e Febbrajo paſſata di Coſtantinopoli in Milano, nelle mani di Lodovico Sforza, e da queſte in quelle di Gio: Battiſta* (Baptæ tantum ab omnibus fere appellati, ut etiam in ejus Epitaphio, a nobis relato in Crem. Literat. Tom. I. ad annum 1475.) *Padre di Franceſco, ed Avolo di Niccolò, l' uno, e l' altro Cardinale Sfondrato* (quin etiam Nicolaus fuit Summus Pontifex Gregorius XIV. vocatus) *finalmente da Paolo, eſſo pure Cardinale della ſteſſa Famiglia era ſtata donata a Paolo V. Pontefice, che aveala ripoſta fra Codici della Vaticana Bibliotheca, ſul qual Codice il celebre Pietro Arcudi avea lavorato la ſua verſione latina, dall' Abate Ughelli pubblicata nel fine del Tomo VI. dell' Italia Sacra &c.* ex his quæ ſcripſimus de Baptiſta Sfondrato vere liquet, quomodo e manibus Lud. Sfortiæ Mediolani Ducis pervenerit Codex ille pretioſiſſimus ad Baptiſtam; erat enim Duci acceptiſſimus, æque ac neceſſarius.

In Poſterorum admirationem me continere nequeo, quin hìc exſcribam ſepulcrales Inſcriptiones in Æde Divæ Cæciliæ de Urbe, eidem Cardinali poſitas, ex quibus humilitas, pietas, & liberalitas in ævum tanti Benefactoris concelebrentur.

*Paulus Tituli S. Cæciliæ S. R. E. Presb. Card. Sfondratus miſerrimus Peccator, atque ejuſdem Virginis humilis ſervus. Hic ad ejus Pedes humiliter requievit. Vixit Annos LVII. menſes X. dies XXV. obiit Anno MDCXVIII. menſe Febr. die XIV. Orate Deum pro Eo.*

Ibi ſub ejus effigie marmori exſculpta, hæc alia legitur inſcriptio, ab Executoribus Teſtamentariis in heraclio lapide, notis aureis exarata.

*Deo*

Digitized by Google

*Deo Uni Trino*
*Paulo Sfondrato Card. Epiſc. Alban.*
*Gregorii XIV. Fr. Fil. Bononien. Legato,*
*Signaturæ Gratiæ Præfecto*
*Cremonen. Præſuli, Pietate in Deum, Divoſque*
*Animarum ſtudio charitate in Pauperes*
*Plane memorando,*
*Quod S. Cæciliæ Corpus inſigni Sepulcro*
*Luminibus ad centum perpetuo collucentibus,*
*Terreſtri prope Cælo decoravit. Templum exornatum*
*Sacerdotibus, Miniſtris, pretioſis Vaſis, & Reliquiis auctum*
*Hæredem ex aſſe reliquit, quodque omnium ejuſmodi rerum*
*Memoriam vivens repulit Demortuo an. Æt. LVII. Sal. MDCXVIII.*
*Odoardus Card. Farneſius, & Auguſtinus Paccinellus Senen.*
*Teſtamentarii Executores P. P.*

Paulus Joannes Regatius Marchio, Ducalis Collegii Nobilium Parmæ Convictor, & inter Academicos Selectos Literarum, & Armorum, nuncupatus *Delirans*; in primævis ſuæ Adoleſcentiæ annis, ſcilicet anno 1691. vulgavit Theſes in Univerſa Philoſophia ex Academia Parmenſi S. J., ac publice propugnandas exhibuit, ibi impreſſas, typis Roſati, ſub fauſtiſſimis auſpiciis Celſitudinis Sereniſſimæ Raynutii II. Parmæ, Placentiæ &c. Ducis. Inter primates illius præclariſſimi Cætus Alumnos jugi ſtudio emicuit; adeo tanti Principis præ cæteris animum eo tempore alliciebat, tum literis, muſarum præcipuis, erudite, ac egregie recitando, cum armis, & equis prompte, ac intrepide in haſtiludiis, & gymnicis dimicando, ut eum pleriſque favoribus, ac Marchionali titulo honeſtaverit; quorum memor in Epiſtola ſuarum Theſium nuncupatoria aſſerit. *Non poſſum non vehementer affici, Sereniſſime Princeps, cum ea recreor cogitatione, quæ tua in me collata beneficiorum decora obſequentiſſime recolit, & ſuaviſſime meditatur.* In Patria vix ephebia egreſſus, ad Nobilem Decurionatum aſſumitur anno 1695., in quo vixit uſque ad diem tertiam decimam Octobris 1733. accitus, ſtatis temporibus, ad ſingulos Patriæ Decurionales Magiſtratus, in quibus omnibus ſuæ aptitudinis monumenta reliquit. Poeſeos italicæ amantiſſimus, carmina innumerabilia digeſſit, quorum quamplura typos ſane illuſtrarunt. Cum ego illi eſſem admodum charus, frequenter in hoc meo Muſeo ſecum colloquebar. Verum mirum erat, eum audire (ſic tenacem memoriam ipſe fovebat) recitantem ſua carmina, triginta annorum ſpatio jam compoſita, ut ſi, illa die compacta fuerint.

Laudatur cum peculiari Elogio ab Ab. Joſepho Malateſta Ga-

ruffio

ruffio in libro inſcripto. *L'Italia Accademica P. I.* quem dedicat anno 1688. Ariminii excuſum Nobilibus Collegii Parmenſis Academicis Selectis, ubi inter cætera notat noſtrum Regatium *fu Principe degli immaturi &c.* alludendo, ut creditur, in tenera ætate precox in eo fuiſſe ingenium.

Ejuſdem, & ego memini in meo Dithyrambo, cui tit. *il Tabacco Fumato* pag. 38., & 135. necnon in meis carminibus ital. pro Sacris Stigmatibus S. P. Franciſci pag. 148.

Peregrinus Merula Sacerdos, & Rector Eccleſiæ Parochialis SS. Nicolai, & Michaelis Novi in Patria, permulta edidit Opera tum latine, tum italice elaborata, ut ipſe innuit in editione Sanctuarii, de quo infra, & nos ſervabimus eorum ordinem. Quæ aſteriſco in fronte adnotantur ſunt penes nos.

* *Legatio Cremonenſis ad Gregorium XIV. Pont. Max. ubi & carmina diverſi generis, & Divi Nicolai Vita verſibus expoſita, & in Templo eidem dicato Cremonæ acta. Cremonæ apud Barucinum Zannium* 1600. *in* 4.

* *Civitatis Cremonæ Gratulatio in Adv. Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Pauli Sfondrati S. R. E. Card. & Ep. Cremon. Ibidem* 1608. de quo ſuperius ſcripſimus.

* *Pellegrinaggio Spirituale alle Chieſe delle Quarant' Ore. Cremonæ* 1618. huic Orationi ſubnectuntur nonnulla carmina latine ſcripta.

*Divote Conſiderazioni ſopra le Otto Feſtività di M. V.*

* *Il divoto, e miracoloſo Sabbato della Gran Madre d'Iddio M. V. Signora noſtra. Brixiæ per Sabbios* 1617. *in* 12. *fuit reimpreſſus hic liber.*

* *Diſcorſi Spirituali fatti nella Chieſa Cattedrale di Cremona. Ibidem* 1620. *in* 12.

* *Ordine delle Quarant' Ore, accomodato al Pellegrinaggio. Cremonæ* 1618. *in* 12.

* *Gemma prezioſa del Sacro Moniſtero di S. Chiara di Cremona. Ibidem* 1619. *in* 12.

* *Panegirico del Ven. Ciſtello di Cremona. Ibidem* 1621. *in* 12.

*Divota Meditazione nella Feſta di S. Chiara Vergine.*

* *Divota Pellegrinazione alle Sette Chieſe di Cremona, col modo di Viſitarle, col modo di conſeguire le Indulgenze, che in eſſe ſono. Reimpreſſio tertia, Cremonæ* 1623. *in* 12.

*Avventino, overo Aſpettazione del Parto di M. V.*

* *Nobiliſſima raccolta de' Cremoneſi in Santità inſigni, ed eminenti, col Catalogo ſuccinto di tutti i Veſcovi di Cremona, fino all' Eminentiſſimo Campori. Brixiæ* 1624. *in* 4.

* *Lagrimevole Pellegrinaggio ad alcune Chieſe di Cremona, per meditare in eſſe nel Giovedì Santo i Miſterj della Paſſione di Criſto N. S., con i paſſi, ch' Egli fece in quel lagrimoſo Viaggio. Cremonæ per Hæredes Zannios* 1627. *in* 12.

* *San-*

Digitized by Google

* *Santuario di Cremona, nel quale ſi contengono non ſolo le Vite de' Santi di tutte le Chieſe, e di Quegli, i cui Corpi in alcuna di eſſe ſi ripoſano, ma anche le Reliquie, e coſe notabili di eſſe, coll' origine de' Monaſteri, Spedali, e Luoghi Pii di detta Città. Cremonæ per Zannios* 1627. *in* 4.

Opera ejus edenda, quæ a Merula ſcripta ſunt. *La Sacra Vergine Capuccina, overo ritratto dell' Aſtinenza Monacale.*

*Vittoria Inſigne de' Cremoneſi avuta l' anno* 1213.

*Apparati d' alcune Chieſe di Cremona nella Canonizzazione de' Santi, e Beati.*

*Rappreſentazioni Spirituali fatte nella Chieſa di S. Nicolò in diverſi tempi.*

*Teatro degli Uomini Illuſtri della Città di Cremona.*

*Compendio di tutte le Croniche di Cremona.*

*Cronologia de' Veſcovi Cremoneſi.*

*Compendio di tutte le Pratiche Evangeliche avanti, e dopo la Santa Comunione del P. Ceſare Fanciotti.*

* *Santuario delle Chieſe del Diſtretto di Cremona, nel quale non ſolo ſi contengono le Vite de' Santi di tutte le Chieſe, e di quelli, i cui Corpi in alcune di eſſe ſi ripoſano, ma anche le Reliquie, e coſe notabili di ciaſcuna di eſſe,* ubi ſint penitus ignoratur.

Laudatur a Maraccio in Bibliotheca Mariana lit. P. nec non a Petro Maria Campo in Hiſt. Placentina lib. 6.

Petrus Bonacursius J. U. D. Canonicus Pœnitentiarius in Cathedrali Cremonæ, & S. Officii ex Conſultoribus, edidit ſuum Opus, cui tit.

* *Explicatio Literarum omnium Evangeliorum, quæ in Miſſali Romano reperiuntur Cremonæ* 1648., *&* *Venetiis apud Pinellum in* 4. Sepelitur in Eccleſia S. Thomæ Sanctimonialium Capucinarum, ubi adeſt ejus tumulus.

Petrus Camporeus, ſeu Camporis è Caſtro Novo Caſeroniæ, Provinciæ in Ducatu Mutinenſi, qui Pagus ab ejus Cognomine, poſt indeptam Cardinalitiam Purpuram Campori appellatus eſt; Verum inter Cremonenſes Cives recenſendus, tum ex privilegio Civitatis eidem ex Decreto Conſilii Generalis, conceſſo etiam Jo: Baptiſtæ ejus Fratri, & Paulo Nepoti, ac omnibus deſcendentibus ex eadem Camporea Stirpe, cum ex longo incolatu, ac Epiſcopali dignitate, qua ibi effulſit; Fuit namque à Secretis Cæſaris Speciani in Patria ſua Antiſtitis, ac etiam in legationibus ad Rodulphum Cæſarem, cujus merita, & virtus aditum ad Romanam Purpuram aperuerunt, nam a Paulo V., S. R. E. Card. creatus eſt 1616. cum eſſet Romæ Commendatarius S. Spiritus in Saxia, a Gregorio XV. adlectus unus ex Inquiſitoribus Generalibus S. & Univerſalis Eccleſiæ anno 1620., & deinde Epiſc. Cremonæ 1621. ſedit annis 22. ſemper præſens. Obiit 1643. pridie Non. Februarii fere nonagenarius,

Digitized by Google

genarius; fueratus in Cathedrali prope Cæſarem Specianum, cum Inſcriptione marmorea in pariete, e regione Altaris Divo Petro Sacri, quamvis virtutum omnium ornatiſſimus, non habemus, niſi

*Synodum Diæceſanam Cremonæ typis editam anno* 1635. *in* 8. quam habuit eodem anno. Ex mſſ.

*Decreta ad Capituli regimen Canonicorumque, ac totius Cleri Cathedralis Cremonæ diſciplinam attinentia: ſunt numero LII.*

Legatur Ughellus in Italia Sacra Tom. V. qui de eo plura: En Inſcriptio.

*R. R. P.*

*Inſpice quam brevi loculo clauditur ampliſſimum Decus. Alumno felicitatis ſemper maximo. Petro Cardinali Camporeo hic lapis inſcribitur: Qui Cæſari Speciano Apoſtolicæ Sedis Nuntio ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem, tum ad Rodulphum Cæſarem Arcanorum Secretiſſimus, talem ſe præbuit, ut Rex prudentiſſimus laudatum, ac regia penſione auctum dimiſerit: Cæſar Nobilitatis privilegio, & Aquilæ fuerit participatione dignatus: Paulus V. Pont. Max. Suæ, Suorumque Domui præfecerit, Sancti Spiritus Commendatarium dixerit, ſacra demum Purpura decoraverit. In cujus locum omnium pene voce ſuffectus ſolium tenens erectior, & ſublimior apparuit, quia non ſedit. Animi magnitudine, moderatione, ac tranquillitate admirabili a Gregorio XV. Eccleſiæ Cremonenſi Epiſcopus datus, tamquam ſydus Pacis illuxit ſine occaſu pervigil poſt vicenariam Cuſtodiam mitiſſimus omnium Paſtor, qui virtuti ſuæ fortunam ſuppedaneam fecerat, iſthic ſibi, ſi reſpicis, ſuppedaneum ſe præbet; nec jacentem putares, qui nunquam jacuit; ſed quaſi morte devicta, triumphum coronatus tulit. Univerſa parentante Cremona, abiit undenonageſimo Prid. Non. Febr. an.* 1643.

*Patruo Optimo, ac meritiſſimo poſuerunt Hæredes. Urbano VIII. P. M. Vivente, & Ferdinando III. Imper.*

Epitaphium aliud ſuper tumulum, cum effigie marmorea, penes Cæſarem Specianum Epiſc. ideſt

*Primogenito Mortuorum Deo,*
*Et Principi Regum Terræ,*
*Vivificandus in Regeneratione*
*Hic requieſcit*
*Eminentiſſimus æque, ac Mitiſſimus*
*Petrus Card. Camporeus*
*Sydus Pacis,*
*Tumultus inter ſemper Quietus,*
*Epiſcopo Suo Cæſari, ita proximus Tumulo,*
*Et animo mirifice grato.*
*Obiit anno* 1643. *prid. Non. Febr.*
*Ætatis Undenonageſimo,*
*Longiore dignus ævo ſi tempora*
*Meruiſſent.*

*Abbas*

*Abbas Honufrius, & Carolus*
*Patruo Optimo, ac meritiſſimo*
*Grati animi perenniſque*
*M. M. P. P.*

Prodiit Cremonæ liber per Jo: Petrum Zannium 1643. opera Sacerdotis Franciſci Realini noſtri Cardinalis a Secretis inſcriptus.

* *Racconto dell'Eſequie fatte in Cremona all'Eminentiſſimo Cardinale Pietro Campori Veſcovo di eſſa Città &c.* in quo præ cæteris Emblemata, & Elogia plura leguntur.

P. Hieronymus Gatticus Mediol. Ord. Præd., eidem Cardinali dicavit Opus, plane Chriſtifidelibus oportunum, excuſum Mediol. anno 1622. per J. B. Malateſtam, cui tit. *Catechiſmo Morale, Generale &c.*

Quæ de hoc Cardinali ſcribit Eques Antonius Valliſnerius Medicus celeberrimus, non ſunt prætereunda in II. Tomo ſuorum Operum Phyſico-Medicorum. Venetiis per Sebaſtianum Coletum anno 1733. in fol. mag. pag. 406, ubi notatur.

*Viaggi per i Monti di Modena.*

Scribens de Caferoniæ Provincia, ejuſque locis.

*Campori Pagus ſupra Foſcianam, fortunata Cardinalis Campori Patria, cui nomen dedit, cujuſque Domus, ut illuſtre Viri Eminentiſſimi, fortunæque Romanæ monumentum digito oſtenditur. Ejuſdem Pater fuit D. Paulus Camporis, Vir perhumanus, & honeſtiſſimus, Avus D. Joannis Maria optimæ indolis, qui primus Caſtrinovi domicilium figit &c.* (Caſtrumnovum, antea Cardinalis Patria vocabatur) ibi proſequitur Valliſnerius: indigitare dignitates tanti Viri, omittit vero narrare Eum fuiſſe Cremonæ Epiſcopum, ibi mortuum, ac ſepultum in Cathedrali.

Cum de Valliſnerio inciderit ſermo, fateor profecto me Viro doctiſſimo plurimi devinctum, cum in Tomo III. ſuorum Operum ex memoratis typis pag. 134. ubi de Bombycibus lapideſcentibus diſſerit, altis me laudibus effert; Verum dum Medicus magnæ famæ ab eo ſum appellatus, nequeo tamen obmuteſcere, quin dicam me nunquam Medicinæ ſtudio applicuiſſe. Oh utinam Juriſprudentiæ incubuiſſem, pro qua lauream, adhuc Adoleſcens in nobiliſſima Ticinenſi Univerſitate ſuſcepi, ſub promotione præcipua, & præ cæteris, famigeratiſſimi Juris Conſulti, illius Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconi Franciſci Mariæ Pecchii, Auctoris quinque Voluminum Legalium de Aquæductu, & de aliis tractantium, Ticini diverſis annis editorum, quæ teſtari poſſunt quantam juriſperitiæ famam, etiam extra Italiæ confinia ſibi acquiſiverit.

Petrus Cannetus, in ſæculo Jo: Baptista, natus ad maximum Reipublicæ Literariæ incrementum, die 21. Novembris 1659.

 dimiſſo

Digitized by Google

dimiſſo habitu Clerici Sæcularis anno 1684. nigram in candidam Veſtem mutavit, Ravennæ Monachus Camaldulenſis effectus, Paulo Antonio Zaccarello V. C. totius Ordinis Generali Miniſtro, ob eximiam Virtutem Petrus ab eodem prædilectus, vix tyrocinio expedito a Secretis eligitur, & paulo poſt, anno 1690. Abbatiali dignitate decoratur, non abſque Æmulorum ſtupore; cum eſſet ingenii fœcunditate maxime præſtans. Primæus ex Fundatoribus Academiæ Concordium Ravennæ, & ejuſdem a Secretis deputatur, pluresque Academicos Cætus decoravit, ac inter Arcades Romæ ſub Paſtorali nomine *Caritei Neſii* emicuit. Crevit adverſus eum æmulatio, cum integro decennio inſignis Claſſenſis Aſceterii Ravennæ præfuerit Abbas, conſtanti verum animo omnia adverſitatis infortunia, devictis hoſtibus, ſuperavit; Acceſſit quod anno 1729. ut videbimus, Abbas Generalis eligitur. In eodem Aſceterio Bibliothecam ſelectiſſimam erexit, adeo quod ſi tantus homo nihil aliud egiſſet in mundo, in literatiſſimos Heroes accerſendus eſſet. En ea occaſione Elogium V. C. Abbatis Jo: Baptiſtæ Rondoni poſtea Epiſcopi Aſſiſii, ex celebrioribus Italiæ divini verbi declamatoribus.

*Petro Canneti Cremonenſi*
*Perinſignis Claſſenſis Monaſterii Ravennatis*
*Ord. Camald. per decennium Antiſtiti*
*Emerito*
*Monaſticæ diſciplinæ Aſſertori eximio*
*Bonarum Artium,*
*Literarum omnium Sacrarum præſertim*
*Cultori ſedulo, fautori liberali*
*Quod Bibliothecam a fundamentis excitatam*
*Multis Signis, qua pictis, qua ſculptis exornatam*
*Pluribus, ac raris Codicibus auctam, & inſtructam*
*Privatæ Monachorum Utilitati*
*Publico adeuntium eo modo aperuit*
*Monumentum*
*Grato Eruditorum Conſenſu Decretum*
*Ingenti poſteritatis beneficio debitum*
*Solo Auctoris pudore erigi vetitum*
*I. B. A. R.*
*In Obſequii teſtimonium ære, ac marmore*
*Perennius poſuit.*

Præclara quidem Opera ſcripſit, pluraque typis edita etiam leguntur, quæ ſubdimus.

* *Epigrammatum Centuria Prævia. Ad Eruditiſs., & Ornatiſs. Præſulem Jo: Franciſcum Rotam V. S. R. Bononiæ typis Hæred. Benatii* 1688. *in* 12.

* *In lode degli Eminentiſs., e Reverendiſs. Signori Cardinali Jacopo Cantelmi, e Gio-*

Digitized by Google

*e Giovanfranceſco Albani Panegirico nell' Accademia de' Concordi di Ravenna &c. Arimini per Simbenum* 1692. *in* 4.

* *Soteria Viro Illuſtri Antonio Magliabechio Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Conſiliario, & Bibliothecario celeberrimo, ſplendidiſſimoque, quum ex difficillima febri feliciter convaluiſſet nonis Decembris* 1694. *Honoris, & cultus ergo, Lipſia tranſmiſſa &c. Peruſiæ formis Conſtantinianis anno* 1695. *in* 16.

* *La Perfezione del Beneficio nella Giuſtizia del Benefattore, e nella gratitudine del Beneficato, Orazione agl' Illuſtriſſimi Signori Conſoli, e Giurati del Nobile Collegio della Mercanzia di Perugia, nell' aggregazione dell' Illuſtriſſimo Sig. Marcheſe Lorenzo Roſſi, il dì* 26. *Giugno* 1695. *Peruſiæ per Conſtantinum* 1696. *in* 4.

Monumenta genealogica Nob. Familiæ Ravennatis de Guicciolis, de quibus fit mentio in Tomo XIII. Ephem. Literatorum Italiæ art. XVI. pag. 483. Venetiis 1713.

Facta hic mentione de Nob. Familia de Guicciolis, permittat Lector parvulam digreſſionem, quam addo, quamvis prolixa non ſufficeret panegyris. Nunciatum mihi nuperrime venit a Reverendiſs. P. D. Paulo Antonio Maſtrio Abbate Camaldulenſi, modo in Aſceterio ſuo Cremonenſi degente, per Sanctiſſimum Pontificem Benedictum XIV. menſe Martio proxime dilapſo hujus anni 1741. promotum fuiſſe ex Abbate, & Viſitatore Camaldulenſi Illuſtriſs., & Reverendiſs. D electum Epiſcopum Lycopolis ac ad Vicariatum Apoſtolicum, & Archiepiſcopalem Metropolitanæ Ravennæ Ferdinandum Romualdum de Guicciolis, cui obſequium meum inauguro, & Neſtoreos annos deſidero, cum eſſet Amicus, & præclarus Alumnus Abbatis Canneti, perpetuo a me celebrandi, ob inimitabiles ſui animi dotes.

Redeamus, unde digreſſi ſumus.

* *Poſtillæ Homiliis Sanctiſs. P. Clementis XI., ut ex editione in Verſione Italica eorumdem a Jo: Mario Creſcimbenio. Florentiæ* 1705. *in fol. ex typographia S. R. C.*

*Diſcorſo Paſtorale per la Laurea di Monſig. Annibale Albani, Nipote di Clemente XI., ut ex epiſtola P. Abbatis nobis directa diei* 6. *Junii* 1706. *data Ravennæ.*

* *Apologia pro M.r Hieronymo Vida, ſub nomine Axiopiſti Philophili Auctori directa excuſa anno* 1712. *& ibi in fine recuſa.*

* *Delle lodi di S. Franceſco di Paola, detto nella Chieſa di S. Spirito di Perugia il dì* 1. *di Aprile* 1716. *ibi per Conſtantinum in* 4.

* *Della Famiglia Meniconi di Perugia* liber in fol., ibi impreſſus abſque ejus nomine, quinimo, ut fertur, ab eo reprobatus, cum plures additiones ipſi libro factæ fuerint, eo inſcio.

* *Diſſertazione Apologetica intorno al Poema de' Quattro Regni, detto altramente il Quadriregio, e al vero Autore di eſſo Monſignore Federigo Frezzi dell'*



Digitized by Google

*Ordine de' Predicatori. Fulginii 1725. per Pompeium Campanam in 4.* Hæc *diſſertatio legitur in fine Poematis, & poſt Academicorum* Rinvigoriti *nuncupatorum catalogum, dicata Eminentiſſimo Orſino, mox Benedicto XIII.*

Plures habuit Orationes panegyricas, & nempe.

*In Morte Eminentiſſimi Laur. Raggi Ravennæ Legati anno* 1687.

*Pro S. Romualdo, Ravennæ in Eccleſia Claſſenſi die 7. Februarii 1690. ut ex ejus epiſt.*

*Pro S. Philippo Nerio, Romæ in Eccleſia Vallicellana, coram pluribus S. R. E. C. in Feſto ejuſdem Sancti anno 1694.*

*Pro Divo Antonio Patavino Peruſiæ Auguſtæ anno 1696.* in Templo S. Franciſci Seraphici, dum ibi Aſceterii Camaldulenſis præeſſet Abbas, in habitu Abbatiali orando. Anno 1693. Conciones habuit Quadrageſimales in Cathedrali Arimini, tunc Epiſcopo Eminentiſs. Corſio, Ravennæ etiam de Latere Legato.

Permulta tanti Viri opera mſſ. partim completa, & partim imperfecta, ſervantur in Bibliotheca Claſſenſi Ravennæ.

*Adnotationes ſuper Epiſtolis B. Ambroſii Camaldulenſis*: Opus laborioſiſſimum, de quibus Epiſtolis mentionem facit P. Poccianeius in Catalogo Scriptorum Florentinorum lit. A. pag. mihi 8.

*De Cardinalis Ardicini a Porta Junioris, profeſſione Camaldulenſi Diſſertatio Apologetica*, qua Garimberti, Ciacconii, Bzovii, Vvadinghi, Scriptorumque Olivetanorum lapſus caſtigantur. Hanc ſuſcepit provinciam, ut morem gereret Lazaro Auguſtino Cottæ de Ameno Muſei Novarienſis Auctori, Amico noſtro communi eruditiſſimo, ut ex epiſt. diei 3. Febr. 1692.

*Ætas Divi Romualdi, pluſquam centenaria vindicata, Diſſertat. Apolog. pro Divo Petro Damiani contra Cæſ. Baronium, Jo: Bellandum, Danielem Papebrochium, Hier. Fabrum, & alios.*

*Notæ in Vitam Divi Romualdi, a S. Petro Damiani conſcriptam.*

*Camaldulenſes ante Camaldulum inſtituti Diſſ. Apolog., qua Primi Divi Romualdi Diſcipuli, Camaldulenſibus jure annumerandi vindicantur.*

*Bibliotheca Italica manuſcriptorum.*

*Bibliotheca Æmiliæ.*

Et hæc recepimus *ex ſuis Epiſtolis* a me ſervatis, & tribus Voluminibus in fol. diſtributis.

Impreſſionem Orationum Malagonelli curavit anno 1690. typis Poletti.

Laudatur adhuc Vivens ab innumeris Scriptoribus, quem etiam multi in Mœcenatem acclamarunt.

Jo: Simbeni Med. Ariminenſis eidem dicavit librum in 12. cui tit. *Exercitatio Medicophiloſophica de morbis epidemicis, in qua diſſeritur de Febribus, & de ſanguine extra corpus.* Arimini apud Ferrarium 1713.

Dionyſius Andræas Sancaſſanus Med. celeberrimus librum, cui tit. *la Notomia dell' Acqua*. Patavii per Joſephum Coronam 1713. in 8.

Hya-

Digitized by Google

Hyacinthus Vinciolus Peruſinus, Epiſtolam de ejus Familia.

Ruggierus Calbus Patr. Ravennas librum, cui tit. *la Filoſofia eſpoſta in Sonetti*. Faventiæ 1715. in 12.

Horatius Polettus, Andreæ F. Typographus Venetus anno 1705. ex ſuis prælis. *Le Maraviglie Poetiche, e le Poesie varie del Sig. Federigo Menini*.

A Literatis, qui ejus amicitiam excoluerunt comendatur, & præ cęteris adnumeratur Federicus Nomius Nob. Aretinus, qui dicat Canneto quartam ex ſuis Satyris latine conſcriptis.

Franciſcus Lemene Comes Laudenſis in ſuis Carminibus italicis: Laudæ excuſis anno 1699. pag. 139.

Jo: Angelus Guidarellus Canon. humaniorum literarum in Peruſina Univerſitate Profeſſor, ſuis Carminibus ab Auctoris Nepotibus editis, Peruſiæ anno 1725. pag. 24.

Juſtus Fontaninus doctiſſimus Archiepiſcopus de Corona ferrea in editione tertia Leydenſi, ex additis col. 32. & 33. cap. 7. §. 2.

Sebaſtianus Coletus Venetus in reimpreſſione Italiæ Sacræ Abb. Ughelli.

Julius Cæſar Porrus J. C. Cremon. in ſuo Opere de S. Diſma pag. 4.

Hieronymus Baruffaldus, Centi eruditiſſimus Archipresbyter in ſuo Dityrambo *la Tabeccheide* in adnotationibus pag. 199. & 200.

In libro cui tit. *Novelle della Repubbl. delle lettere dell' anno* 1730. Venetiis per Albrizium 1731. pag. 340. & ſeq. multa de eo laudabilia leguntur, & nonnulla ibi ejuſdem Opera adnumerantur. Item pluries in Ephæmeridibus Literatorum Italiæ, Venetiis excuſis.

Nos de eodem plura ſcripſimus in noſtra Cremona Literata, & plura dicemus, at nunquam ſatis, cum fere annorum quinquaginta ſpatio continuis epiſtolis noſtram fovebamus, uſque a teneris contractam unguiculis, amicitiam, & a quo ſæpeſæpius multis in rebus ſpecifice gratificatus, & amice fui, ac diligentiſſime. Servantur quippe in noſtra Bibliotheca.

*Tria Volumina in fol. Epiſtolarum ejuſdem*, inter quas nonnullæ latino ſtylo peregregie exaratæ; mihi ſemper ſuaviſſimæ, & perjucundæ.

Expleto nondum anno cum dimidio, a quinquennio ſuæ Generalis Præfecturæ munere, dum eſſet Faventiæ in Monaſterio SS. Hippolyti, & Laurentii, die Dominico primo Octobris 1730. febrili impetu correptus, circa primam noctis horam, dum ſacro Infirmorum Oleo perungebatur, evolavit ad Superos, ætatis ſuæ annorum ſeptuaginta, ut nos monuit ſuis literis P. Abbas Don Auguſtinus Romanus de Floribus Concivis, quem ſemper laudibus recolo.

Lubet hic ſubmittere ſepulcrale Eulogium eidem appoſitum.

*D. Petro Canneto Cremonen.*
*Abbati Claſſis, & Camaldul. Ord. Generali*
*Quem Summa Doctrina, & multiplex eruditio*
*Eximia facundia, & ſingularis humanitas*
*Morum integritas, & incorrupta juſtitia omnibus clarum fecerit*
*Obiit ſeptuagenarius Kal. Octobris MDCCXXX.*
*Morte tamen immatura ſibi præraptum tota Religio,*
*Et Univerſa Literarum Reſp. ingemuit.*

cui in pignus amoris addo

*Et Cypri odores, turaque maſcula*
*Inferre lectis oſſibus, & levi*
*Cum rore lymphas ſpargere, quo ſua*
*Reddatur cineri quies.*

Non tantum inſcriptionem, ſed Statuam æneam, ſeu marmoream eidem erigendam arbitrarer; potiſſima enim cauſa ſimilium erectionum eſt, Hominum illuſtrium aliquo ex facinore perpetuitatem merentium propagare, quia majorum ſunt decora, immortalem reddere, honorem augere, & poſteros excitare *l. 2. & ult. C. de Statuis, & Imag. & ibi noſter Azo in Summa n.* 3. latiſſime, ac eruditiſſime *Theod: Opingt in ſuo magno Tractatu de Inſigniis &c. cap. xx. per. xiii.* §. miror ſiquidem quomodo doctiſſimus hic Auctor in tam amplo volumine, cujus paginas diligenter excuſſi nullum plane verbum fecerit de Numiſmatibus, quæ in eo opportune, & congrue convenire, eſſet operæ pretium.

Romæ degens noſter Cannetus erat admodum carus Eminentiſſimo Jo: Franciſco Albano, inde Clementi XI. P. M. quem vidimus ſupra laudatum in panegyri ad Sacram Purpuram elatum, ab ipſomet P. Canneto; hinc libitum mihi ſit reſcribere epiſtolam P. Abbatis Don Antonii Franciſci de Caramellis, Viſit. Camaldulenſis, Romæ exaratam eidem P. Abbati Canneto, poſt deoſculationem Pedum Novi S. P. a P. Caramello factam, hujus exempli.

*Reverendiſſimo P. Sig. Padron Colendiſs.*

*Giovedì fummo ammeſſi al bacio del Santo Piede di Noſtro Signore, il quale ci accolſe con ſomma umanità; ſi eſpreſſe in ſentimenti da far compaſſione in ordine al rincreſcimento, che provava per eſſere in quel ſommo di Dignità, dichiarandoſi preſſo Iddio, che preſto lo levaſſe dal Mondo. Gran malinconìa in ſomma ſi conoſce da ſuoi tratti, e dal volto. Dichiaraſi amare la Religione, bramare l' oſſervanza, e ci benediſſe. Prima di partire mi venne queſta idea di baciargli anch' il Piede a nome di V. P. Reverendiſſima come feci; e riuſcì di conſolazione di tutti, perchè parve ingenuamente ſi riſchiaraſſe dalla tanta malinconìa, e riſpoſe.* Diamo al P. Canneti

neti la noſtra Benedizione, ed è ſtato noſtro Amico. *Queſte furono le preciſe parole. Se mi ſono troppo avanzato lo aſcriva al desìo, che ho rimoſtrarle la mia vera divozione, e ſtima del ſuo Merito; e con tutto l'oſſequio mi confermo. Roma 22. Gennajo 1701. di V. S. Reverendiſs. Divotiſs. Obbligatiſs. Serv. vero D. Ant. Franceſco Caramello.*

Proſit, & hic alteram epiſtolam ſubnectere Eminentiſsimi Card. Lercari, ut etiam S. P. Benedicti XIII., erga noſtrum Cannetum videatur benignitatis affectio. Epiſtolæ exemplum ſic impreſſum eſt:

*Lettera della Segreterìa della Santità di Noſtro Signore Papa Benedetto XIII. in commendazione del Capitolo Generale de Camaldoleſi, per l'elezione del P. Abate Canneti in Generale dell'Ordine, e di approvazione del medeſimo, con la retenzione del Governo del Moniſtero di Claſſe di Ravenna, e con la ſoggezione immediata della Parrocchia di S. Ippolito di Faenza al medeſimo Padre Generale.*

Foris. *Al Reverendiſſimo Padre, il Padre Abate Canneti Generale de Monaci Camaldoleſi. Moniſtero di Claſſe. Ravenna.*

Intus verò. *Reverendiſſimo Padre.*

*Gratiſſima è riuſcita alla Santità di Noſtro Signore la notizia qua recata dal P. Abate Archibugieri Procuratore Generale della commendabile Elezione di V. P. Reverendiſſima in Generale della ſua Congregazione, e benchè alla canonica Elezione medeſima aveſſe dovuto ſuccedere la vacanza di coteſta Badìa, per lo paſſaggio di lei, come Generale, al Governo della Badìa, e Moniſtero di S. Ippolito di Faenza, a tenore delle loro Coſtituzioni, ha però ſommamente goduto la Santità Sua in udire, che, ſecondo le determinazioni della ſua Santiſſima Mente ſpiegata,* ſuæ vivæ vocis oraculo *al P. Gaſparini Predeceſſore di Lei nel Generalato, V. P. Reverendiſſima non abbia dimeſſo il Governo di coteſto Moniſtero, a cui Sua Santità l'aveva già con ſuo ſpecial Breve deſtinata, anche per lo preſente Quinquennio, dopo queſt' ultimo Capitolo Generale. Ad oggetto quindi, che non poſſa in qualunque maniera dubitarſi e della mente, e del piacere particolare del SS. Padre, mi ha ordinato farle ſapere, che reſta primieramente molto contenta, e ſoddisfatta la Santità Sua, non meno della lodevole condotta degli Elettori, che della Elezione medeſima; e che in oltre non ſolo conferma la ſteſſa Elezione, colla ritenzione di coteſta Badìa, e Moniſtero Claſſenſe nella di lei Perſona, ma ne ſana inſieme a tal' effetto, biſognando, qualunque difetto, o vizio, che poſſa, o abbia potuto, benchè da due ſoli vocali, crederſi occorſo in ſomigliante Elezione, e ritenzione di Governo.*

*Ulteriormente affinchè da ſomiglianti diſpoſizioni, e reſidenza di V. P. Reverendiſſima in coteſto Governo di Claſſe non riſulti, ed avvenga qualche pregiudizio alla Parrocchia del ſuddetto ſuo Moniſtero di S. Ippolito di Faenza, che come ſolita reſidenza de' Generali gode tutte l'Eſenzioni dalla Giuriſdizione ordinaria di quel Veſcovo, giuſta i Decreti del Sacro Concilio di Tren-*

*to, dichiara la Santità Sua, non intenderſi perciò in veruna maniera leſa, e pregiudicata la Parrocchia medeſima nella ſua Eſenzione; Volendo la Santità Sua, che per queſta volta, e durante V. P. Reverendiſs. nel Generalato, e nel Governo del Monaſtero di Claſſe, goda la ſteſſa Parrocchia tutte le ſolite ſue prerogative appunto, come ſe nel Moniſtero di S. Ippolito riſedeſſe, o vi governaſſe perſonalmente il Generale, a cui la Parrocchia dovrà conſiderarſi ſempre immediatamente ſoggetta. Tanto mi occorre portare in notizia di V. P. Reverendiſſima, in eſecuzione della mente Pontificia di Noſtro Signore, E le auguro dal Cielo vere felicità. Roma 6. Luglio 1729.*

*Di V. P. Reverendiſſima*

*Affezionatiſs. per ſervirla N. M. Card. Lercari.*

Creſcimbenius pluries Cannetum laudat in ſuis libris, inſcriptis *della Volgar Poeſia*, & præcipue in introductione primi libri, gratiſſime ſe exprimendo, permulta ad ampliandam ſuam Hiſtoriam a celeberrimo Abbate Canneto recepiſſe.

En Apologia pro M. Hieronymo Vida Ep. Albenſi, de qua ſupra, pro ut fuit tranſmiſſa.

*Axiopiſti Philophili Cremonenſis ad Franciſcum Ariſium Patricium Optimum, Patriæ a Servandis Ordinibus Præfectum, V. C.*

NUM bina Opuſcula ad tuas manus devenerint adhuc ſuſpicor, *Ariſi* ornatiſſime? *Juſti Vicecomitis* videlicet unum, ſub nomine, alterum, *Stephani Abduæ* contectum, ambo verò in lucem nuperrime prodita. *Vicecomes* hallucinatum fuiſſe autumat J. C. *Antonium Gattum* Papienſis Lycei Profeſſorem in libro, quem ipſe edidit Excelſo Mediolani Senatui dicato, cui tit. *Gymnaſii Ticinenſis Hiſtoria &c.* ubi, cap. 1. marmoream referens inſcriptionem in ingreſſu Ticini pontis ad dexteram, Papiam vocat ſecundam Romam; hinc *Vicecomes* ipſe inclamat *Mediolanenſem Urbem Patriam meam vetuſtiſſimo ſecundæ Romæ cognomento expoliandam, nervos omnes intendiſti*, *Stephanus* autem ſe Patria Mediolanenſem adæque effingens *Gattum* acerrime tuetur, dicens, *Ego enim licet Mediolanenſis, ut tu quoque te eſſe ſcribis, perlecta Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis per Dominum Antonium tum conſcripta, nihil in ea contra Patriam noſtram comperui*, ſed melius *comperi*, in hoc forte verbo præli error irrepſit.

Sive hic de rabida, ſive de literaria, aut honeſta contentione agatur, cordati, doctique Viri diſcutiant; quod utriuſque noſtrum magis intereſt, illud eſt, in præcitatis liberculis non eſſe ſatis caute, immo inconſiderate, ac infreni lingua locutum de Patria noſtra, deque noſtro celeberrimo *M. Hieronymo Vida*, Viro cum primis docto, ac religioſo, annos nato ſex, & nonaginta, quorum majorem partem in ſtudiis ipſe confecerat. Gravior etiam, Amice, ex tui ſilentii diuturnitate crevit in me dubitatio (quamvis prudens homo conſulto ea diſſi-

Digitized by Google

diſſimulet, quibus vel amore, vel odio extra ſe moveri poſſit) quippe ſcio quantum eas res geſſiſti, quæ Remp. noſtram, ac *Vidam* plurimum adauxerunt, præſertim verò in ſecundo Cremonæ Literatæ Volumine, cum permultos Auctores admirabili Vidæ ingenio gratulantes adnumeraſti; & ſi talis Civium es defenſor, ut conſueviſti, *Vidam* tua virtute iterum ſuſcipe protegendum. Nimirum, ni fallor, *Vidam* ipſum, & Patriam a *Bernardi Sacci* calumniis vindicare jamdiu meditabaris ea ſpe fortaſſis allectus, de qua *Cicero* in ſomnio Scipionis, inquiens, *omnibus, qui Patriam, Civeſque conſervaverint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in Cælo definitum locum, ubi ævo ſempiterno fruantur*. Qua incuria, penitus ignoro, opus tam neceſſarium ad hanc uſque diem a Noſtris dilatum ſit? Vellem id a te, & exopto vehementer, tui ingenii ſpecimen in hoc eluceat, neque tibi defutura argumenta arbitror, quibus *Sacci* errores detegas, & oſtendas; qui integras *T. Livii* periodos, aliorumve Scriptorum involvit, & mutilat verba, ut nullam quidem partem eo in libro reperias, præcipue cum ipſe de Cremona agat, quæ fabellis, & ſomniis redolere, aut quam ſibi libuerit, immutata non videatur. Nec mirum ſi aliena verba mutaverit, qui in propriis mutabilem, & varium ſe cunctis exhibuit; nec id tanquam temere a me confictum rejiciatur. Inſcripſit *Saccus* librum ſuum *de Italicarum rerum origine, & elegantia libri decem*. Verè;

*Tres chartas, ſeptem titulos, & inania mille*: nam verſa prima pagella, totus mutatus ab illo, legitur ibi. *Bernardi Sacci Ticinenſis Hiſtoriæ liber primus*, & ſic uſque ad finem pergit, nullo præhabito, ac penitus oblito excurſu *de Italicarum rerum origine, & elegantia*.

Sed ut revertar ad id, unde cæpi, & ſcilicet ad *Vicecomitis* dicteria, (cui ſatius erat pro Patria ſua pugnare abſque *Vidæ*, Patriæque noſtræ læſione) ea perpeti non poſſe oſtendam; & in primis cum ſcribat pag. 42. *In tanta autem lite non Ticinenſium unus, aut alter, ſed tota Civitas junctis ſtudiis, diu multumque deſudavit, ne umquam Princeps a Patria noſtra inter reliquas Mediolanenſes Urbes adjudicaretur locus Cremonæ, & turpiter nimis, ac indecore futuris omnibus ſæculis Papia ſuccumberet*.

Poterat profecto *Vicecomes*, ſive *P. Jo: Paulus Mazzucchellus Somaſchenſis*, hac larva nobili indutus (ſi Diario Literator. Italiæ VIII. fides præſtanda eſt) Poterat, inquam, penſitare meliùs in trutinâ, & naſo ſuſpendere adunco verba illa *turpiter*, & *indecore*, quaſi vellet inferre plurimum Ticini famæ detractum iri, quoties Urbs ipſa Cremonæ Principem locum poſt Mediolanum ceſſiſſet, & quaſi Cremona parvus ſine nomine vicus, Geographiæ ſtudioſis ignotus ſubſiſteret! Sic hominum malevolentia facit, ut pleraque ſiniſtrum in modum, quam acta ſint interpretentur. Etenim quæ, quantaque ſit, fueritve Cremona, libros tuos, eruditiſſime *Ariſi*, teſtes adpello, præſertim verò primum tuæ Literatæ Cremonæ volumen, in quo de Patriæ nobilitate, & antiquitate egiſti, ampliſſimam indicans omnibus,



Digitized by Google

nibus Poſteris emolumenti, ac eruditionis opportunitatem.

Poterat æque bene *Vicecomes* in œxophago retinere, quæ petulanter evomuit pag. 43. & 44. *Præterea ipſis* (ſcilicet Papienſibus) *Cremonenſes Ticini pontis lapidem in memoriam plus nimio certè ad ſtomachum uſque revocarunt verbis ſcilicet adeò injurioſis, ut ego* (magnus Ego) *ſemper ea vehementiſſime execratus ſim, cum rationibus, non conviciis, ejus maxime generis, intendendæ ſint lites.*

Et qua ratione, pro ut alibi in eodem Opuſculo pag. 49. ſopitas jamdiu prunas inter Urbes adeo conſpicuas ſulphurea ingenii nequitia excitare? ac ſanati, obductique vulneris fere abolita cicatricum veſtigia mordaci aceto refricare? ob oculos ponendo rurſus Actiones, ſeu Orationes illas *M. Hieronymi Vidæ*, ab eodem, jurgiis tunc maxime efferveſcentibus, juſto (pluſquam *Juſtus ſit Vicecomes*) calore exaratas! Objiciatur ergo. *Vicecomiti* illud *Satyrici Sectani Sat.* 10.

*Hactenus imbelli Muſæ jeciſtis ab arcu*
*Spicula, quæ melius poterant latuiſſe pharetra*;

eoque cautius modo a ſimilibus eſt abſtinendum, cum illa in Urbe Ticinenſi Patricius noſter integerrimus, Marchio ſcilicet *Petrus Goldonus Vidonus* Cæſareus Mediolani Senator, primo loco Præſtes Juridicundo reſideat, & ibi, Tu quoque *Ariſi*, dilectum pignus retineas *Homobonum Xaverium* filium tuum in Almo Borromæorum Collegio, optime ſpei Adoleſcentem, Juriſprudentiæ operam dantem.

Animadverſione plane digna eſt *Vicecomitis* malitia, qui, ut ex ſe fatetur, dignoſcens *cum rationibus, non conviciis, ejus maxime generis* (utor ſuis verbis) *intendendas eſſe lites*; de curru delapſus (ut ferunt adagia) & ſcilicet ſui propoſiti oblitus, aliò ſe transfert, & *Gattum* mordicus carpit, improbe ſugillat, ac maledictis inceſſit. At de hoc *Gatti* cura erit, cui par jus retribuere Sycophantæ ſuo neceſſitas poſtulat, illiuſque dicacitates, Unguibus etiam retundere, quamvis ſub laudum pallio eas ſtudeat *Vicecomes* aliquando contegere; id recte *Stephanus Abdua* accepit, & quorſum tendant fucatæ hæ laudes aperte novit; hinc ſuę admonitionis initio *pag.* 1. inquit. *Sed majore laude dignam credidiſſem*, ſcilicet *Vicecomitis* diſſertationem, *ſi amiciori ſtylo ſcribens, ut literatum hominem decet cautior fuiſſet accuſator, & magis verax*, quaſi diceret: lingua tua virulenta, ſi jacula potius, quam laudes injiceret, grata profecto mihi, & carior eſſet; cum venenum Aſpidis ſub labiis eorum deteſtabile ſit, etiam apud Prophetam *Pſalm.* 139. Atqui, ut ad rem ipſam revertar, quanta ſit *Vicecomitis* contumelioſa protervia, minime te fugere exiſtimem; conſtat enim Epiſcopum *Vidam* Civem noſtrum verbis injurioſis ab eo quam maxime affectum eſſe. Veritati tamen ſit locus, quamquam *Vicecomes* vitia potius, quam *Vidæ* virtutes comprobare malit, non eo tamen claudicat ſenſu, quo *Romualdus a S. Maria* Auguſtinianus Nudipedes in ſui libri veſtibulo *Flavia Papia Sacra* inſcripti, ac editi anno 1699. minime credens,

Digitized by Google

credens, ſeu non credere effingens Actiones, ſive Orationes ſuperiori loco recenſitas a *Vida* noſtro elucubratas. En ſua verba: *unde abſit, ut Civis Urbis ejus* (Cremonæ ſcilicet) *cenſeatur eſſe, cum alienum omnino ſit a Civibus illis generoſi animi Viris, exploratæque prudentiæ, ac conſilii ex alienarum Urbium invidia moveri*. Audis ne? hæ laudes certe, ni mea me fallit opinio, timendæ ſunt plus quam Danaos, & dona ferentes; tendunt quippe inſidias, ut ducant, & perdant credulos in labyrintum errorum, quem magna, inani vero verſutia, *Julius Salernus* in ſecunda ex ſuis declamationibus elaboravit. Erat nempe *Salernus* iſte, ut tibi notum eſt, juvenis annorum ſex ultra viginti; & ex illis a *C. Plinio Cæcilio Secundo* deſcriptis in Epiſtola Marcellino directa lib. 8., qui ſtatim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia, neminem verentur, imitantur neminem, atque ipſi ſibi exempla ſunt. Verum collegi ipſe me, quod *Salerni* fabellam *Saccus* non ſiluiſſet, utpote, qui alia figmenta, ſibi ſupplodens, contra Patriam noſtram conſcribellavit, ſi proxima veritati fuiſſent, quæ juveni *Salerno* de quadam ſomniata combuſtione, inconſulte exciderunt. Tu enim, *Ariſi* mi, in ſecundo ex tuis libris, & a certo ſenſu, quod verum eſt, judicas, & optime probas a præclaro *Vidæ* ingenio eas Orationes emanaſſe; unde nulla ſit de hac re controverſia.

Sed qua bile feror, quoties lego *Sacci* convicia contra *Vidam* repetita a *Vicomite*? Quanta porro, & qualis in Præſulum, & literatorum cætu *Vidæ* effulgeret dignitas, & virtus, ſani, perſpectique judicii nemo eſt, qui ignoret, pro ut nec eſt, cui dubium ſit ab hominibus malevolentia ſuffuſis aſſidue Viris doctrina, & ſanctitate inſignibus detrahi. *Saccus* ipſe, quo primum anno 1565. librum ſuum edidit, prudentia, ſeu timore uſus eſt, cum *Vidæ* venerabile nomen in opere ſuo ſuppreſſerit: quinimmo, ut genuinum tanti Epiſcopi cognomen abſconderet, ipſe *Vidium*, non *Vidam* appellavit. *En libro* 4. *cap*. 6. *de Bombycibus, & Moris. Plura me de iis ſcribere duo clari Viri vetant Jacobus Sannazarius, & Hieronymus Vidius, quorum alter candidam Morum lepidiſſimo carmine celebravit, alter pleniore tuba Morum, & Bombicem, Sericumque cecinit*. Noli igitur mirari, *Ariſi*, ſi *Henrico Farneſio* Eburoni acriter ſuccenſeam, qui inepte, ne dicam crudeliter memorato libro in reimpreſſione anni 1587. indicem rerum notabilium adjecit, & quod proprius Auctor ſub Scriptoris Cremonenſis nomine latitatum voluit, *Henricus* ipſe Scriptorem hunc Cremonenſem bis eo in Indice *Vidam* fuiſſe cunctis palam nimium pandidit, & doloſe. Non ſane te præterit quanta ſit Malignantium calliditas! Ulterius comprobaturus ea idem *Henricus*, quæ contra *Vidam Saccus* efutiit, Saccum *omnium mendaciorum, & aſſentationum hoſtem acerrimum*, in vita, quam de ipſo conſcripſit, liberculo antepoſita, prædicavit. Ubi verò *Saccum* a rapinis, & ab omni illicito lucro alieniſſimum ſcripſit. Numquid laudes, aut encomia ſimilia verba præſtent, non poſſum facile adduci,

duci, ut credam. Dic ſodes *Juſte Vicecomes*? (parce, *Ariſt*, ſi ad *Vicecomitem* parumper diverto) dic *Juſte* ſeu alter, aut alius ſis, qui ſub adeo ſpecioſo cognomine perſonatus exultas? quare *Sacci* contumelias contra *Vidam* repetis? eas plenis buccis oſtentas? & in petulantiæ triumphum, cucurbita tumidior, attollis? Quare *Juſte*, ſi juſtus es abſcondidiſti faciem tuam? quare fide tenebrarum contectus incedis? age, fare? adhuc ignoras peccantem odiſſe lucem? quod ſi aliud tibi propoſitum eſſet, fac me certiorem? Tu (tuis utor verbis *Gattum* increpantibus) *unus ſilere noluiſti, licet a nemine juſſus verba facere, licet extra cauſam totus, licet non irritatus, nec ulla affectus injuria*? Ingens equidem in Vicecomite nequitiæ, ſceleritatiſque indicium eſt, aliorum vitia objurgare, pedibuſve conterere, & eadem, immo execrabiliora proſequi, & amplecti. Ad te redeo, Amice, unde paulum digreſſus ſum, nam contra te muſſitantem audio *Vicecomitem*, qui in tuo II. Cremonæ Literatæ Volumine *Sacci* dicteria contra *Vidam* prolata retuliſti. Intelligis ne? qua cauſa commotus es *Juſtus*? Et plane ea omnia retuliſti? ut mendaciis, & figmentis referta confutares! *Juſtus* verò ſiniſteritatis amans in odium *Vidæ* ea opprobria evulgavit, ut verſutiæ ſuæ ſatis ſuperque ad malitiam inſtructæ in tanti Epiſcopi exiſtimationem jacula infligeret; tot ſubinde vulneribus medelam appingere, credens balſamicis illis verbis *in tanto Viro*, ubi Niliacæ Amphibiæ feræ adinſtar, ut fertur, lacrymis carnificinam ſuam aſpergit. Vellem tamen non ignoraret *Vicecomes* nondum profectum eſſe quo ſe delatum confidit, nam qui maledicendi genere lætantur, maledicentias impune refugere hi nequeunt; maxime vero cum facinus committi a quopiam gravius non poſſit, quam cum dignitas, & amplitudo minuatur Eccleſiaſticorum, qui ſunt Muri, & Turres Eccleſiæ, ut eos nuncupat *D. Hieronymus Epiſ.* 10. *fam. lib.* 2.

Veruntamen Ticinenſis *Saccus* per eadem vivens tempora, ſi nimis aculeato calamo, & ſatis irreverenter, ſunt verba contra Saccum ſcripta a *P. Euſtachio a S. Ubaldo in libro de Metropol. Mediolanenſi cap.* 11. *ſect.* 1. *ſub num.* 306. & hic Vicecomitis etiam verba repono *pag.* 47. *in Vidam fulmen potius, & enſem quam calamum adhibuit, ipſum etiam appellare non metuit imperitum, mendacem, invidum, maledicum, calumniatorem, profugum ab Eccleſia, Juris humani expertem, & hæreticorum occidentalium Imperatorum fautorem*. Audiat quæſo *Vicecomes*, & aures bene audiendi referet, Civem alterum Ticinenſem honeſtiſſimo loco natum, Sacerdotem, & Patriæ Majoris Templi Canonicum, uno verbo *Bartholomæum Bottam* Theologum, Oratorem, Poetam, doctrina, moribus, fide *Sacco* præſtantiorem, qui anno 1569. vivente *Sacco*, (nam ille obiit, ut refert *Henricus* anno 1579. Kalendis Junii) Papiæ excudi curavit apud Hieronymum Bartolum, eumdem *Sacci* libri reimpreſſorem, ſua commentaria in noſtri *Vidæ* Chriſtiadem; Audiat, inquam, *Vicecomes*, & ad hanc horam, ni Surdus veritatis præſto ſit,

quo

quo amore, qua diligentia, qua voluntate *Botta* ſummæ apud Suos nobilitatis *Vitam* dignis laudibus elevet, aut ſuſpiciat, & quoquoverſum *Sacci* probra adhuc in vivis comprimat, atque deprimat ſuæ Interpretationis initio. Audiat iterum, ſi poteſt, elata fronte, quemadmodum retorqueantur in Auctorem inſolentiſſima illa verba: *imperitum, mendacem, invidum, maledicum, calumniatorem &c.* & pacato, quo decet animo ultro, citroque utriuſque partis acceſſiones excogitet, ut quæ vim majorem habeant, perſpiciantur.

*Hic eſt enim liber vitæ, in quo R. Pater* (Botta doctiſſimus Vidam noſtrum alloquitur) *ut aliquando ad te redeam, uti bonus Pater familias prolata de theſauro Domini nova, & vetera congeſſiſti. Tu Ægyptios auro ſapientiæ, & argento eloquentiæ ſpoliaſti. Tu ab injuſtis poſſeſſoribus pretioſas abſtuliſti ſententiarum margaritas &c.*

Non ſimulabo quicquam: ubi eſt ex adverſo deducta imperitia! Non poſſum abduci quin *Bottæ* verbis me effundam! *Cumque omnis veritas a quocumque ſit prolata a Spiritu Sancto, tu juſte in noſtræ ſalubris uſum eruditionis convertiſti. Per te ſimplicem evangelicam lectionem grandes illi ronchi, & naſuti Sapientes non ultra tamquam rudem deſpectui potuerunt habere, quin abs te miro perpolitam eloquio perlegent, & ſtupebunt* - alibi - *Porro a te Poetarum lege Vida non omnino receſſit, exceptis fabulis, & inutilibus, ac mendacibus figmentis, quæ vitæ Chriſti, aut doctrinæ adverſentur* - paulo poſt - *Jure itaque merito veritatis Vates ſecutus eſt veritatem; nam apud Eſdram veritas vincit, valet veritas, ac invaleſcit, & vivit in æternum.* Quare a *Sacco* mendax *Vida* noſter appellatus fuerit? Sciet *Vicecomes*, qui ineptas voluntates rectis, & bonis conſiliis præponere ſolet! Non enim me fallit ſubtilis *Juſti* diſtinctio, *Bottæ*, & *Sacci* diverſas ſententias eſſe video? At Sacci ratio levis eſt? - proſequamur - *Adeſto Sancte, & facunde Chriſti Vates, & tuæ Chriſtiadis interpretem orationibus, quibus potes, & benedictionibus adjuvato.* Adverte nunc itidem quo pacto Sanctitati, facundiæ, orationibus, & benedictionibus ineſſe poſſint invidia, maledicentiæ, & calumniæ! iis Deus ignoſcat, qui ſua ſcelera non ſatis cognoſcant, & in alienis virtutibus deturpandis moleſte ſe implicant! Quomodo regi poteſt mutilum illud. *Juris humani expertem* cum his, quæ ſequuntur *nam inter cæteras virtutes, quibus apprime prædicatur ornatus, hoſpitalitas, & munificentia Vati adeo cordi fuit, & in promptu erat, ut cunctis doctis domus ejus non modo ad hoſpitium, ſed ad familiarem habitationem ſemper fuit expoſita.* Quid ſit jus humanum, de quo hic agitur, facile intelligendum eſt de illo, quod vos Juriſprudentes, jus naturale vocatis ſecundarium, ſeu rationale, cujus effectus ſunt religio in Deum, reverentia in Principes, obſequium, in Parentes, Amicitiæ, Hoſpitalitates &c., non autem ut *Saccus* lib. ſui cap. 6. faciens æquivocationem, & fallaciam. Quomodo *Vida* Epiſcopus doctrinæ, & ſanctitatis fama longe clariſſimus, & antea ex Canonicis Regularibus ab Eccleſia profugus, & hæreticorum occidentalium Imperatorum

torum

torum fautor? Sed quid ego in ea cauſa invigilem, in qua *Botta* ſe totum intendit, ut hujus contentioſæ falſitatis detegatur improbitas? *Clementi VII. Pont. Max. Leoni ſuffecto approbandum opus obtulit, ac in publicos Urbis uſus edendum, perhumanè ſuſceptus eſt cum opere ſuo Vates, & Epiſcopatu Albæ donatus, haud minima in terris laborum tanta mercede, ſed multo majorem in Cœlis a D. N. J. C., quem cecinit nobiſcum adhuc degens præſtolatur. Qua verò morum gravitate, & ſanctitate Sedem Albanam rexerit, & regat, a quantis luporum, morſibus gregem ſibi commiſſum hactenus defenderit, cæteraſque tanti Viri laudes debitas in præſentiarum a me nullus expectet. Nam, & ſi Albanus eum populus ac Patrem colat, ametque, ac ſingulari devotione omni digniſſimum hunc Antiſtitem revereatur.* Acuat igitur mentis aciem *Vicecomes*, ac penetralia ſenſuum *Bottæ* non cæcutienti animo pervadat, & eam ſibi conſtituat ſententiam, anne Vida laudatiſſimus ab Eccleſia profugus? anne hæreticorum Imperatorum occidentalium fautor dicendus ſit? At de hoc tu, vel ego fuſius tractabimus, cum hic modo non ſit immorandi locus, & de iis diſſerendi, quæ diuturniores exigunt lucubrationes.

En, *Ariſi*, quæ *Vicecomiti* ſcire oporteret arbitratus ſum? Nonne optime *Botta* Papienſis, Papienſi *Sacco* reſpondit? Suum interea cuique liberum, & integrum eſto judicium? Non ne *Botta* libro ſuo notiſſimo *Sacci* objurgationes in *Vidam* prolatas juſtiſſime retudit? & quo libro? non apud Indos, ſed in ipſa Urbæ Papiæ apud eumdem Impreſſorem, qui *Sacci* librum typis expoſuerat, eodem, ut diximus, *Sacco* vivente. Si hoc ita conſtat, non opus eſt, deinceps fidem noſtram fruſtra defatigemus, ut credamus omni ſuadente ratione præſtantiſſimam, & inclytam Urbem, ejuſque ſapientiſſimos Decuriones jure quidem merito decreviſſe (ut juſtos Viros decet) non quidem ex illis Juſtis, ut *Vicecomes*, per alterum ex Civibus ſuis *Vidæ* noſtri gloriæ apprime reſtitui, quod *Saccus* eidem indecore nimis abſtulerat.

Pervolvat ſecum igitur *Vicecomes*, quæ agendi ratio ſit ſibi decernenda, & hiſcere adhuc audebit? num *Botta* mendax, vel *Saccus*? *Bottam* minime tali nota inurendum quis ſanæ mentis dubitet? Erat ipſe Sacerdos, Canonicus (juvat repetere) integer vitæ, ſceleriſque purus, vitæ Jeſu Chriſti Sectator, & Scriptor, juſtiſſimus Epiſcopi *Vidæ* Encomiaſtes, atque defenſor: eodem Impreſſore uſus laudando *Vidam*, quo *Saccus Vidam* vituperaverat. Colligat hæc omnia *Vicecomes*, & mecum recte conſpiciat, ſi lippitudine non laborat ſecum itidem intolerabilem exceſſum cum Caſſiodoro conſideret. *Var. lect. lib.* 4. quem enim ſperabit veniæ locum, qui reverendum contempſit Auctorem?

Cæterum, ſi *Vicecomes*, legum, nedum Solonis, prohibentium in defunctos maledicta conjicere, quam religionis, ac pietatis exlex Albenſi Epiſcopo data opera detraxerit, ut ſuum *Corium* defenderet,

Digitized by Google

ret, in *Vidæ* orationibus non bene habitum, id innuens lacinia illa *Stephani Abduæ*, de qua inferiori loco breviter agemus; ſciat Vicecomes non deridendas ſoviſſe *Vidam* rationes, cùm male *Corius* aliquando de Patria noſtra exloquatur. Ut alia omittamus, arbitror tibi notum eſſe quid ſcribat Auctor iſte in hiſtoriæ ſuæ libro primo, ex editione a *Porcachio* correcta ad annum 1160. ubi de Cremæ excidio. *Entrato dunque l'Eſercito di Federico in Crema, il tutto fu dato in preda, e quello, che non potevano partecipare, ſdegnati vi mettevano il foco, dal quale finalmente quaſi ogni edificio rimaſe abbrucciato. Indi i Cremoneſi, e i Lodigiani ſpianarono il foſſo del Caſtello, e ruinorono le mura, non la perdonando i Cremoneſi* (en petra Scandali) *ne anche alle Chieſe*.

Non eſt igitur, cur mireris, ſi Præſul doctiſſimus contra *Corium* pro Patriæ amore indignatus eſt. Uliſſes apud *Homerum* ait, Regi Alcinoo, nihil eſſe patria, parentibuſque dulcius: meminit *Cicero in Oratore*. Non ne acriter *Gatto* ſuccenſuit *Vicecomes*, cum Mediolano Patriæ ſuæ titulum Secundæ Romæ uſurpaverit? iiſdem *Corii* verbis, inconſulto tamen in odium Cremonenſium uſus eſt *Alemanius Finus*, in quodam epiſtolio, cui tit. *Seriana vigeſima*, & in alio *Paſſeggiata ſeconda Hiſtoriæ Cremenſis libro*, adjectis ægre ferens dici Cremam a Cremonenſibus conditam, Majores noſtros nobilitate, & opibus pollentes, cuidam ignoto Cremeti poſtponens, livida *Corii* verba replicavit; immemor quippe ſui (ne dicatur mendax) in tam tenui libro erga finem hiſtoriarum libri primi, reimpreſſi anno proxime elapſo, ubi hæc appoſuerat. *Li Cremoneſi, e Lodigiani non contenti della rovina fatta dal foco, gettarono a terra quel poco, ch'era rimaſto in piede, ſpianando il foſſo, e, che peggio, è, rovinando le Chieſe*. Laudenſes ideo hoc loco, & Cremonenſes tanti cauſa mali fuerunt, alibi vero, ut *Finus* ab incendio Laudenſes removeat, hiſtoriam *Morenæ* Laudenſis generice profert, cui, ſive eſſet *Othonis* Patris, ſive *Acerbi* filii, nihil hac in propria cauſa deferendum eſt. At planum tibi faciam, nefario facinori, nec Cremonenſes, nec Laudenſes interfuiſſe. Huc enim ſpectat illud *Caroli Sigonii lib.* 13. *de regno Italiæ pag.* 167. *in principio cuſionis Bononienſis* 1580. *apud Societatem typographiæ*. *Cremonenſes, & Laudenſes veteribus odiis incitati muros Oppidi* (Cremæ ſcilicet) *deturbarunt, ac foſſas compleverunt. Germani, ubi prædæ minus, quam ſperaverant, invenerunt, ignem Oppido multis in partibus intulerunt*. Quid ſentiat *Sigonius*, mei officii non eſt indagare. Citata verba, nec Cremonenſes, nec Laudenſes inſultant, tantum id videor ex latino idiomate Sigonii, quam ex vernaculo *Corii* intelligere. Cæterum non hæſito, quin tu ſcias, quare ignem Germani multis in partibus intulerunt!

Te contine, *Ariſi* mi, dum extra orbitam divagari me coegit neceſſitas. Ut *Vidæ* partes ſuſciperem, *Fini* etiam detractionibus pari jure reſpondere licitum fuit. Non enim te præterit quanta ſit *Fini* contra Noſtros animi averſio. Negat ipſe Patriæ ſuæ primordia

Cre-

Cremonenſibus; Dominium verò de ea Majoribus noſtris contendere minime poteſt!

Accedo jam ad *Stephanum Abduam*, brevi me expediturus. Hic ſuadet, prope, ac impellit ante memoratæ laciniæ reſcriptionem, *Vicecomitem* & eruditum *Sitonum*, ut ipſi calamum contra *Vidam* detorqueant. Totum ſanè *Vidam* non novit *Abdua*. Eum Epiſcopum doctiſſimum, & eruditiſſimum vocat, tum quando ejuſdem Orationes, quas per jocum exclamationes appellat. Si *P. Romualdum* excipias, ſuperius allegatum; qui Philippicas, quantum in ſe eis eſſe vult, ab omnibus tamen, quibus incompoſitus intellectus non difluit, Orationes jure quidem merito dictæ ſunt. Minuſve *Abduæ* aſſentior, Orationes illas apud ipſum parum fidei habere. Omnes pariter, dicebam quibus a ſede rationis mens haud eſt dimota, id nequeunt comprobare. Caveat a ſimilibus *Abdua*? Laudare *Vidam*, & carpere eadem fermè periodo, inconſtantis, ſtolidique ingenii præſefert indicium! *Veh Amicis tibi*, ait *Abdua Vicecomiti*; quaſi diceret eum eſſe ex illis Amicis; *qui odium, & rixas, & convicia denudabit*, juxta illud *Eccleſ. 6.* Veh tuis, quos laudas, ipſimet *Abduæ* repetendum eſt! Hinc mihi obtemperare non poſſum, quin credam verbam *parum fidei*, ne dum Orationes, & ſcilicet externam formam, ſeu phraſim percutiant; At quid in eis intrinſecus lateat, adeò ut *Abdua* eas fabulosè, & inconcinnè ſcriptas arbitretur! & ſatis fortaſſe non conſtat? qua latini Sermonis puritate, qua facundia, quibus eruditionibus redoleant? Virum ego doctiſſimum in celeberrima Peruſina Univerſitate humaniorum literarum Profeſſorem audivi, ex animo *Vidæ* Orationes hiſce verbis commendantem, & ſcilicet *Joannem Angelum Guidarellum* latinæ linguæ Coriphæum, ſummum *Vidæ* noſtri ingenium, nemo exploratum, aut perſpectum habere poteſt, qui recitatas orationes non legat, & perlegat; unde & jure quidem merito laudandus eſt *Vida* in prorſa Oratione Princeps poſt Tullium, in vorſa ſicuti Princeps poſt Virgilium, quod nuſquam de alio me audiviſſe quod meminerim, ſcio; hancque Sententiam aſſeruit ſe quoque calamo tuiturum.

Demum quantum Abdua diſtat a Tibere, tantum a veritate diſſitum eſt *Vidæ* Orationibus parum ineſſe fidei. Præſul integerrimus non ita aniles, & fabulares nugas de Patria noſtra narravit, ut *Saccus* de ſua, notatus ideò a *Gatto Abduæ* Amico, ubi in memorata Gymnaſii Ticinenſis hiſtoria *cap.* 2. *pag.* 13. fatur *præſertim cum Urbem hanc ſolum V. ſeculo Papiam vocatam fuiſſe ſcripſerit Bernardus Saccus in hiſt. Ticin. lib. 7. cap. 9. relata quadam hiſtoria, quam fabulam eſſe prædicant Viri eruditi*. Nempe *Vida* ſibi ſemper propoſuit Sapientium conſilia; exhinc ipſe eloquentia, & doctrinis magnum jugi ſtudio literariæ Reip. commodum attulit; nam

*Vidæ*

Digitized by Google

*Vidæ* fama, dum ipſe in humanis adhuc eſſet, eò devenit, ut publicè in ſcholis Poetices ſuæ præcepta majori voluptate, quam Ariſtotelis, Venuſini, & aliorum, ea in arte dogmata interpretarentur.

Verum, ne prolixior fiam, calamum repono, nunc ſatis pro mea tenuitate *Vidæ*, & Patriæ proviſum; Scis tu enim homines natura invidos, & qui, veluti Mamercus *a Martiali* relatus, *rubiginoſis cuncta dentibus rodunt*, nigrum pro albo vendere, veras ſcilicet ſcribendi rationes mendaciis coinquinare. Interim, Amice a te peto, quantumvis tot, tantiſque negotiis diſtentus, ut *Vidæ*, & Patriæ decus commendatum habeas, defendas, &, ut ſoles, amplifices, magnumque opus Cremonæ Literatæ perficias. Si hoc feceris, nil jocundius recipere videbor. Scias tandem nullam conſuetudinis intermiſſionem, amorem noſtrum mutare poſſe.

Ex Urbe tibi nota, pridie Kalendas Martii MDCCXII.

Si forte hæc Epiſtola ab aliquibus infirme excipiatur, liceat mihi hanc Medicam Sententiam proferre; quemadmodum enim corpora melancholica mali ſunt humoris, ac ſucci & quicquid in cibum ſumpſerunt, in malum illud vertunt humorem, optimus licet fuerit cibus ille, neque tamen hujus rei cauſa eſt cibus, ſed corporis diſtemperantia, & pravæ complexionis mixtura. Fiat heic illatio a corpore ad mentem, & erit ſententia inappellabilis.

Caveant nimirum vituperantes, ne ſint ex illis, quos increpat Divus Auguſtinus *Serm. 26. ad Eren. murmurare, detrhaere vel deſpicere Hyppocritarum conditio eſt, ignorantium &c.*

Hæc Epiſtola memoratur in fine operum mſſ. Vidæ, impreſſorum Paduæ 1731. curantibus Fratribus de Vulpiis.

Petrus Corallus, adhuc juvenis, italicis muſis deditus vulgavit.

* *Madrigali.* Venetiis per Bernardum Giunti, & Jo: B. Ciottum 1612. in 12.

Ex quibus apparet, non leviter in re poetica eum fuiſſe edoctum. Quanto enim breviori methodo italica hæc Epigrammata, ut ajunt Madrigali, Madriali, aliis Mandriali exponuntur, magis placent, ut ex Joſ. Strozzi, Naugerii, Caſulæ, Mutii, Manfredi. En ex centum ſexdicim editis a Corallo unum refero, cui tit. Odio

*Odio, Donna, non amo,*
*E s'amo, amo l'odiarvi,*
*Ed amo il non amarvi.*
*V'odio, v'odio nemica,*
*Quanto v'amai amica.*

Petrus Ferraccius Camaldulenſis, omnium literarum tum Theologicarum, cum humaniorum ſtudiis refertiſſimus, & facun-



Digitized by Google

diſſimus Evangelicus declamator; unde meruit poſt multos in Scientiis exantlatos labores, ad primum ſuæ Congregationis culmen elevari, inter noſtra manuſcriptorum miſcellanea ſervamus ejuſdem Auctoris in fol. italico idiomate.

* *Diſcorſo di S. Apollinare*, diſerta eloquentia plenum ab eo compoſitum, & habitum in Civitate Burgi S. Sepulchri; In principio ejuſdem legitur Epiſtola nuncupatoria cum hoc titulo. *Eminentiſs. e Reverendiſs. Principe*, verum ignoramus, cui dirigebatur.

*Conciones Quadrageſimales poſt ſe reliquit*. Anno 1611. ſuæ Congregationis Abbas Generalis eligitur, cujus laudes eo tempore cecinit Franciſcus Lolli, Ravennæ, editas tum Ravennæ, cum Lucæ per Mareſcandolum anno 1661., ut innuit eruditus Joannes Cinellus in ſua Bibliotheca Volante Pluteo XVII. pag. 27. quo remitto Lectorem.

Dum conciones Quadrageſimales haberet in Civitate Spoleti ob benemerita fuit ab illius Urbis Rempublicam Regentibus, Civitate, & Nobilitate donatus, ut ex privilegii contextu nobis tranſmiſſo ab Abbate Canneto.

Floruerunt & eodem tempore duo Fratres ejuſdem Petri inter Camaldulenſes, & nempe Mauritius Abbas, ac Viſitator Generalis, & Michael Angelus itidem Abbas; necnon alter Abbas Cremonenſis, qui fuit Dominicus Porteſanus. Erat hic frater Jo: Pauli Porteſani ejuſdem Inſtituti, qui aliquid edendi in lucem pruritu motus, licet ei curta ſupellex, vulgare voluit ex prælo Jo: Petri de Zannis.

*La Vita di S. Teobaldo Confeſſore, e Baron Franceſe Camald. in* 4.

De hoc opuſculo ſufficiat dicere, quæ mihi ſcripſit laudatiſſimus Cannetus ſua epiſt. 23. Januarii 1690.

*Il Porteſani ha ſcritto la Vita di S. Teobaldo Camaldoleſe, ſparſa di molte leggierezze contra il mio Iſtituto, ed in fine vi ha deſcritto un Catalogo de' SS. Camaldoleſi, nel quale vi ſtraſcina de' Santi, che mai non ſognarono d' eſſer noſtri.*

Redeo ad Ferraccium, qui egregia Oratione panegyrica laudatur a Jacobo Laderchio Nob. Faventino, Forolivii excuſa per Saporettos anno 1659.

Item ab eodem Lolli Ravennate Ode italico metro concinnata Faventiæ impreſſa anno 1658. cui tit. *La Virtù Trionfante nell' eſaltazione del Reverendiſſimo P. D. Pietro Ferracci da Cremona, eletto da N. S. Aleſſandro VII. degniſſimo Generale della ſua Congregazione Camaldoleſe.*

Petrus Foliata Jo: Baptiſtæ F. Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor Collegiatus, Comes, & Eques præſtanti virtute perſpicuus; eximia ductus pietate, & liberalitate erga Adoleſcentes Cremonenſes, Nobiles quidem, ſed pauperes, Medicam, & Legalem diſciplinas addiſcere cupientes, ſuis ultimis tabulis diei 4. Februarii

1611.

Digitized by Google

1611. ab Incarnatione, Venetiis receptis per Jo: Franciſcum de Cattis, in quibus vocavit ſuæ æque commendabilis voluntatis Executores, Nobiles Conſervatores Officii Patrimonii Cremonæ, hæc inter cætera legata, vernaculo ſermone diſpoſuit.

*Voglio che il giorno di S. Pietro Appoſtolo alli 29. di Giugno eſſi Magn. Signori Preſidenti al Patrimonio ogni anno facciano dire una Meſſa privata nella Chieſa di S. Pietro del Pò in Cremona, in onore della Santiſſima Trinità, e della glorioſa Vergine Maria con la Commemorazione di S. Gio: Battiſta Precurſore, di S. Pietro Appoſtolo, e di S. Gio: Appoſtolo, ed Evangeliſta miei Protettori, ed interceſſori appreſſo la Maeſtà d' Iddio Trino, ed Uno; alla qual Meſſa voglio, che a ciaſcheduno di eſſi Signori Preſidenti al detto Uffizio del Patrimonio, che ſi degneranno andar ad aſcoltarla, ſia dato un pajo de guanti di valuta d'un Ducato per pajo, ed al Sacerdote, che dirà la Meſſa un' altro Ducato; tutti gli altri uſufrutti, riſervata quella poca quantità, che anderà annualmente per riparazione degli Edifizj, voglio che per eſſi Signori Preſidenti ſiano diſpenſati in queſto modo, cioè che ne ſiano fatte tante parti, quante ne potranno farſi di cento Ducatoni per ciaſcuna, e ſiano eletti per li predetti Signori Preſidenti al ſuddetto Uffizio tanti Giovani poveri, ma Nobili Cremoneſi, che ſiano abili ad entrare al tempo del ſuo Dottorato ne' Collegj, sì de' Signori Medici, come de' Signori Legiſti, a ciaſcuno de' quali Giovani ſia data una di dette parti di cento Ducatoni all' anno, per ajutarli nelli loro ſtudj pubblici ſotto Eccellenti Precettori, ne poſſa alcuni di eſſi Giovani goder queſto ajuto più di cinque anni, acciocchè ſucceſſivamente poſſa queſto poco beneficio trasferirſi in più numero di Giovani a beneficio, ed onore della Città di Cremona, quali Giovani non abbiano però con li loro Padri tanta propria facoltà, od altri loro Anteceſſori, che poſſano mantenerſi in iſtudio &c.*

Singularis adeò munificentiæ exemplar ſervatur in Archivo Civitatis, etiam typis impreſſum; quinimo & Petri, & Hieronymi ejus Fratris, poſtremorum hujus antiquiſſimæ Familiæ Foliatæ germinum, ad perpetuum memoriæ monumentum in Aula Congregationis Nobil. Conſervatorum Patrimonii expoſitæ ſunt perpictæ imagines.

Petrus Aymus Goldonus Vidonus Marchio, & Dominus Viticeti in Agro Cremonenſi, Marchionis Aymi Filius, ex Genitrice Comitiſſa Antonia Maria Eleonora de Beccagutis Mantuana, in Sacro Fonte ſuſceptus ab Eminentiſs. Petro S. R. E. Cardinali Vidono ejus Proavunculo, puer adhuc Romam tranſmiſſus, in Collegio Clementino, apud Ven. PP. Somaſchenſes educatus, omnibus animi, & corporis dotibus (ut nobilem decet) præditus, optimus Alumnus emerſit. Ad patrios lares reverſus, Avorum virtutes imitaturus, Papienſem Univerſitatem appetiit, ubi Legali Corona conſequuta, paulò poſt in ampliſſimum Juriſconſultorum Patriæ Collegium, Judicum, Comitum, & Equitum nuncupatorum accitus eſt. Prædefuncto Camillo de Auguſtis Patricio, Oratore pro

Patria Mediolani reſidente, in generalibus Comitiis Nobilium Decurionum, eidem Auguſto ſuffectus; munus, adeo dignum per quinquennium circiter ſuſtinuit; cum ab Inviсtiſſimo Carolo VI. Romanorum Imperatore, tunc Mediolani degenti, ut meritis ſingularibus Marchionis Petri, & fidiſſimis Civibus noſtris morem gereret, die quarta Novembris, qua Divi Caroli Borromæi Solemnitas ibi celebratur, Petrum Senatoria Toga, libenti animo, & ſponte decoravit, in qua ſedet, & fulget; exacta integerrime quadriennio Ticinenſi Senatoria Prætura annis 1712. 13. 14 & 15. & utinam ad Neſtoreos annos jucunde vivat, ut Deum deprecor. Ejus etenim eximiam erga me philanthropiam oblivioni tradere piaculum eſſet, pluribus ſiquidem de cauſis; præſertim vero cum ad plures annos epiſtolarum commercium pro publicis Patriæ negotiis, etiam arduis inter nos ſubſtiterit. De tanto Patricio, & Senatore permulta, ſed nunquam ſatis, in Nuncupatoria Epiſtola digeſſimus, quo Lectorem remitto.

En Literæ commendationis Patriæ a nobis anno 1711. conſcriptæ.

*Nos Præſides Antiquiſſimæ, & Fideliſſimæ Civitatis Cremonæ.*

*QUamvis Illuſtriſſimi D. Marchionis Don Petri Goldoni Vidoni J. C. Collegiati Cremonenſis Patricii merita, Virtutem, Generiſque claritatem optime perſpexerit, totique Orbi teſtatam fecerit Auguſtiſſimus Imperator Carolus Sextus Hiſpaniarum Rex, & Dominus noſter Clementiſſimus, dum eumdem Ampliſſima Senatus Mediolanenſis exedra ornavit, adeo cunctis impervio Cæſareæ mentis Conſilio, ut per quaſi inſpirationem aſſumptus plane videatur; Ut tamen Civitas noſtra, cui interruptus per aliquot annos Patriæ dignitatis ſplendor in tanto Viro refulſit, tam benemeritum olim Civem, nunc etiam Patrem juſtis honoribus proſequatur; notum unicuique facimus, ac teſtamur, ſicuti uſque ab anno 1706. quo prædictus Dominus Marchio Goldonus Vidonus a noſtro Generali Conſilio pro Patria Orator apud Suprema Mediolanenſis Ditionis Tribunalia renunciatus fuit, jugi ſtudio, naviter, ac intrepide, inter varias quoque bellorum, aliarumque calamitatum procellas, ac præſentiſſimum fortunarum ſuarum, atque adeo Vitæ ipſius diſcrimen deſudaverit, ut ejus ſæpe prudentiam, & invictam animi fortitudinem Principes ipſi, ac Magiſtratus fuerint admirati. Huic ſane omnia pericula deſpicienti zelo, quo ſe communi bono devoverat, prælaſit eximia illa ſolertia, qua ante ſuſceptam Oratoris Provinciam, quam pluribus publicis negotiis tanta laude functum intuita eſt Patria, ut in majorem ſpem lætiſſima aſſurgeret. Maximo certè gaudio affecta fuit, cum eundem a Sereniſſimo Principe Eugenio Sabaudo, pluribus etiam extra Mediolanenſem Urbem expeditionibus decoratum conſpexit, ſemperque re optime abſoluta redeuntem*

*noverat*

Digitized by Google

*noverat profecto Dux fortiſſimus, non minorem virtutis, gloriæque mercedem expectandam a Cive optimo, quem conſpirantia tot inſignium familiarum lumina ac Sole digna geſta excitabant; Sfondratæ, Vidonæ, Aymæ, Beccagutæ, Gonzagæ, connubiali fędere in Goldonam coeuntes; Fulget Sfondrata [ut omnibus notiſſimum] Summo Pontifice Gregorio XIV., eodemque antea Patriæ Cive, & Antiſtite. Quatuor item S. R. E. Cardinalibus, Franciſco, Nicolao, Paulo Camillo, ac Sapientiſſimo Cæleſtino e Principe S. Galli roſeo Galero donato, Nobiliſſimæ Matronæ D. Donnæ Paulæ Mariæ Sfondratæ ejuſdem D. Marchionis Conjugis honeſtiſſimæ Patruo. Vidonam illuſtrant Eminentiſſimi Hieronymus, ac Petrus Marchionis Proavunculi, ad quorum apicem properat nunc Romæ Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Præſul D. Jo: Baptiſta Vidonus, ejuſdem D. Marchionis Germanus Frater. Archiepiſcopis, Inſulatis, Præſulibus, Dynaſtis, Senatoribus, Urbium Prætoribus, exercituum Præfectis, Militibus ſtrenuiſſimis [quodque præſtantius eſt] Viris Sanctimonia illuſtribus, Goldona, ac Vidona, Ayma quoque Beccaguta, Gonzaga denique coruſcant.*

*In æternum ergo grati animi monumentum, & amoris teſſeram erga tantum Civem, de univerſa Republica noſtra optime meritum, has literas dedimus, Urbis hujuſce publico Sigillo munitas, gratulamurque honores, quos meritis pares Cremona conferre non potuiſſet, eidem ab Auguſtiſſimo Imperatore, ac Rege noſtro fuiſſe provide collatos. Quod poſtremum eſt, ſupremam felicitatem eidem Illuſtriſſimo Domino Marchioni, ac Senatori Goldono Vidono auſpicati Patriam nobis cum illo communem, enixe commendamus.*

*Datum ex Dictaria Illuſtriſſimæ Civitatis Cremonæ, die vigeſima ſeptima Novembris milleſimi, ſeptingenteſimi undecimi.*

Firmat. *Franciſcus Ariſius Ordinum Conſervator.*

Subſcript. *Jo: Petrus de Pratis Not. Colleg. dictæ Illuſtriſſimæ Civitatis alter ex Dictatoribus.*

*Et Sigillat. &c.*

En exemplar Epiſtolæ gratulatoriæ a Senatu Mediolani exaratæ Senatori noſtro, ob ſuſceptam Legationem ad Comitem de Cheumiller ad Civitatem Laudæ pro Germanorum reditu in hoc Mediolani Dominium anno 1736.

*Magnifice Collega.*

*Auſpicatiſſima hujus Mediolanenſis Provinciæ reſtitutio ad Auguſtiſſimum Cæſarem Regem Dominum implevit paratam votorum noſtrorum ſummam cumulatiſſima gratulatione, quam ſedulitati veſtræ commiſſam vos condigne, ut par erat Senatus nomine expleviſti die 23. currentis in Civitate Laudæ penes Excell. Generalem Comitem de Kevniller Cæſareum Regiarum in Italia Præfectum. Pergratum equidem fuit hodierno Senatui intelligere, qua præclara humanitate, & benigna acceptatione hujuſmodi officia devictiſſimi amoris, & obſequii noſtri erga Auguſtiſſimum Monarcham ſuſcepta per præ-*

*libatum Excellentiſs. Com. de Kemiller retributa Cæſareo nomine grati ejus animi erga Ordinem noſtrum ſignificatione; Id quod perfecto prudentiæ veſtræ ornamento debemus; Quamobrem volens Senatus ſtudia veſtra, ac ſingularem benemerentiam proſequi condignæ laudis teſtimonio promeritas gratiarum actiones Vobis, & Magnifico Marchioni Plantì in hac Provincia Collegæ ex communi voto, præſentibus literis rependimus, dum a D. O. M. perennem vobis felicitatem ex corde precamur. Mediolani die* 28. *Septembris* 1736.

*Magnificæ Domin. Veſtræ*

*Amantiſſimi Propræſes, & Senatus Regius Cæſareus Prov. Mediolanenſis*

*Jo: Baptiſta Stampa pro Egr. Confalonerio.*

A tergo. *Magnifico J. C. Colleg. March. Don Petro Goldono Vidono Prov. Mediolanenſis Senatori, & Collegæ Noſtro honorandiſſimo.*

*Et Sigillata &c.*

Cum itidem bis Præſes extiterit graviſſimo in toto Mediolani Dominio Magiſtratui Sanitatis, ſcilicet annis 1724. & 1736. in Cancelleria Supremi illius Magiſtratus, ſub inſigniis Goldonæ, & Vidonæ Familiæ hæc legitur inſcriptio.

*Magnificus Marchio Don Petrus Aymus Goldonus Vidonus Anno* 1724. *primum, & iterum Anno* 1736. *Magiſtratus Sanitatis Præſes.*

*Sævientem Boum luem*

*In agro Cremonenſi, & Laudenſi*

*Repreſſit,*

*Latius graſſaturam*

*Prohibuit*

*Magiſtratus Sanitatis providentia*

*Anno* 1736.

Petrus Pasqualis Cler. Reg. Theat. memorati Jo: Baptiſtæ pariter Cler. Reg. Patruelis, Solemnia Vota perfecit in Patria die 8. Januarii 1623. præſignis Orator, & in Concionibus ſacris nemini ſecundus. Roma in primario Orbis Templo Apoſtolorum Principi dicato, Venetiarum in illo Divi Zachariæ, Florentiæ in altero Ducali S. Felicitæ; item Cathedralis Parmæ, Placentiæ, Mantuæ, & aliæ plures, teſtimonium perhibent de tanti Viri eloquentia. Tandem multis in Miniſterio Apoſtolico laboribus expletis, ætatis annorum LX. die decima nona Septembris 1666. quievit in Domino.

Ex ſuis mſſ. ſervantur in Bibliotheca S. Abundii.

*Conciones, & præcipue Quadrageſimales.*

De eo P. A. M. de Raymundis in ſuis Regeſtis Vir. Illuſtr.

Memoratur a Creſcentio in Præſid. Romano pag. 35. libri 2.

Petrus Vidonus, Marchionis Cæſaris F. & Hieronymi S.R.E. Cardinalis, de quo egimus, Nepos, Romæ in primævo flore juventæ penes Purpuratum Patruum ſtudiis operam dedit. Annuente

Urbano

Urbano VIII. S. P. utriuſque Signaturæ Referendarius, in Pontificiis Ditionibus plurimarum Urbium Gubernator, exinde Laudæ Pompejæ Antiſtes, & Nuntius Apoſtolicus ad Sarmatiæ Regem Joannem Caſimirum a S. P. electus, aſperrimis illis temporibus, quibus Carolus Svecorum Rex Regem Sarmatam e ſolio detrudere tentavit. Tandem poſt tot perpeſſos labores cum ſuæ vitæ diſcrimine, ac pretioſæ ſupellectilis jactura, ab Alexandro VII. S. P. Cardinalis creatur, ut ex ſequenti Diplomate.

*Dilecto Filio noſtro Petro S. R. E. Cardinali Vidono*

*ALEXANDER PAPA VII.*

*Dilecte Fili noſter Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Poloniæ Regis commendationem, & mox juditium noſtrum de te Sacra Purpura exornando, plane ſubſecuta eſt Urbis, & Curiæ Romanæ communis approbatio, & plauſus; Etenim dubitare non poſſunt, quin eximia, & jam pridem ſpectata virtus tua nunc ſuper ſublime Apoſtolici Senatus Candelabrum evecta univerſa Catholicæ Eccleſiæ magnam Chriſtianæ Pietatis, ac ſalutarium exemplorum lucem allatura ſit; Quod profectò Nos a bonorum Auctore Deo ſummis votis poſtulamus. Interim ſacro munere fulgens Biretum ad te de more mittimus, ut in ipſis promotionis tuæ initiis, & primis Cardinalatus inſignibus ſanguineos Dominicæ frontis labores majorum certaminum præludia venereris, & ad imitandum agnoſcas. Is autem qui illum defert Dilectus Filius Abbas Marius Spinula Cubicularius noſter, cum propriis dotibus, ac virtutibus, tunc etiam injuncto a nobis munere, ac præſertim ab ea, quæ de amantiſſima Parentis voluntate ſignificare poterit tibi apprime gratus eſſe debebit, dilecte Fili noſter, cui Benedictionem Apoſtolicam paternam prorſus impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die* 10. *Aprilis* 1660. *Pontificatus noſtri anno ſexto.*
*F. Florentini.*

Ejuſdem S. P. auſpiciis Legationem de latere Bononienſis Civitatis ſuſcepit, prudentia ſemper, ac dexteritate in arduis peragendis negotiis, tum in Alma Urbe, cum alibi conſpicuus; ut etiam in bino Conclavi Summum Hierarcham evaſurum univerſalis fama vulgaverat.

Obiit Romæ die 5. Januarii 1681. ætatis annorum LXX. Familiæ ſuæ poſtremum Germen. Sepultus in Eccleſia S. Mariæ de Victoria culta per PP. Carmelitas Excalceatos, ubi tumulatus pariter extit Cardinalis Hieronymus.

In memorato Sacello legitur hæc inſcriptio.

*Petrus tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Vidonus, Bononiæ de latere Legatus, Patrui ſui Hieronymi Diaconi Cardinalis Pietatem ſecutus, Altare hoc marmorea tabula ſuperimpoſita exornavit. Anno MDCLXV.*

In Palatio Epiſcopali Laudæ hæc, quæ ſubnectitur.

*Petrus S. R. E. Presbyter Cardinalis Vidonus*
*Apoſt. apud Poloniæ Regem Nuncius*
*Abſentiam munificentia compenſavit.*
*Novum hoc ædificium*
*Gentilitiæ magnificentiæ monumentum*
*Polonia, & Italia bellis flagrante,*
*Suo juſſu, ac ſumptu inchoatum*
*Reverſus confecta utrobique Pace perfecit*
*Commoditati, Amœnitati, Majeſtati*
*Ædium Epiſcopalium conſecravit*
*Anno MDCLXI.*

Item in Urbe Varſaviæ ad januam Palatii, ut ajunt, Nunciaturæ.

*Petro Marchioni Vidono Cremonenſi*
*Laudenſi Epiſcopo, & Comiti*
*Per biennium Innocentii X.*
*Per ſexennium Alexandri VII. Sum. Pontif.*
*Ad Regem Joannem Caſimirum Nuncio Apoſt.*
*Qui*
*Poſt comparatos ſibi hujus ampliſſimi Regni ordinum*
*Applauſus*
*Dum hanc ejus manſionis exornat domum*
*Beneficentia Pontificia*
*Per nominationem Regiam*
*Sacris Patribus Purpuratis adſcribitur*
*Hoſpiti Eminentiſſimo celſiſſima virtute prædito*
*Sublimioris gradus merito fulgenti*
*Paulus Doni Peruſinus*
*A Regis Secretis intimus, Regiæ Collegiatæ*
*S. Joannis Decanus*
*Gratulabundus ponere juſſit.*

Demum in Palatio Legationis Bononiæ.

*Honeſto*
*Hanc Aulam deambulantium Otio*
*Erudiendiſque oculis jucundo negotio*
*Hac varietate imaginum ornatam*
*Honoratamque prima annorum decade*
*Auguſtiſſimi Pontificatus*
*Alexandri VII.*

Bene-

Digitized by Google

*Benefactoris Munificentiſſimi*
*Devotus Nomini, Majeſtatique ejus*
*Petrus Cardinalis Vidonus Bononiæ Legatus*
*Poſuit Anno Domini MDCLXV.*

Ejuſdem multi Scriptores meminere, & præcipue Ughell. in Italia Sacra tom. 4. primæ editionis.

Legitur ex typis Laudæ Caroli Calderini 1645. Eidem dicata Panegyris Franciſci Bovii in laudem S. Philippi Nerii.

Oldoinus in hiſt. Pontificia.

Abbas Juſtinianus in epiſt. p. 2. pag. 571.

In promotione noſtri Cardinalis a J. C. Julio Gazino vulgatus fuit liber anno 1661. inſcriptus. *La Città di Lodi feſteggiante &c.* ubi laudes permultæ, & carmina leguntur celeberrimi Poetæ Franciſci Lemene.

In quodam libro in 12. cui tit. *Il Livello Politico* Anonymi Auctoris impreſſo, ut dicitur, Cartellanæ apud Benedictum Maiſettum 1678. multa bona, multa mala, & multa falſa de hoc Cardinali dicuntur a pag. 347. uſque ad 356. ex quibus bona tantum ſunt credenda.

Non eſt omittendus liber in 4. vulgatus Cremonæ per Jo: Petrum Zannium, cui tit.

*Relazione delle feſte celebrate per la promozione dell' Eminentiſsimo Sig. Cardinale Pietro Vidoni dalla nobiliſſima Città di Cremona li* 4. *Luglio* 1660.

Petrus Antonius Bosellus Vitalengus, Melchioris Filius Theologus, & Cathedralis in Patria Canonicus J. U. D., S. Officii Conſultor, & Præpoſitus Paræcialis Eccleſiæ SS. Nazarii, & Celſi, quantum præſtaret in Sacris Philoſophicis, Theologicis, ac Univerſalibus doctrinis, ejus innumerabilia teſtantur opera, magno cum ſtudio, maximiſque vigiliis, & labore; Ex procuſis, & editis ſunt.

* *Reſponſum novum. De Poteſtate Pontificis in Temporalibus per directionem, & correctionem ad æternum bonum. Adverſus Tractatum Gulielmi Barclai Doctoris Galli. In quo reſponſo etiam aliorum ſimiles conatus fruſtrati depelluntur &c. Ferrariæ ex Typographia Camerali* 1647. *in* 4.

*Unitas Pontificatus. Reſponſum ad libellum Anonymi Pariſienſis, affectantis Pluralitatem Pontificatus, Æqualitatem Apoſtoli Pauli, & Succeſſorum cum Apoſtolo Petro, ac Succeſſoribus ejus.* Cremonæ ex typographia Pauli Pueroni 1650. in 4.

Ex quibus libris non vulgarem laudem conſecutus eſt.

In Bibliotheca PP. Cler. Reg. Theat. S. Abundii ſervantur manuſcripta, quæ incæpit anno XX. ſuæ ætatis, uſque ad LXXVI., quo deſiit potius vivere, quam ſtudere, anno 1672.

Tanti

Tanti Auctoris tot opera denotant non perfunctorie ſimilia ſtudia aggreſſum fuiſſe, ſed animum ſuum Philoſophiæ, Theologiæ, ac Sacris Literis totum mancipaſſe, ac ſublimis ingenii fervore proſecutum eſſe inceſſabiliter.

Super pluteis, ubi repoſita ſunt mſſ. inſpicitur Boſelli effigies depicta cum elogio. Hæc ſunt cum numero quæſtionum.

*De Genitrice Dei Humanati XXXVIII. libri, Quæſt.* 888.
*& tituli plures ut ſequitur.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. | *Cognoſcibilitas Matris Dei humanati* | *quæſt.* | 16. |
| 2. | *De Natalibus ejus* | *quæſt.* | 18. |
| 3. | *Qualitas operum* | *quæſt.* | 53. |
| 4. | *De Concurſu Dei actionibus ejus* | *quæſt.* | 30. |
| 5. | *De diverſitate concurſus* | *quæſt.* | 26. |
| 6. | *De Prædeterminatione* | *quæſt.* | 20. |
| 7. | *De Diviſione prædeterminationis* | *quæſt.* | 20. |
| 8. | *Motivum Incarnationis* | *quæſt.* | 23. |
| 9. | *Selectio in Matrem Dei* | *quæſt.* | 16. |
| 10. | *Prædictiones* | *quæſt.* | 55. |
| 11. | *Annunciatio* | *quæſt.* | 17. |
| 12. | *Spiritus Annunciator* | *quæſt.* | 23. |
| 13. | *Amor, & Aſcenſus* | *quæſt.* | 16. |
| 14. | *Sedes Supernaturalitatis* | *quæſt.* | 19. |
| 15. | *De Gratiis præviis* | *quæſt.* | 30. |
| 16. | *De Merito* | *quæſt.* | 15. |
| 17. | *Dilectio Dei ad Virginem* | *quæſt.* | 27. |
| 18. | *Incarnatio Dei contra repugnantia* | *quæſt.* | 13. |
| 19. | *De Modo Incarnationis* | *quæſt.* | 34. |
| 20. | *Realitas Incarnationis* | *quæſt.* | 32. |
| 21. | *Formalitas Incarnationis* | *quæſt.* | 24. |
| 22. | *Conjunctio Incarnationis* | *quæſt.* | 39. |
| 23. | *Communicatio extremorum* | *quæſt.* | 22. |
| 24. | *Exiſtentia, Subſiſtentia* | *quæſt.* | 24. |
| 25. | *Terminus Aſſumptionis* | *quæſt.* | 16. |
| 26 | *De Relationibus* | *quæſt.* | 17. |
| 27. | *Naturalitas, & Supernaturalitas* | *quæſt.* | 28. |
| 28. | *De Partu Virginis* | *quæſt.* | 24. |
| 29. | *Virginitas Matris Dei* | *quæſt.* | 22. |
| 30. | *Amor Matris* | *quæſt.* | 37. |
| 31. | *Intentio Incarnationis* | *quæſt.* | 31. |
| 32. | *Participatio Matris Dei* | *quæſt.* | 17. |
| 33. | *Impeccabilitas ejus* | *quæſt.* | 33. |
| 34. | *Emergentia Maternitatis Dei* | *quæſt.* | 29. |

35. *In-*

Digitized by Google

35. *Intellectus Matris Dei* —— *quæſt.* 12.
36. *Regimen Mundi* —— *quæſt.* 21.
37. *Mors per ſeparationem* —— *quæſt.* 11.
38. *Beatitudo Matris Dei* —— *quæſt.* 28.

*De Cælo libri* 8. *Tit.* 8. *Quæſtiones* 443.

*Tituli librorum ſunt.*

1. *De Deſignatione Cæli* —— *quæſt.* 35.
2. *De Cæli productione* —— *quæſt.* 57.
3. *De defectibilitate, & conſervatione traſcendentali Cæli* —— *quæſt.* 64.
4. *De Subſtantia, & accidentibus Cæli* —— *quæſt.* 62.
5. *De Immortalitate, & duratione Cæli* —— *quæſt.* 74.
6. *De extenſione inſenſivitate, & non intellectivitate Cæli* —— *quæſt.* 42.
7. *De Virtutibus Cælorum* —— *quæſt.* 48.
8. *De Motu, duratione, & Motore Cæli* —— *quæſt.* 61.

*Septem Opuſcula contra ſeptem Cardinales Errores Ariſtotelis, & multorum Philoſophorum.*

*De Initio motus Cæli* —— *quæſt.* 60.
*De Fine motus Cæli* —— *quæſt.* 60.

*Apud quondam Eminentiſſimum Cardinalem, & Principem Odoardum Farneſium.*

*De Immortalitate animæ intellectivæ* —— *quæſt.* 80.
*Chaos rerum* —— *quæſt.* 60.
*De Deo Productore omnium diſtinctorum a Deo* —— *quæſt.* 60.
*De Aſcenſu Animæ in Deum* —— *quæſt.* 60.

*Apud Epiſcopum Comenſem Lazarum Caraſinum.*

*De Creatione quæſtiones circa ſeptuaginta apud quondam Federicum Borromæum Archiepiſcopum Mediolani Cardinalem Eminentiſſimum.*

*De Natura Tranſmutabili libri* 41. *Tit.* 41. *Quæſtiones ultra* 1730.

*Tituli ſunt.*

1. *De Creabilitate* —— *quæſt.* 15.
2. *De Creatione* —— *quæſt.* 43.
3. *De dependentia tranſcendentali* —— *quæſt.* 26.
4. *De Conſervatione tranſcendentali* —— *quæſt.* 50.
5. *De Concurſu tranſcendentali* —— *quæſt.* 30.
6. *De Transformabilitate* —— *quæſt.* 22.
7. *Quod ſit actus primo, & poſſibilitas ad ſequentes transformationes* —— *quæſt.* 26.
8. *Transformabilis Natura eſt forma* —— *quæſt.* 21.
9. *De Materia* —— *quæſt.* 57.
10. *De Pulchritudine Materiæ* —— *quæſt.* 14.
11. *De Ratione formæ* —— *quæſt.* 24.

12. *Di-*

Digitized by Google

12. *Diviſio in ſubſtantiam, & accidens* — *quæſt.* 56.
13. *De dimenſione phyſica* — *quæſt.* 32.
14. *De Cauſis* — *quæſt.* 23.
15. *De Modis agendi earum* — *quæſt.* 29.
16. *De actione mortali* — *quæſt.* 38.
17. *De ſecunda conſervatione* — *quæſt.* 23.
18. *De ſecunda dependentia* — *quæſt.* 35.
19. *De diviſione, & affectione cauſarum* — *quæſt.* 84.
20. *De diſpoſitione, & indiſpoſitione* — *quæſt.* 27.
21. *De transformatione* — *quæſt.* 82.
22. *De generatione, & corruptione* — *quæſt.* 34.
23. *De duratione Mortalium* — *quæſt.* 32.
24. *De compoſitione, extenſione, diviſibilitate temporis* — *quæſt.* 37.
25. *De Sitibus Mundi, Vacuo, & Loco* — *quæſt.* 25.
26. *De motu locali* — *quæſt.* 56.
27. *De Natura, & qualitatibus Elementorum* — *quæſt.* 76.
28. *De motu locali Elementorum* — *quæſt.* 54.
29. *De natura Animæ Animalis* — *quæſt.* 35.
30. *De origine Animæ mortalis* — *quæſt.* 76.
31. *De compoſito naturali* — *quæſt.* 57.
32. *De animato* — *quæſt.* 53.
33. *De exiſtentia corporis Animæ mortalis* — *quæſt.* 58.
34. *De Mortalitate Animæ Animalis* — *quæſt.* 23.
35. *De fixione curſus mortalitatis ejus* — *quæſt.* 17.
36. *Comparatio ejus ad immortalia* — *quæſt.* 65.
37. *De Subſtantia, & facultatibus, & identitate cum Subſtantia ejus* — *quæſt.* 36.
38. *Quid ſint facultates ejus, & quales participationes earum* — *quæſt.* 50.
39. *Qualiter ſe habeant ſenſus ad actus, & organa* — *quæſt.* 60.
40. *Qualiter ſe habeat ſenſus, & ſenſatio ad objecta ſenſibilia* — *quæſt.* 55.
41. *De diviſione, & propria ratione ſingulorum ſenſuum* — *quæſt.* 72.

*De Anima intellectiva hominis lib. 9. Tit. 9.*
*Quæſtiones* 835.

1. *De Genere, & differentia ejus* — *quæſt.* 123.
2. *De Productione reparatione duratione tranſcendentali ejus* — *quæſt.* 81.
3. *De vera immortalitate ejus* — *quæſt.* 102.
4. *De Intellectualitate ejus* — *quæſt.* 128.
5. *De Spiritalitate ejus* — *quæſt.* 54.
6. *De Potentia executiva ejus* — *quæſt.* 68.
7. *De Informatione* — *quæſt.* 87.
8. *De Cognitione informationis* — *quæſt.* 131.
9. *De Exitu Animæ intellectivæ ab organo* — *quæſt.* 62.



Digitized by Google

*Theologia diviſa in libros, & titulos novem:*
*Quæſtiones* 800.

| | | |
|---|---|---|
| 1. *De lumine fidei, & lumine naturali* | *quæſt.* | 23. |
| 2. *De exiſtentia, & præſentia Dei* | *quæſt.* | 69. |
| 3. *De Unitate, diſtinctione, & indiſtinctione Dei* | *quæſt.* | 109. |
| 4. *De improcedentia, & procedentia* | *quæſt.* | 111. |
| 5. *De immenſitate Dei* | *quæſt.* | 105. |
| 6. *De ſimplicitate, & ſpiritalitate Dei* | *quæſt.* | 71. |
| 7. *De intellectu Dei* | *quæſt.* | 111. |
| 8. *De voluntate Dei* | *quæſt.* | 150. |
| 9. *De potentia Dei* | *quæſt.* | 134. |

*De Immortalitate Creati Ordinis.*
*Libri tres, & Tituli tres,*
*Quæſtiones* 476.

| | | |
|---|---|---|
| 1. *De Immortalitate Creati Ordinis* | *quæſt.* | 283. |
| 2. *De Spiritalitate* | *quæſt.* | 85. |
| 3. *De Intellectualitate* | *quæſt.* | 108. |

*De Anima ſenſitiva immortali ſenſuum immortalium*
*lib.* 8. *Tit.* 8. *Quæſtiones* 180.

| | | |
|---|---|---|
| 1. *Poſſibilitas ejus* | *quæſt.* | 20. |
| 2. *De immortalitate ejus* | *quæſt.* | 23. |
| 3. *De reſpectu ejus ad organum, & non ad organum* | *quæſt.* | 38. |
| 4. *De ſubſtantia, ſubſiſtentia, & accidentibus ejus* | *quæſt.* | 21. |
| 5. *De Senſivitate ejus* | *quæſt.* | 28. |
| 6. *De actibus, & objectis ejus* | *quæſt.* | 38. |
| 7. *De loco, motu, & quiete ejus* | *quæſt.* | 32. |
| 8. *De exaltatione Cæli* | *quæſt.* | 18. |

*Inſtitutiones Scholaſticæ, hoc eſt Dialectica, & Textus.*
*De improcedente, & procedentibus univerſis comprehendit*
*introductorium ad Libros Quæſtionum Auctoris, dividitur in* 4. *lib. & plurimos titulos, & capita* 340.

| | | |
|---|---|---|
| 1. *De his, quæ præſupponuntur Philoſophiæ* | *capita* | 25. |
| 2. *De Divinis terminis compendium* | *capita* | 22. |
| 3. *De terminis omnium rerum ſummarie edoctis* | *capita* | 257. |
| 4. *De argumento* | *capita* | 26. |

*Univerſa prædicta ſunt independentia ab Ariſtotele, & cæteris Sapientibus naturalibus, & ſunt fere in totum contra, & ultra omnem Scholam eorum.*

De

*De Sacerdotio, & Imperio, Opus morale diviſum in 5. tit. & capita 231.*

1. *Inſtitutio Sacerdotii* ——— *capita* 34.
2. *Poteſtas Sacerdotii* ——— *capita* 88.
3. *Præminentia, & immunitas Sacerdotii* ——— *capita* 35.
4. *Inſtitutio Poteſtatis Politicæ* ——— *capita* 40.
5. *De Inferioritate, obedientia, contumacia, & pœna* ——— *capita* 39.

*Inſuper ſcripſit.*

* *Argumenta, ſive Summaria Capitulorum, & Canonum Concilii Tridentini cum diſcurſu eminentiſſimo in fine de Contagione anni 1630. opus dicatum Lazaro Caraſino Epiſcopo Novocomenſi digniſſimo, quem Auctor vocat ſuum Conſobrinum Maternum, penes me extat in fol. mſſ. pro ut*

* *Aſcenſus Animæ in Deum, ut ſupra relatus in 4.,* & eſt illud exemplar tranſmiſſum eidem Epiſcopo Caraſino, cui pariter dicatum fuit.

*Confutationes Hæreſum Martini Lutheri.*

*Notæ Romanorum Pontificum, & Abſtenſio.*

*Obediendum Sententiis Romanorum Pontificum, confutatio, & deteſtatio allegationum Doctorum Lacerantium Sententias morales Pontificum de injuſtitia, vel nullitate, & contendentium tales res obſervari, in fol.*

*Eſt pariter penes me liber in fol. mſſ. cui tit.*

* *Sapientia ſive metaphyſica naturalis de Deo* præter Ariſtotelem in fol. liber continet ~~tria~~, & viginti capitula, ſubtiliſſime pertractata. In fine legitur quædam ſcriptura

*De Urbanitate inter Epiſcopum, & Presbyterum.*

Quam affabre noſter Boſellus iis reſpondiſſet, qui ejus ingenium, ac multiplicem doctrinam laudaſſent, ut Picus Mirandulanus, Angelo Politiano, ſeu Baſſo, & aliis doctiſſimis Viris, ejuſdem Philoſophicam diſputationem audientibus, ut refert Petrus Crinitus (ita nuncupatus a criſpa coma) lib. 2. de hon. diſcip. cap. 2. *Non eſt, ut hac in re mihi, aut ingenio meo velitis blandiri. Quin reſpicite potius ad labores, & vigilias noſtras, ac tum facile intelligetis gratulandum potius aſſiduis vigiliis, & lucubrationibus, quam noſtro ingenio plaudendum &c.*

Petrus Antonius Cambiagus anno 1525. e latino ad italicum idioma tranſtulit curioſum opuſculum Franciſci Taegii, cui tit.

* *L'Obſidione di Pavia, cujus meminimus in noſtro II. Literatæ Cremonæ Volumine pag. 66. verum cum fuerit recuſum anno 1655. ſic*

*Rotta, e Prigionia di Franceſco Primo Rè di Francia ſotto Pavia l'anno 1525., compoſta dal Taegi, e dal latino tradotta dal Cremoneſe Cambiago, fatta riſtampare dagli Abati, e Decurioni della Città medeſima,* hic illud repono.

Circa carcerationem Franciſci Primi mihi obvenit quædam notiuncula,

tiuncula, relata in libro inſcripto. *Nuova Diſamina della Storia delle Pandette Piſane &c. Faentiæ typis Archi* 1730. *part.* 4. *cap.* 8. *n.* 3. *Riferiſce il P. Gianningo, che un certo Scrittore Franceſe nel ſecolo paſſato fece una diſſertazione iſtorica, in cui diceva, che Franceſco Primo non foſſe fatto prigioniere di Guerra da Carlo V. Imperatore, ma bensì un Cameriere da lui ſuppoſto in ſuo luogo, ed eſſendo perciò burlato dagli ſteſſi Franceſi, riſpoſe di avere ſcritto così, perchè indi a cent' anni ſi ſarebbe ſicuramente poſta in dubbio la prigionia del loro Rè*. Ad detrudendam ſimilium Impoſtorum pervicaciam, & ineptas dicacitates eadem retuli verba in quadam mea Apologia, Venetiis excuſa anno 1740.

PETRUS FRANCISCUS NIDUS Soncinas edidit librum in 12. Ticini Regii, ex officina Jo: Andreæ Magrii, cui tit.

* *Leges veræ Amicitiæ, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum, Oratorum, ac Poetarum monumentis comprobatæ*. In epiſtola nuncupatoria legitur non parum in conſcriptione hujus opuſculi fuiſſe directum per P. Raymundum Nidum ejus Conſobrinum, de quo erit ſermo. Verum multi ſcribentes autumant opuſculum, vere eruditiſſimum, totum a Raymundo elaboratum fuiſſe.

Cum hic fiat mentio de Viro Soncinate; Bordigalus noſter in ſua Hiſt. mſſ. ſcribit Oppidum Soncini reædificatum fuiſſe a Cinna Conſule Rom. poſt victoriam ab eo reportatam in loco Jovis Altæ, vulgo Genivolta, Soncinum a Cinna appellatum, cum primum vocabatur Caſtrum Aquariæ; Quiſnam Cinna fuerit, num L. Cornelius, vel Sp. Lucretius, ignoratur.

PETRUS FRANCISCUS MANFREDUS TRECCUS Marchio, & Burgi Malei Regius Feudetarius, Collegii Nobilium Parmæ, & Bononiæ Alumnus, in ipſis ſuæ Adoleſcentiæ annis probavit eximie, quantum præſtaret ingenii facilitate, & fœcunditate. Inter Nobiles Patriæ Decuriones accitus, Reipublicæ, ac Muſis juſtum penſum rependebat. Ex ſuis carminibus prodiere.

* *Primi Sfoghi del Genio. Venetiis* 1682. *per Jo: Jacobum Hertz in* 12. *eaque dicavit Felici Roſpilioſo S. R. E. Card. quem laudat cum ei eſſet impenſe in Urbe favoroſus*.

* *Gli Ozj della State. Poeſie varie. Cremonæ typis Laur. Ferrarii* 1685. *in* 8.

* *La Dafne. Scherzo Dramatico. Viennæ Auſtriæ, ubi aderat Auctor, per Petrum Paulum Vivianum* 1683. *in* 12.

* *Elvira Regnante. Drama per Muſica. Mediolani typis Caroli Federici Galiardi* 1696. *in* 12.

* *L'Onnipotenza in arme a difeſa della Torre Davidica. Oratorio per muſica nella Feſta dell' Immacolata Concezione. Cremonæ per Franciſcum Zannium* 1687. *in* 4.

* *La Grazia Trionfante per l'Immacolata Concezione di M. V. della quale viene ſcritto* Hortus Concluſus. *Cremonæ typis Laur. Ferrarii* 1688. *in* 4.

* *Il*

Digitized by Google

* *Il Trionfo di Maria. Oratorio per l' Immacolata Concezione, figurata nel cap. 12. dell' Apocaliſſe, iiſdem typis anno 1689. in 4.*

* *Il Sogno Felice, Oratorio per l' Immacolata Concezione di M. V. iiſdem typis 1690. in 4.*

* *Il Palagio d' Oro. Oratorio per l' Immacolata Concezione di M. V. la quale viene ſimbolegiata col nome di* Domus Aurea, *iiſdem typis anno 1693. in 4.*

* *Il Mercurio Lackè. Sogno Accademico nell' ingreſſo dell' anno 1683. Cremonæ edidit ſub nomine del Barone di Pietra Franca.*

* *Nelle preſenti contingenze d' Europa eſtro improvviſo. Cremonæ 1689. per Laur. Ferrarium.*

Immature pleuriticus animam Creatori reddidit die 30. Maii 1697. cujus obitus incredibili me affecit mærore, cum ab eo conſtanter prædiligerer, ut ex ſuis carminibus impreſſis quiſque arguere poteſt.

Petrus Jacobus Bursa, adhuc Adoleſcens primum Religionis gradum fixit in Clauſtris piiſſimorum Aſſeclarum S. Matris Tereſiæ, creſcentibus annis ſiniſtra valetudine circumventus, ad PP. Auguſtinianos Congregationis Inſubriæ, invito ſane animo, ſe tranſtulit. Fuit S. T. & Philoſophiæ publicus Lector, nec non egregius tempore Quadrageſimali Concionator in primioribus Italiæ Suggeſtibus quadraginta annorum ſpatio. In Patriæ Cœnobio ſemel Prioratum aſſumpſit. Anno 1691., quo ſolemniora feſta celebrata fuere in Apotheoſi S. Joannis de S. Facundo Auguſt. prompto calamo ſcripſit, & vulgavit per Zanuium in 12.

* *Il Giovanni di S. Facondo.* Jam ediderat iiſdem typis anno 1688.

* *Lo Specchio del P. Eterno, Panegirico dell' Immacolata Concezione.*

* *La Lampada Evangelica, Panegirico del B. Facio Cremoneſe, ibidem 1689.*

Orationes Panegyricas plures, & Conciones Evangelicas poſt ſe reliquit, & alia mſſ. a me viſa, cum ei ſumma neceſſitudine proximus eſſem.

Die 15. Aprilis 1724. in Cœnobio Auguſtiniano Vitellianæ denaſcitur, cum ibi actualis Dei Præco in ejuſdem Cœnobii Æde eſſet quadrageſimalibus diebus.

Petrus Maria Passerinus de Sextula in Caferonia, Diœceſis Mutinenſis, hujus inſignis Conventus S. Dominici Cremonæ Alumnus, ad cujus laudem exſcribo, quæ de tanto Viro ejuſdem Cœnobii Benefactore, ac Bibliothecæ, ibi annexæ ſcribit P. Inquiſitor Rovetta anno 1673.

*Frater Petrus Paſſerinus de Sextula Cremonenſis Conventus Alumnus Theologus tam in Scholaſtica, quam morali celeberrimus, qui ex Provinciali Terræ Sanctæ, Socioque Reverendiſſimi Thomæ Turci, Inquiſitor Generalis Apoſtolicus Bononienſis factus, & ex Inquiſitori Bononienſi Procurator Generalis Ordinis, & bis Vicarius Generalis ejuſdem factus, cum Cathedram Theologalem S. Thomæ*

Aquinatis

Digitized by Google

*Aquinatis in Romana Sapientia duobus ſupra viginti annis ſumma cum laude adminiſtraſſet, legendo, dictando, docendo, atque decidendo ſapientiæ ſuæ monumenta poſteritati reliquit. Inter cæteras autem ſui lucubrationes, quas breviſſimo tempore diſpoſuit, recenſentur infraſcripta opera, hucuſque in laudem Lombardiæ Provinciæ, typis Romæ edita videntur.*

*Volumina tria in fol. de ſtatu Hominum.*

*Volumen aliud in fol. de electione Canonica.*

*Volumen aliud a prædictis diſtinctum in fol. cujus titulus Tribunal Regularium.*

*Volumen aliud in fol. a præcitatis diſtinctum ſuper ſexto Decretalium.*

*Volumen aliud de Indulgentiis, aliud de Incarnatione Dominica, & aliud de Sacramentis. Item*

*Tractatum de electione Summi Pontificis. Nec non opuſculum variarum Orationum ab Auctore diverſis occaſionibus in Apoſtolico Saello coram Summo Pontifice, atque S. R. E. Cardinalibus habitarum.*

*Quæ omnia Romæ impreſſa Auctor hujus operis vidit, atque legit, ultra quæ opera referuntur.*

*Alia plura opuſcula manuſcripta digna, nondum tamen typis impreſſa; Verum quænam ſint, aut apud quem reperiantur non refertur.* Hucuſque P. Rovetta.

Apud P. Echard Script. Ord. Præd. tom. 2. pag. 674. eadem opera fere recenſentur.

In eodem Tomo pag. 822. deſcribuntur opera ejuſdem Paſſerini mſſ.

*Codices octo in fol. de Gratia, in quibus potiſſimum procedit contra Janſenium. Hi ſunt tituli, Liber I. De Divina Miſericordia ordinante rationalem naturam in vitam æternam.*

*II. De Ignorantia invincibili.*

*III. De Infirmitate voluntatis ad bonum in ſtatu naturæ lapſæ.*

*IV. De Adjutorio legis, & doctrinæ.*

*V. De Diſcretione Victoriæ.*

*VI. De Auxilio Gratiæ Medicinalis.*

*VII. De Gratia ſufficiente.*

*VIII. De Liberi Arbitrii indifferentia.*

Sequuntur alia Opera mſſ. reperta in Bibliot. Conventus S. Dominici Mutinæ.

*Oratio de laudibus Doctrinæ Divi Thomæ.*

*II. Reſolutiones plurium Caſuum Conſcientiæ.*

*Opuſculum de mutationibus factis in Breviario Ord. Præd. ad annum MDCV. ad annum MDCLVII.*

*Conciones per totam Quadrageſimam, & per Adventum.*

Fuit P. Paſſerinus Socius Reverendiſſimi P. Generalis Thomæ Turchi in itinere Hiſpaniarum, ut ex diplomate Ducis Medinæ Sidoniæ, recenſendo, ubi de eodem P. Turco.

Petrus Martyr Felinus Sacerdos ex Ordine Servorum B. M. V. laudatus, & digne a P. Garbio in Annal. Ord. Servorum Tom. II. edit. II. Cent. IV. lib. VII. pag. 421. per ſimilia, eum comparando P. Antonio Vivolo a Corneto Generali. Petrus Martyr ab ineunte ætate glorioſiſſimæ Deiparæ addictiſſimus; fuit Religioſæ morum culturæ, ac literarum ſtudio ſemper intentus, nec non muſicæ arti, adeout Romæ in Eccleſiaſtico cantu moderando unus Felinus præ cæteris fuerit delectus; humanioribus literis haud mediocriter inſtructus, & in Eccleſiaſticis ritibus apprime verſatus tria volumina ſcripſit.

*Unum circa Breviarium.*

*Alterum circa Miſſale.*

*Tertium Cæremoniarum Supplementum*, quæ licet prælo commiſſa non fuerint; ſunt tamen S. P. Paulo V. dedicata, & in Bibliotheca Scipionis Card. Burgheſii aſſervari dicuntur.

Variis etiam linguis præſtabat Felinus; quocirca Oratori Cæſareo, ſcilicet Joanni Gothifredo Bambergæ Epiſcopo, & S. R. I. Principi acceptiſſimus erat propter linguam Germanicam, ac proinde quoties Oratori præfato adeundum eſſet Summum Pontificem, Felinus munus agebat Interpretis, cujus obſequiis devictus Bambergenſis Princeps a Paulo V. id aſſequutus fuit, ut Felinus Magiſtrali Laurea decoraretur, & apud ſe habitu retento commoraretur pro graviſſimis aliquando negotiis obeundis. Hinc factum eſt, ut ab Urbe hoc anno diſcedens Orator Cæſareus, rebus operam daturus Generali Dietæ Ratisbonæ habendæ, Felinum una ſecum voluerit, qui tamen ibidem peſtifero morbo conſumptus quinto Idus Octobris interiit; cujus tamen præclara nunquam interibit memoria, non modo propter opera ſuperius memorata, verum etiam, & quidem maxime, quod ipſe ad honorem Beatiſſimæ Virginis explicaverit Sereniſſimæ Archiduciſſa Auſtriæ Annæ Catharinæ Gonzaghæ Ordinis Servorum exordia progreſſus, & decora.

Hæc Principiſſa dedit literas Reverendiſſimo P. Generali Ord. Serv. Romæ degenti, quæ a P. Garbio exſcribuntur pag. 405. & ſeq. datæ Oeniponte 12. Kal. Junii 1611. eamque Felino tradidit, ut iter ſuſciperet, ac Romam ſe conferret ad P. Generalem in quibus præ cæteris legitur *Ea tandem, quæ ad id agendum inducunt, P. V. Reverendiſſima a P. Petro Martyre Felino, a me valde dilecto accipiet &c.*

Ex hoc poſtremo, & aliis itineribus e Germania ſuſceptis, & præcipue e Bavaria, ubi Felinus admodum acceptus erat Celſiſſimo Guilelmo Duci Electorali multorum aureorum marſupia ſibi comparaverat, ex quibus inumerabilia intulit beneficia Cœnobio Servitano in Alma Urbe S. Mariæ in Via nuncupato, ut ex Regeſtis ejuſdem Cœnobii viſis, & mihi relatis a P. Joanne Angelo Maria

Porcello

Digitized by Google

Porcello digniſſimo Provinciæ ſuæ Moderatore, ſuis literis diei 21. Auguſti 1740. alias laudato.

Penes me ex Operibus tanti Viri Romanarum Antiquitatum perſpicui indagatoris extat.

* *Trattato Nuovo delle coſe maraviglioſe dell' Alma Città di Roma ornato di molte figure, nel quale diſcorre di* 300. *e più Chieſe, e di tutte le Antichità figurate della Città, già da Proſpero Pariſio aumentate, ed ora con diligenza corrette, ampliate, e con belliſſimo ordine diſpoſte. Romæ per Bartholomæum Zannettum* 1610. *in* 8.

De hujus Auctoris diligentia referre poſſum Diſtichum præmiſſum libro Franciſci Albertini de Urbe Roma, impreſſo ibi anno 1510. mutato nomine.

*Si priſcam quis, ſive novam vult cernere Romam,*
*Is duce Felino mœnia cuncta videt.*

Anno 1710. ex iiſdem typis Zannetti, iiſdemque figuris reimprimitur hic

* Liber Hiſpanico ſermone traductus a P. Alfonſo Mugnoz, ex Ordine Prædicatorum, dono mihi traditus fuit per amiciſſimum Abbatem D. Petrum Cannetum Supremum Ordinis Camaldulenſis Moderatorem.

*Guida Spirituale per far le Divozioni più principali, e frequentare i Luoghi Santi della Città di Roma, e fare la Scala Santa*; Servatur in Bibliotheca Vaticana ſub numero 5490., & in Urbinate ſub numero 1011. Opuſculum hoc fuit Paulo V. dicatum, ut refert Garbius pag. 405.

Memoratur a Joſepho Soreſino Romano in opuſculo de Scala Sancta, & in adnotationibus cap. 1. fol. 4.

Cum de inſigni Servorum Ordine locuti ſimus, non eſt omittendum, quod ſcribit idem Garbius pag. 25. recenſendo quatuor Cremonenſes hujus Ord. qui anno 1506. ſupplicarunt P. Thadęo Generali, ut eos a Congregatorum Cœtu in tranquilliorem, & magis religioſam obſervantiam ſegregaret, fuerunt F. Franciſcus Gotius, F. Hieronymus de Zenariis, & F. Eliſæus de Galentiis, cum F. Clemente de Darleriis a Caſtroleone Diœceſis Crem., quorum votis P. Generalis benigne annuit &c.

Ulterius etſi multa dixerim, nihil dixiſſe arbitrarer, ſi negligerem referre grates Reverendiſſimo, & laudatiſſimo P. Joſepho Mariæ de Inghiramis Curti Viglebanenſi, ejuſdem Inſtituti Generali Antiſtiti, literarum ſplendore, ac Eccleſiaſticis diſciplinis perſpicuo, qui me, conſanguineos, & affines meos ſuo Religioſiſſimo Cætui benigne aggregare, uti Filios dignatus eſt, ex diplomate Romæ dato die 5. Novembris anno 1740.

Petrus Martyr Fondulus, ex Ord. Præd. S. T. M. de quo egimus in Synthaxi Inquiſitorum, dum in magno Bononienſi Cœno-

bio Theologicis ſtudiis operam daret, ibi edidit anno 1624. in 4. apud Hæred. Jo: Roſſii.

* *Cæleſtis ornatus Dictorum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. D. F. Deſiderio Scaleæ Card. Ampliſſimo.*

Petrus Martyr Grossus J. U. D. Vici Spinetæ in Agro Cremon. Præpoſitus excudi curavit ab Hiſpana linguæ Italicæ donatum id opus.

* *Politica di Dio Governo di Criſto N. S., ſcritta a Filippo IV. Rè delle Spagne, con le penne de' Sacri Evangeliſti da Don Franceſco Queredo Villiegas &c. per maggior utile de' Principi, de' Cavalieri, de' Miniſtri, de' Governatori, e de' Predicatori Parte prima, e Parte ſeconda.* Mantuæ in typographia S. Benedicti per Albertum Pazzonum 1701. in 12., duobus tomulis comprehenſum. Item

* *Decreti tanto Provinciali, come Sinodali da pubblicarſi da' Parrochi della Città, e Dioceſi in diverſe Feſte dell' anno, ſecondo l' annotazione del Calendario della Chieſa Cremoneſe, nuovamente raccolti &c. Cremonæ* 1700. *typis Ferrarii.*

Patrus Martyr Fraganescus Marchio, Petri Franciſci March., ac Patriæ Decurionis F. Adoleſcens Mediolani in Nobilium Coll. ſub PP. Soc. Jeſu diſciplina laudabiliter educatus, in Papienſi Univerſitate Legali Laurea decoratus. Anno 1711. in Patria Ampliſſimo Juriſprudentum Collegio adſcriptus, eodem anno cum ad Senatoriam Cathedram elatus eſſet Marchio Petrus Aymus Goldonus Vidonus, Eidem in Oratoris Mediolani reſidentis eximio Miniſterio, plenis Generalis Conſeſſus Patriæ Decurionum ſuffragiis ſuffectus eſt. In eoque viginti, ac tres, circiter annos, ſumma diligentia, ac inexplicabili vigilantia uſque ad annum 1734. verſatus, quo Januario menſe Illuſtriſs. Magiſtratus Ordinariorum Redditutum totius Mediolani Dominii Quæſtor fuit deſignatus. Quanto igitur ſtudio, omni conatu, ac indefeſſo labore dum eſſet Orator, tot annorum curriculo ſe geſſerit, Teſtis ego eſſe poſſum, cum nulla hebdomada, ne dicatur pene dies effugerit, qua ſuis Epiſtolis pro Patriæ negotiis ex meo Conſervatoris Ordinum munere non receperim, ut in Archivo videre eſt inter Epiſtolarum Regeſta.

A me fit ejuſdem mentio cum laude in meo Dithyrambo, *il Tabacco Fumato*, inſcripto pag. 132.

Petrus Martyr Ugolanus J. C. Colleg. Comes, & Eques, dicendi elegantia præditus, & adæque eruditus. Suæ eloquentiæ ſpecimina exhibet.

*Oratio in adventu ad Præturam Cremonæ Illuſtriſſimi D. Joannis Ramos del Manzano J. C. Hiſpano anno* 1656. quam notat Laur. Legatus in Lyceo Herculis. Prædicta Oratio vulgata fuit a J. C. Hieronymo Bocculo Cauſ. Collegiato præſtantiſſimo, ubi ejus Elogium in laudem præfati Ampliſſimi Prætoris Regii, ac Duc. Mediol. Senatoris.

Petrus

Petrus Paulus Bonettus, Joannis Baptiſtæ Senatoris, de quo egimus Filius J. C., & ipſe de Collegio Judicum Patriæ Comes, & Eques Patriæ Decurio anno 1658. ex Oratore ejuſdem Patriæ, & ex Vicario Generali, & Advocato Fiſcali itidem Generali totius Mediolani Dominii, Senator, ac Civitatis Papiæ Prætor.

Erat noſter Senator Vir omni ſcientiarum genere imbutus, præſtanti ingenio, ac ſingulari virtute; ſciebatque fontes, unde leges omnes, & jura emanant, & quid perneceſſe ſit, ut quis ſe audeat Jureconſultum profiteri, & denique nihil ipſi deerat ad omnem laudem conſequendam.

Non erat inter illos priſcos Quirites, quos increpat Petron. Arb. Sat. 1.

*Ad prædam, ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt,*
*Venalis populus, venalis Curia Patrum &c.*

cui etiam contingit illud Conradii Rittershuſii in notis ad evadam Petron. pag. m. 559.

*Quid faciant Leges, ubi vis, aut gratia regnat,*
*Aut ubi præſtringunt munera judicium.*

Edidit Bonettus.

* *Antiqua Ducum Mediolani Decreta. Mediolani 1654. apud Fratres Malateſtas in fol. librumque dicavit Excellentiſſimo Mediolani Senatui. Inquiens in Epiſt. nuncupatoria. Opus quod olim fel. recor. Senator Pater meus, dum typis præſideret, in animo habuit, & quando ante ejus obitum fere ad finem perduxerat.*

Publici juris fecit Mediolani pariter cuſum anno 1688. typis M. A. Malateſtæ in fol.

* *Armamentarium, ſive Edicta de Armis, edita ab Excellentiſſimis Mediolani Gubernatoribus collecta, congrue diſpoſita, & Commentariis illuſtrata. Opus in duas partes diviſum, in quarum altera de armis in genere, & de iis, quæ cominus; in altera de Armis, quæ eminus adhibentur, pertractatur, ubi plura, ac præcipua ad materiam Criminalem attinentia, explicantur, allatis etiam deciſionibus Excellentiſſimi Senatus:* Multa, & ibi deſiderantur, ut leges, in Præfatione doctiſſimi hujus Senatoris.

Circumfertur ejuſdem opuſculum in fol. cui tit.

* *Elenchus onerum impoſitorum Subditis Mediolanenſibus Provinciæ ab exceſſu Franciſci Secundi poſtremi Ducum Sfortiadum ad hæc uſque tempora, ſcilicet ut in eo legitur uſque ad annum 1662.*

Quantum Bonettus in Aſtrologicis delectaretur, legenda eſt epiſtola ejuſdem præmiſſa libro P. D. Placidi Titi Peruſini Olivetani ſub nomine anagrammatico *Didaci Pritti Peluſienſis*, Mediolani excuſo 1650. apud J. B. Malateſtam, cui tit.

* *Quæſtionum Phyſico—Mathematicarum libri tres, in quibus ex naturæ principiis, huc uſque deſideratis demonſtratur Aſtrologiæ pars illa, quæ ad Meteorologiam, Medicinam, Navigium, & Agriculturam ſpectant cum XII. exemplis in fine &c.*

Ex Bonetti etiam cenſura fuit approbata impreſſio ejuſdem Titi compendioli, cui tit. *De modis directionum in Genethliaologicis ad medicinæ uſum Mediolani itidem*.

In Ephemeride Literatorum Parmæ 1688. fit honorifica mentio de Armamentario.

Petrus Paulus Flammenius, dum in Univerſitate Patavii legibus operam daret, edidit

* *Controverſias juris in* 4. *Patavii apud Laurentium Paſquatum typographum Almæ Univerſitatis* 1600. Hæ publice per triduum diſputatæ fuerunt in auguſtiſſimo Templo Divi Antonii, menſe maii ejuſdem anni.

In Mediolanenſi Foro inſignis Advocatus emerſit; unde tanti Viri plures in jure Allegationes, ſparſim tamen impreſſæ leguntur, quarum multæ penes me extant.

* *Conſilium deciſivum in materia Dotis. Papiæ cum aliis impreſſum in* 4. 1698. quod nobis dono tranſmiſit doctiſſimus tunc in Foro Mediol. Advocatus, modo Senator Comes Joſeph Jo: Ant. Cattaneus.

Antequam Senatoria Flammenius effulgeret dignitate Regii Patrimonii inter Quæſtores conumeratus erat, ſic jubente Potentiſſimo Hiſpaniarum Rege. Deo animam placido exceſſu tradidit anno 1635. in cujus funeribus, in Templo Divæ Agathæ Cremonæ celebratis, eleganti Oratione Affinium lacrymas aſſociavit Jo: Baptiſta Goldonus J. C. ex ampliſſimo Patriæ Judicum Collegio, ut ex ipſamet Oratione extenſa Cremonæ 1636., quam memoravimus.

Philippus Nicola, cujus memoriam fecimus in ſecundo Volumine Cremonæ Literatæ ad annum 1525. pag. 93. & ſeq. politioribus literis imbutus, ac Poeta venuſtiſſimus; verum cum ad noſtras manus devenerit liber in fol. magno pervulgatus Mediolani anno 1533. a Vincentio Meda, cui tit. Oviliarum opus &c. Hier. Perboni Marchionis Inciſæ &c. in cujus initio proſtat ſequens epiſtola, hic eam Lectori ſubjicio, ut cognoſcatur ex ungue in eo Viro quanta eſſet in conſcribendis Epiſtolis clara facilitas.

*Illuſtri Marchioni Inciſæ, ac Oviliarum Domino Hieronymo Perbono Senatori, & Comiti Philippus Nicola a Secretis Cæſaris.*

*S. P. B.*

*DUM aliquando Mediolani eſſemus Florente boni Ducis Maximiliani principatu, tecumque ſemel, biſve ad ſummum eſſem collocutus: tuo ſuaviſſimo ingenio, & varia doctrina ita incenſus ſum, ut cuperem [ſi per gravia tua negotia licuiſſet] me a conſuetudine tua nunquam ſubtrahere, tibi aſſidere; tuoque [ut dicunt] dies noctesque lateri inhærere. Cedente demum [ut eſt rerum humanarum infirma conditio] regno Maximiliano, fratreque Duce inclyto Franciſco II. in Germania agente; cujus exilii, & tu fidiſſimus Comes, ac proficuus fuiſti, & in neceſſitatibus promptiſſimum ſubſidium: licuit*

*altius*

Digitized by Google

*altius in theſauros animi tui penetrare. Quo tempore noſti quam tui ſtudioſus fuerim, quam frequens, quoties non impedirent occupationes. Nuper verò, quoniam ſummæ virtutis monumenta diu nunquam latere poſſunt: ſed tanquam fulgentiſſimum jubar lumine proderunt ſuo: ad nos fama pervenit de opere tuo Oviliarum: quod & demum non minori ſtudio, quam fructu legimus. In quo ſingulari dicendi ornatu plurima eruditione ſalutaria demum ex antiquis, tum recentibus deprompta benè, beateque vivendi præcepta complexus es, ut quid hominem in omnes vitæ partes deceat, uno quaſi exemplari ei conſpicere liceat. Quapropter tum meo ſingulari erga te ſtudio commotus, tum quod haud dubie cerno, quod & mihi, & cæteris res hæc uſui ſit futura: operæ pretium facturum me exiſtimavi, ſi te obnixè orarem, ut tanto operi extrema manu impoſita, id quanto citius fieri poſſet, impreſſori tradere non graveris. Sic enim & vivus ejuſmodi gloria frueris: & nos omnes, quibus benè inſtitui curæ eſt, in perpetuum devincies. Bene vale. Placentiæ idibus Novembris MDXXIX.*

PIUS MERCORUS Ord. Præd. Nepos celeberrimi Julii Inquiſitoris Mediolani, ex ejuſdem Ordine Præd. edidit Bononiæ anno 1667. in 12. opuſculum ſequentis exempli.

* *Aureum Jaſonis Vellus ad ſcientificos habitus efformandos, Palladis arte contextum, atque reductum, hoc eſt, Aurea Metoſophicarum Veritatum Textura, juxta auream Divi Thomæ doctrinam ex principalioribus Theoſophiæ Tractatibus, ſex dierum opera a totidem Novitiis Ord. Præd. coram reducta, & palam expoſita*: inter quos Pius noſter memoratur, quinimo in fronte libri legitur ejus nomen, cum ipſe illum dicaverit Illuſtriſſimis & Excelſis Viris, Vexillifero, & Antianis Bononiæ, tunc temporis Decembrio menſe, nec non P. Petro Mariæ Paſſerino S. T. ac Provinciæ Magiſtro, & tunc Procuratori Generali Ord. Præd. in Urbe, de quo paulo ante.

PRIMITIUS GABELLUS Medicinæ, ac Philoſophiæ Doctor, anno 1697. vulgavit hoc opuſculum.

* *La Taccia ripreſa a favore del Sig. Dottore Medico Fiſico Franceſco Maria ſuo Padre. Impreſſio legitur, facta Coloniæ 1697. per Chriker.* Jam vidimus datam Reſponſionem deductis per Primitium, ubi de Alexandro Lugo in lit. A. Medicorum opiniones variæ ſimiles excitant contentiones.

In hujuſmodi eventum (non vero de hiſce contendentibus) conſcriptum fuit hoc lepidum Epigramma.

*Accuſat Medicus Medicum de cedæ, quod Ægro*
*Vena tulit ſubitam, non bene ſecta necem.*
*Reſpondit prior ille, libris mea jura tuebor!*
*Sic vult Hyppocrates, tuque Galene probas.*
*Mittite, vos, inter rixas, nam mortuus Æger*
*Indicat errores; exitus acta probat.*



Digitized by Google

*Verum ſi cauſſam diſcurrere de Nece vultis,*
*Hæc eſt cæcorum diſcutienda foro!*

In hoc puncto mihi ſuggerit non Galenus, ſed Seneca, pluſquam Medicus *ad Lucil. epiſt.* 11. *nihil ita ſanitatem impedit, ſicut crebra remediorum mutatio.*

Tritiſſimum inibi pariter ſe offert illud adagium, *qui medice vivit, modice vivit*; nimirum quamplures diligentiſſime ſcrutantur libros non paucos de ſanitate tuenda num noxia, num indigeſtibilia; alii vero ut vivant incolumes Numina exorant, & præcipue culinaria, iiſdem, ac intemperantiæ inter fumum, nidoremque popinarum ſe ſe ſacrificantes; hinc Aulus Perſius eos ſugillat Sat. 2. v. 41.

*Poſcis opem nervis, corpuſque fidele ſenectæ*
*Eſto age; ſed grandes patinas, tucetaque craſſa*
*Annuere his ſuperos vetuere, Jovemque morantur.*

Quæ carmina italice ita reddidit eruditiſs. Comes Camillus de Sylveſtris Rodiginus, cujus nomen omni laude eſt a me cumulandum, cum ab Eo dono receperim opus ſuum ſane proficuum, inſcriptum *Giuvenale, e Perſio, ſpiegati colla dovuta modeſtia in verſi volgari.* Editionis Patavinæ 1711.

*Tu chiedi robuſtezza, e corpo ſano,*
*Che di ſenile età non ſenta i danni.*
*Su via; prega, che oneſta è la preteſa,*
*Ma i tuoi gran piatti, e le vivande pingui,*
*Compoſte di porcine umide carni,*
*Impediſcono i Numi a compiacerti*
*In ciò che lor dimandi, e ferman Giove &c.*

Raymundus Nidus e Soncino Diœceſis Cremonæ, ex Ordine Prædicatorum Philoſophus, Theologus, Canoniſta, & raræ eruditionis Vir, cujus præclara ſcripta Ciceronianam redolent eloquentiam, Inquiſitor contra hæreticam pravitatem Papiæ, qui obiit anno 1681. vix accepto nuncio, quod a S. P. Innocentio XI. electus erat Commiſſarius Generalis S. Officii in Urbe, ad lucem emiſit.

* *De Conſervatoribus regularium juxta jura noviſſima præſertim Gregorii XII. Conſtitutionem Sanctiſſimus. Ticini Regii* 1676. *ſumptibus Car. Franciſci Magrii in* 4.

* *Commentaria Perpetua ad titulum de Regulis Juris Sexti Decretalium Utriuſque Juris Peritis, Theologis, Caſuiſtis, humanarum Artium Præfectoribus Eccleſiaſticis, atque Sæcularibus minime injucunda Ticini Regii ex typographia Bartholomæi Dcrbæ* 1679. *in fol. Item Inſtructio Confeſſariorum.*

*Lucerna Inquiſitorum, & alia*, ut refert P. Inquiſitor Rovetta in ſua Bibliotheca ad annum 1681. Verum omittit librum de Conſervatoribus Regularium.

In

Digitized by Google

In Veſtibulo Commentariorum habetur epiſtola Joannis Caramuelis celeberrimi Viglebanenſis Epiſcopi, data die 12. Septembris 1679. in qua plurima leguntur encomia noſtro Auctori, jure merito attributa.

*Commentaria ſuper Clementinas, quorum integrum autographum adeſt apud præclariſſimum Mediolani Senatorem Comitem Joſeph Joannem Antonium Cattaneum de quo ſupra, in Concilio Viennenſi, Ticini edita abſque indice, & titulo libri ob mortem Auctoris ſequutam, dum liber imprimebatur in fol.* hæc dono habui a M. R. P. S. T. M. Thoma Antonio Taſſoni Priore Cœnobii Soncinatis die 26 Julii 1739. dum Soncini eſſem, qua occaſione vidi in illa Bibliotheca nobile manuſcriptum ejuſdem Nidi, cui tit. *Dilucidationes Morales in ſeptem tantum libros Ethicorum Ariſtotelis elaboratæ, & elucubratæ, Viris ſtudioſis utiles &c.*

Raynucius Pallavicinus ex Poleſini Marchionibus, Uberti Civis Cremonenſis ex privilegio, nec non Erſiliæ de Lupis, Guillelmi Filiæ Patricii Cremonenſis, natus Octobrio menſe anno 1632. in præcitato ſuo Feudo, cum eſſet in Aula Electorali Bavariæ Ducis, muſis tunc italicis deditus permiſit, ut in lucem emanarent.

* *Ritratto di gran Principeſſa eſpoſto alla pubblica ammirazione, e conſecrato all' A. R. di Carlo Emanuele II. Duca di Savoja, Rè di Cipro &c. in 12. Monaci per Lucam Strauh 1667.*

* *Ritratto di gran Perſonaggio rappreſentato agli occhj della Sereniſſima Adelaide Ducheſſa Elettrice di Baviera nata Real Principeſſa di Savoja, iiſdem typis, & anno.*

Eccleſiaſticæ diſciplinæ addictus, & Romæ diu verſatus, dum Raynucius eſſet in Alma Urbe Gubernator a Sum. Pont. Clemente XI. die 13. Maii anno 1706. S. R. E. Cardinalis creatus eſt. Ejus iconica imago inter alios Concives Purpuratos in Conclavio, ubi fiunt menſtrualia comitia adſervatur.

Ejuſdem fit mentio a Creſcimbenio in Hiſt. Vulgaris Poeſeos lib. V. pag. 471. cum eſſet Paſtor Arcas nomine *Aſterii Sirei*, & in poeticis latinis, & italicis apprime verſatus: idem Creſcimbenius loco allegato ſcribit de modeſtiſſima renitentia ejuſdem Cardinalis in evulgandis ſuis carminibus. Interiit Romæ die 1. Julii 1712.

Laudatur quam maxime a celebri Satyrico Q. Sectano, ſeu ab illo Auctore, qui ſub tali nomine Satyras ſcripſit, Juvenali profecto ſaltem, ſi non ultra æquiparando, ut de alterutro quis nam ſit major, lis pendeat, Satyra enim II. in notis num. 91. ubi de Urbis Gubernatore. *Huic muneri meritiſſime præeſt hodie Raynutius ex Marchionibus Pallavicinis, non minus nobilitate generis, quam virtute, prudentia, rerum gerendarum peritia, pietate, & integritate præclarus.*

P. Petrus Antonius de Venetiis Min. Obſer. Ref. librum Eminentiſſimo Viro dedicat, cui tit. *Giardino Serafico Iſtorico*, eumque inter Tertiarios Ord. S. P. Franciſci profeſſos recenſet.

Seve-

Digitized by Google

Severus Albertonus tum Juriſprudentiæ, cum Philoſophiæ ac Medicinæ ſtudiis cultus, atque ornatus, tenui nimirum valetudine detentus, didicerat, quod balnea magis juvant, quam Medici, & a M. T. Cicerone, quæ docet in *Bruto de Clar. Oratoribus cap. 91.* ſcilicet Peregrinationem, ſeu profectionem in regiones ſalubriores, quantum tam motu ipſo, quam cœli temperamento ad tuendam valetudinem, & firmum corporis habitum conferre; proinde varias peregrinavit exteras regiones, cum balneis, & redux verum fruſtraneo labore, unde fatigatus tandem in Patriam perpetuo quievit anno 1646. ætatis ann. 36. ſcripſerat italica locutione.

*La Vita di Fra Buono Eremita Cremoneſe Fondatore delle Convertite*, ex relatis a Breſſiano in V. R.

Penes me extant tres Declamationes ejus manu tranſcriptæ, ex quibus habetur Papiæ ſtudiorum cauſa degiſſet anno 1629. Kal. Januarii tum annorum viginti.

Sigismundus de Laurentiis Cler. Reg. S. Pauli inter Barnabitas, multiplici doctrina excultus, Romæ [illegible]m degeret præ cæteris virtutis, ac religionis ſuæ indiciis, Codice [illegible] pervulgavit, qui non ſine ingenti animi, & admirabili oblectamento legi poteſt, italico vero, ſequenti modo.

*Vita di S. Paolo, cavata dagli Atti Appoſtolici, dalle ſue Epiſtole, e da altri gravi Autori, ridotta in forma di Cronologìa, ſecondo l'Eminentiſſimo Baronio, e Spondano, con le oſſervazioni di diverſi Santi Padri, ed Eſpoſitori &c. Romæ in typographia Lud. Gagiani 1641. in fol.*

Non impari oblectatione ſunt perlegenda, quæ de S. Paulo in ſuis Diſſertationibus Academicis, Lipſiæ editis anno 1712. diſſert. VII. ex itineribus S. Pauli Apoſt. ſcripſit Chriſtophorus Cellarius, ea quæ præcipue n. 38. Eruditis placet, & admodum eſt probabile, Paulum prima captivitate, quam Lucas ſcribit, liberatum in Græciam, & Aſiam conceſſiſſe, adeoque bis Romæ fuiſſe; in Hiſpaniam autem penetraſſe credibile non eſt. Hujus Pauli nomen, ex Sauli mutatione, Hieronymus converſationi cum Romano Cypri Proconſule Sergio Paulo tribuit. *Comment.* in Epiſt. ad Philemonem, quod Hugo Grotius approbat, nec hujus graviſſimus Cenſor Abr. Calovius quidquam oppoſuit.

Epiſtolas Pauli ad Senecam, & hujus ad Paulum eſſe ſuppoſititias, etiam ex ſtilo probari poteſt.

Item penſanda ſunt, quæ refert in diſſert. XIV. de S. Pauli Apoſtoli Romana Civitate donati, in triginta quatuor paragraphis, qui hoc additamento clauduntur. Signum Romani Civis Toga, & latine Togati Romani. An vero etiam Paulus Togatus? non putamus, ſic enim nemo ad carcerem, & verbera rapturus fuiſſet. Judaico habito uſum credimus, aut Peregrinantium, ideſt Penula itineri apta, ut *Tertull. de Orat. cap. XII.*

Sigis-

Sigismundus Ponzonus, Nicolai F. Comes Caſtri ab ejus Familia nuncupati, ac Gombiti pariter in Agro Cremonenſi Feudatarius, Patricius plane honoris, & ſanguinis claritudine nobilis, ex Decurionibus Patriæ electus anno 1668. in publicis officiis ſingulari prudentia, comitate, & gravitate excelluit; Corporis habitudine, oculis, & ſuperciliis modeſtiſſime elatis ad ſibi conciliandam ſingularem admirationem, ut de eo dici poſſet, quod Græce dixit Philoſtratus Lemnius de Apollonio Tyaneo lib. 2. cap. 2., latine poſtea ex interpretatione Antonii Bonfinii editionis Lutetiæ Pariſiorum anno 1608., ita. *Oculi namque mores hominum indicant. Multa etiam in ſuperciliis, geniſque poſita ſunt, ex quibus ſapientes, & naturæ periti, imagines veluti in ſpeculis aſpicientes, quæ mens illis, quodve ſit ingenium contemplantur*. Erat quippe Comes Sigiſmundus in Philoſophicis, Rethoricis, ac Poeticis ſtudiis non leviter inſtructus, præcipue ſelecti idiomatis italici, ſive Hetruſci, ac purgatiſſimæ orthographiæ indagator, Gallicæve linguæ oblectamento deditus, ex qua ad noſtram traduxit, ſub nomine Abbatis Scipionis Alerani.

* *Scuola de' Principi, e de' Cavalieri, cioè la Geografia, la Retorica, la Morale, l' Economica, la Politica, la Logica, e la Fiſica, cavate, e tradotte nella noſtra lingua, dalle Opere Franceſi del Sig. della Motta le Vayer, che le ha diſteſe per iſtruzione di Luigi XIV. Rè di Francia.* Liber vulgatus fuit Bononiæ typis Jacobi Monti in 12. anno 1677., & reimpreſſus Venetiis per Nicolaum Pezzanam 1737.

Sub ſuo vero nomine edidit

* *Ariſtippo, o della Corte del Sig. di Balzac tradotto dal Franceſe &c. dedicato all' A. S. di Ferdinando Carlo Duca di Mantova, e di Monferrato &c.* cujus in fine legitur. *Avviſo pronunziato, e poſcia ſcritto, o eſtratto da una Converſazione, in cui parloſſi de' Miniſtri, e del Miniſterio. Al Sig. Girardo Uffiziale, ed Arcidiacono d' Angolemme, typis ejuſdem Monti* 1678. *in* 12.

Cum haud ſemel Adoleſcens adhuc eſſem, & Comes Sigiſmundus me audiſſet recitantem in primordiis Academiæ Inunitorum, ut animoſior fierem perhumaniter me excipiebat, ac ut regulas italici ſermonis ediſcerem, quam ipſe ut dixi, perfecte callebat, mihi dono dedit librum ad hanc rem aptiſſimum, Auctoris haud ignobilis quem adhuc inter chariores ſervo, cui tit. *della Lingua Toſcana di Benedetto Buonmatei libri due, impreſſione terza in Firenze* 1643. & profecto laudatus liber, ſtudii ſimilis non parum mihi profuit ad intelligendum, & viam planius in eo proficiſcendi adaperuit; tunc itidem probare cæpi quod vera, & delectabilis vita ſit, quæ cum hominibus virtute præditis traducitur.

Cum ipſe Sigiſmundus eſſet in ſuo Caſtro, vigeſimo a Patria lapide, ut ſe reficeret a diuturna hemitritea, febri gravatus, violentis ſympthomatibus concuſſus nocte diei 8. Septembris 1682. annorum duo-

duorum ſupra quadraginta in florenti virilitate decubuit, apud Patriæ ſeniores, ac ſapientes maximo ſui deſiderio relicto, ibi ſequenti die in majori Eccleſia funeratus.

Ejuſdem Comitis debitam mentionem egi in Tomo II. Crem. Liter. pag. 260. ubi de Animoſorum Academia in Patria vigente exacto ſæculo.

Silvius de Blancis ex Ord. Serv. B. M. in Lyceis Mantuæ, & Bononiæ S. T. L. & Regens, Definitor in Comitiis Romæ habitis anno 1612. nec non celebris verbi Dei Propagator in Italiæ primioribus ſubſelliis, ex cujus concionibus probari poteſt, quam eximii Oratoris officium abſolverit, & inter cæteros maxime excelluit, habentur ejuſdem

*Sermones Quadrageſimales, & Annuales.*

De eo Creſcentius in Præſidio Rom. lib. 3. pag. 129. Garbius in Annal. Ord. Serv. lib. 7. pag. 411.

Floruit in eodem Sacro Inſtituto anno 1591. Aurelius itidem de Blancis, ex relatis a digniſſimo P. Jo: Angelo Maria de Porcelli pluries memorato.

Stanislaus de Fidelibus, natus in Vico Sexti, Agri Cremonenſis, Monachus Camaldulenſis, latinæ poeſi deditus multas perpolite, atque pereleganter luſit

*Elegias*, probe commendatas ab eruditiſſimo P. Abbate D. Petro Canneto, & præcipue in ejus epiſtola diei 17. Januarii 1706. *Il noſtro P. Fedeli mi ha mandato un buon numero di Elegie, nelle quali è mirabile la facilità della di lui vena &c.* hiſce attentis mihi obvenit problema illud Horatianum de art. poet. erga finem.

*Natura fieret laudabile carmen, an arte,*
*Quæſitum eſt, ego nec ſtudium ſine divite vena,*
*Nec rude, quod proſit video ingenium, alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & conjurat amice.*

Servari eas Elegias autumo in Bibliotheca Claſſenſi Ravennæ, cum ibi juveniles annos extreme apud ſuos Sodales depoſuerit die 2. Martii 1707. ut ex alia Epiſt. ipſiuſmet Abbatis, diei 27. ejuſdem menſis, in qua inter alia legitur.

*Il dì 2. del meſe paſſato di Febbrajo morì il P. D. Stanislao Fedeli noſtro, di cui ſon venute in mie mani l' Elegie tutte d' una vena facile, e naturale, e aſſai commendabile per i ſacri argomenti. Molti de' noſtri Monaci mi eſortano a farle ſtampare, e forſe m' indurrò a farlo &c.*

In Epiſtola hujus libri ad Lectorem, ubi de re poetica nonnullas lineas expoſui, dixi Platonem e ſua Rep. Poetas ejeciſſe, verum id intelligi debet de illis fabularum involucra, ineptias, & commenta infarcientibus, & indecentia eructantibus, nam in *Jone* profert hanc ſententiam. *Res ſacra Poeta eſt, neque canere prius poteſt, quam Deo plenus*, & talis fuit Stanislaus noſter.

Quare

Digitized by Google

Quare Plato ad magnam, & admirabilem illam ſuam Rempublicam neget Poetis acceſſum, legatur Dialogus Hieronymi Fracaſtorii, cui titulus *Naugerius ad Jo: Bapt. Rahmnaſium*, erga finem dialogi, ubi tria potiſſimum ei videntur, quæ objicit in Poetas Plato. In univerſum autem omnes Comicos, omnes Tragicos, excludit; Subdens Fracaſtorius, & nos benefactum dicemus in ea Rep. in qua fortaſſe neque Philoſophos curabit eſſe contemplationi, & otio nimis deditos &c.

Stephanus Mattonus, Muſis italicis addictus, in Inviſibilium Academia *Velox* nuncupatus, opuſculum edidit Panphili de Roſildis in eadem Academia dicti *Ignoti*, Cremonæ anno 1622. in 12.

* *Spineto di Dolore, Scherzi Poetici ſopra i Sette Dolori della Madre di Dio Signora noſtra. Taurini apud Albertinum Merulum* 1625. *in* 12.

*Divino Pegaſeo. Scherzi Poetici ſopra le ſette Età dell' Uomo in Criſto*, ibidem

*Treccia Poetica, teſſuta colle Chiome di Claudia, Scherzi dedicati alla ſteſſa, mſſ.* ſervabatur penes M. A. Belpierium, de quo ſcripſi, cum aliis carminibus, in quibus Stephanus profecto venuſti Poetæ officium complebat.

De Coma non poſſum tacere, ea quæ mirifice notat ſuo tempore S. Ambroſius *lib. 6. Hexamer. cap. 5. Coma reverenda eſt in Senibus, veneranda in Sacerdotibus, terribilis in Bellatoribus, decora in Adoleſcentibus, in Mulieribus compta, dulcis in Pueris, tolle arboris comam, arbor ingrata eſt, tolle humani capitis capillam, tota pulchritudo flaceſſit*; modo S. Doctor ſtilum mutaret.

Lepidum ſane, & perjocundum Inviſibilium Academiæ inventum; ſi ſomniata non eſſet hæc aſſociatio, condi poſſet in illo ſitu quem Siculus Archimedes optabat extra Terram, *ut ex Syneſio de Somniis* §. 5. ſive apud Antipodes, qui nobis adverſa habent veſtigia.

Stephanus de Sanctinis, Cler. Reg. Theat. Alumnus religioſæ Domus S. Abundii in Patria, qui omnem Chriſtianæ doctrinæ diſciplinam maximo labore, & mentis acumine excoluit, Theologus inde, & Sacrorum Canonum integerrimus interpres, Hieronymo Vidono S. R. E. Card. Patricio noſtro, intima familiaritate conjunctus, ac Urbano VIII. S. P. dum Romæ eſſet, admodum notus, ab eodem inter alios in Comitiis Generalibus ad primam ſuæ Congregationis dignitatem nominatos, Sanctinus adnumeratus extitit. Præter doctrinam, qua opipare præditus, erat etiam vitæ, morum exemplaritate, & Prophetiæ dono apud ſuos celebris, de eo namque ſcribit Silos in Hiſt. p. 3. pag. 135. *Ea Vitæ innocentia Sacerdos, ut nihil illi accomodatius, quam ſuum cognomen tum, cui egregie reſpondebat Morum Sanctitas*. Imaginem prodigioſam B. V. Lauretanæ in Sacello Ædis S. Abundii adnexo, aſſiduis preci-

bus

Digitized by Google

bus excolebat. Scripſit italice opera, quibus initium prætulit.

*Sermoni diverſi ſopra la Paſſione di Gesù Criſto.*

*Meditazioni ſopra la Corona della B. V.*

Servantur in Bibliotheca S. Abundii mſſ.

*Iſtruzione per l'educazione de' Novizj*; cujus meminit idem P. Silos ubi ſupra, inquiens. *Ejuſmodi regendi tyrocinii leges accurate conſcripſit, ac mire conformandis ad pietatem, modeſtiam, charitatem adoleſcentibus perinde accomodatæ, ut juſſum aliquando fuerit Comitiorum Generalium auctoritate, ut Sanctini inſtitutionibus uterentur Magiſtri Novitiorum.*

De hoc P. D. Carolus de Palma Cler. Reg. Theat. in Epiſtola nuncupatoria ſui libri, memorati conſimilis ad PP. Capituli Generalis anni 1658. Romæ exiſtentes.

Breſſianus in ſuo mſſ. cui tit. *Fiori Celeſti*: item memoratur in Arbore Vir. Illuſtrium ſuæ Relig. in fol. delineata, & excuſa.

Tarquinius Merula, Eques muſicus excellens ſuper æthera notus, cujus nomini convenit illud: *Generatio noſtra laudabit opera tua, & Virtutem Canticorum tuorum pronunciabit*. In Cathedrali Cremonæ Muſices primus Moderator. Permulta in Arte opera compoſuit, quæ penes me extant; inter alia edita.

* *Canzoni, overo Sonate concertate per Chieſa, e per camera a due, ed a tre lib. 3. Opera duodecima. Venetiis per Alexandrum Vincenti* 1637.

Inter haſce canoras modulationes 3. loco una reponitur nuncupata *l'Ariſia*, ut Tarquinius morem gereret Joanni Palladino Avo meo Paterno, quem præ cæteris, quibus aliæ ſunt dicatæ, prædiligebat. Si Tarquinius Vir gravis modo viveret, utique laudaret Famianum Stradam S. J. qui in ſuis Proluſionibus Academicis *lib. 2. de ſtylo poetico Proluſ. v.* ſic ſcribit. *In muſicis in cantu vocum, atque nervorum, faſtidit hæc ætas noſtra, quem tamen Superior quæſivit, concentum ſtabilem, & gravem, plerumque authoritatis; modulos neſcio quos amamus, & frequentamenta, quibus concidatur minutim cantus fractuſque diſſiliat, ac plena illa, & ſonora vocum vis, ac poteſtas enervetur &c.* pleraque, & nimium ſalacia contra fœminas in Theatris canentes cantat Salvator Roſa in una, ex ſuis notis ſatyris, omnino Famiani Homologus.

Theodorus Baronius, Angeli memorati, Viri præclariſſimi Filius, virtutum ejus heres, & Æmulus, ut de ipſo dici poſſit.

*Qui viret in foliis venit e radicibus humor,*
*Et Patris in natos abeunt cum ſemine mores.*

Fuit Medicus approbatiſſimus; propterea ſcripſit

*De operationis mejendi triplici læſione, & curationis libros II., in quibus morbi omnes renum, & veſicæ, quo ad eorum cognitionem, pronoſticam, & curationem ex Galeni præſertim mente plene tractantur, & quæſtiones multæ ab antiquis, recentioribuſque Medicis, partim omiſſæ, partim perperam ſolutæ* propo-

Digitized by Google

*proponuntur, & enodantur, typis Andreæ Viani, Papiæ* 1609. *in* 4.

In hac theſi conſulendus eſt noſter Realdus Columbus in ſuo libro *de Re Anatomica lib. XI. cap.* 10. *ubi de Veſica, Veſicæ utilitas eſt urinam ab ureteribus advectam primo ſuſcipere; deinde aliquandiu detinere poſtremo expellere, quamobrem nil mirum eſt, ſi fontis imaginem præſefert &c.*

De Antiquitatibus Medicis, & Medicorum ſtatu, ac dignitate adi Chriſtophorum Cellarium. Diſſert. Acad. Diſſert. XII. cap. I. uſque ad VI.

THEODORUS MALOSSUS ex Burgo inſigni Marchionali Soræxinæ Sacerdos Tertii Ordinis S. P. Franciſci, nuncupati de Pœnitentia S. T. M. ſcripſit pereleganter multa opera, & præcipue.

*Contra Officiorum pluralitatem*, ut habemus ex libro Joſephi Breſſiani ſæpiſſime allegato..

Fundatur hujus Auctoris opinio ſuper Decret. Gregor. diſt. 89. cap. 1. ubi. Singula Eccleſiaſtici juris officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi jubemus; ſicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Eccleſiæ corpore, ſecundum veridicam Pauli Sententiam in uno eodemque ſpiritu, alii conferendum eſt hoc officium, alii committendum eſt illud, neque uni quantumlibet exercitatæ perſonæ uno tempore duarum rerum officia committenda ſunt &c.

THEODORUS STRATIUS Carmelita, Vir multiplici, ac ſingulari eruditione præditus, & cognitus, pluribus annis Neapoli, Papiæ, Patavii, ac Cremonæ Theologiæ Profeſſor, Lycœorum ſuorum ſummis ſtudiis exedras illuſtravit; Romandiolæ, atque Piceni Prior Provincialis, & pluries Commiſſarius Generalis extitit; Viſitator Apoſtolicus Generalis Siciliam enavigavit, Hiſpaniam peragravit; Inde Procurator Generalis electus, & tandem a S. P. Urbano VIII. totius Ordinis Generalis creatus, quem duodecim annis gubernavit, & anno 1642. die 23. Aprilis obdormivit in Domino. Ex Necrologio ſervato in Cœnobio S. Bartholomæi Cremonæ ſub die 23. Aprilis, inſcripto Illuſtrium Virorum Familiæ Carmelitanæ Cremonæ &c. Bonæ frugis opera ſcripſit, ut teſtatur Auguſtinus Biſcaretus in Palmitibus Vineæ Carmeli. Ex iis autem in Mariana ſua Bibliotheca refert Maraccius.

*Formula inſtituendi Confraternitates B. Virginis de Monte Carmelo lib.* 1.

*De modo aquirendi Indulgentias pro Confraternitatibus B. V. de Monte Carmelo lib.* 1. qui Romæ impreſſus dicitur a P. Fornario, in Anno ſuo memorabili Tomo I. pag. 353. n. 37. una cum

*Tractatus de Tertiariis dicti Ordinis.*

Memoratur etiam a P. Daniele a V. M. in ſuo Spec. Carmel. Tom. II. lib. 5. manip. 2. n. 3752.

In

Digitized by Google

In Templo eodem D. Bartholomæo dicato, culto per PP. Carmelitas, ſuper janua interiori legitur Elogium in laudem tanti Præſulis, quo Lectorem remitto, ne prolixior fiam.

P. Theodorus Valle in Hiſt. Priverni lib. 2. pag. 340., & 341. ſcribit Stratium, peregre obiiſſe Priverni, dum Roma diſcedens Neapolim contendebat ad Capitulum Provinciale, & ibi refert Epitaphium eidem inſcriptum ſuper ejus Tumulo, in Eccleſia S. Mariæ de Monte Carmelo hiſce verſiculis.

*Gentis honor, Carmele, tuæ Theodorus abivit*
*Stratius antiquæ viva lucerna domus.*
*Pontificis Pauli Imperiis Hiſpana probarat*
*Magnum in Apoſtolico munere terra Virum.*
*At meritos dederat redeunti Urbanus honores,*
*Carmeli qui illum juſſerat eſſe Caput.*
*Priverni fatale Solum, natale Cremona,*
*Hæc dedit exilio, reddidit illa Deo.*
*Die 23. Aprilis 1642.*

THEODOSIUS GUAZZONUS Cler. Reg. Theatinus, Philoſophiæ, & S. T. Profeſſor, Orator evangelicus, per ſeptennium in Civitate Placentiæ, Lector Theologus in Cathedrali, ac Conſultor S. Officii in Patria, & demum Pœnitentiarius in Metropolitana Ravennæ; prælo ſubjicere curavit.

* *La Vergine Gravida Beatiſſima, lodata in nove diſcorſi, autorizzati dalla Sacra Scrittura, da' SS. Padri, dalla Theologia Scolaſtica, e miſtica. Cremonæ per Jo: Petrum Zannium 1657. in* 4. cujus meminit in Appendice Bibliothecæ Marianæ Maraccius pag. 101. lit. T.

*La Bellezza martirizzata &c. cioè la Vita di S. Giuliana V. e M. Eroina di Nicomedia, bis imprimitur Ravennæ per Jo: Baptiſtam Pezzium* 1670.

Exacto proxime ſæculo multi Scriptores nedum titulos ſimiles ſuis operibus imponebant, ſed etiam elocutione utebantur, modo a probis Oratoribus penitus eliminata.

* *Sancto Cajetano Tieneo Vicentino Cler. Reg. Fundatori Elogium, ex Schematibus, Paronyma, & Paronomaſia compoſitum.* Ravennæ vulgatum, penes me extans a P. R. die quadam, familiaris amicitiæ titulo, e meo Muſæo ſubtractum, ſub ſuo pallio repoſitum, me vidente, & patiente, ſubridendo, ſecum aſportavit; unde nam motus Amicus, non eſt hic opus de hac re dialepſim inſtruere.

Ex Epiſtola ejuſdem P. Guazzoni Laur. Legato ſcripta anno 1672. legimus eumdem Theodoſium in promptu habere pro editione

*La Vita della B. V. in tutto pellegrina, ſotto queſto titolo,* il Niente Rimirato, *cavato dalle parole di Lei:* Quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ.

*Deci-*

Digitized by Google

*Deciſiones morales, quibus titulus, Opiniones inopinato opinatæ.*

Ejuſdem meminit P. Silos in Hiſt. Theat. part. 3. lib. 12., ac in Cathalogo Scriptorum Cler. Reg. Panormi 1666.

THEOPHILUS DE FERRARIIS Sacri Ord. Prædicatorum Sacerdos, anno 1623. typis Cremonæ tradidit opuſculum, cui præfixit titulum

* *Vita del B. e Glorioſo P. F. Giacopo da Venezia dell'Ordine de' Pred. in* 12.

THEOPHILUS SERAPHINUS DE GRANDIS, ex inclyta S. Hieronymi Congregatione in Inſubria. Ea nempe die, qua in ea profeſſionem emiſit, una cum ſuo Genitore Joanne Baptiſta Viro, undequaque perſpicuo, & mihi ſumma neceſſitudine devincto, in magno Hoſpitaletti, ut ajunt, Ducali Aſceterio, præſens fui. Exacto tyrocinio probitate, & ſcientiarum omni genere exultus, decem & octo annis in ſuis ſcholis Theologiam Almæ Urbis publice docuit, in ſcholis S. Alexii; hinc gradatim inſigniores ſui Ordinis dignitates aſſenſus Abbas perpetuus Monaſterii S. Sigiſmundi Cremonæ extra muros deſignatur, nunc vero juremerito Abbas Generalis totius ſuæ celebris Congregationis reſidet in laudato Hoſpitaletti Aſceterio & in Feudali dignitate conſtitutus, ad perenne tum religionis, cum literarum incrementum, ac exemplo ſuis Monachis ſpeculum nitidiſſimum ſe portendit.

Novæ profecto non ſunt in hac Familia virtutes, & dignitates. *Creſcentius enim in Corona Nobilitatis Italiæ p. 2. lib. XI. pag. m.* 223. Joannem Matthæum memorat, ob ejus virtutes celeberrimo Medicorum Placentiæ Nobili Collegio adſcriptum.

Sigiſmundus J. C. ſuper cujus ſepulchro in primo Cœnobii S. Auguſtini Cremonæ peryſtilio legitur hoc Epitaphium, a me etiam relatum in meo Coll. Cauſidicorum ſyllabo pag. 40. *Nob. Sigiſmundus Grandus J. C. & Sorexinæ Prætor, ſibi ſuiſque hæredibus ſepulchrum hoc inſtauravit anno* 1613. Qua quidem ſepulchri inſcriptione exculcata, ſeu protrita tempore, quo Galli occuparunt Cœnobium prædictum, & idem peryſtilium effectum fuerit pro ſuis Ægrotantibus Noſocomium, hæc modo ſic legitur *Per Equitum Cataſractorum Vexilliferum Nob. D. Marcum Antonium Grandum reſtauratum. Anno* 1738.

Michael Angelus Ord. Prædicatorum S. T. M. cujus rariſſimæ ingenii, & animi dotes ſibi promeruerant incomparabile privilegium ab Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando II., nec non Valerio Michaelis Angeli Patrueli, creandi Marchiones, Comites, Equites, Doctores, Notarios ſibimetipſis beneviſos, quod Privilegium extare in Archivo Cœnobii S. Dominici in Patria, charta pergamena inſertum cum notis aureis, multis abhinc annis non ſemel inſpexi; Nec Mich. Ang. in ſuæ dexteritatis, & maxime in negotiis optime



Digitized by Google

definiendis argumentum, diploma honorificum ex totius Patriæ aſſenſu datum ei fuit die 30. Januarii 1626. ex quo nobilitatis qualitas, præter alias laudes deſumitur.

Addatur Virginia de Grandis Monialis in S Mariæ Pacis Patrio Monaſterio Ord. S. P. Franciſci, probitate inſignis anno 1605. ex hac terrena valle ad Cœli culmen, ut creditur evolata, non ſine Sanctimoniæ apud ſuas Conſodales opinione; Item

Julius itidem de Grandis Sacerdos Sæcularis doctrina, & humilitate, mea plane cognitione, percelebris, adeo ut Cleri Cremonenſis tam Urbis, quam Diœceſis ſpeculum appellari poſſet. Emicuit pariter, pluribus annis Eccleſiæ Plebis Guratæ in Cremonenſi Provincia unius ex inſignioribus, per Comitiſſam Methildem ibi inſtitutæ, reædificatis Parochialibus Ædibus, & in ampliorem, ac elegantiorem formam redactis, Temploque aucto, & multis decorato ornamentis, plenus meritis, ac ſenio confectus obdormivit in Domino anno 1726.

In eadem Archipresbyterali jam reſederat Dominicus de Grandis maximæ probitatis Sacerdos, prælaudati Julii Patruus, nunc vero eam detinet Thomas Nepos J. U. D.

Heic demum præ cæteris liceat memorare optimum J. C. Nob. Gaſparem Franciſcum Grandum Mantuæ integerrimum Senatorem, viventem ex hac Familia progerminatum, qui ex ſe dignoſcere facit; Utilius eſſe habere probatos magiſtratus, quam bonas leges.

Thomas Persichellus Vir Conſultiſſimus, ex Ampliſſimo Colleg. DD. Judicum Patriæ, in eo receptus anno 1629. humanioribus etiam literis incumbens, fuit ex noſtris Academicis Animoſis. Patriæ Orator apud Sereniſs. Card. Ferdinandum Auſtriacum Philippi III. Hiſpaniarum Monarchæ Filium, dum ipſe totius Status Mediolanenſis eſſet Moderator; ob inſignia merita a Philippo IV. anno 1654. Regius, ac Ducalis Mediolani Senator deligitur, exinde biennio rexit integerrime Ticinenſem Præturam. In Juriſprudentiæ diſciplina, atque legibus noſcendis ac interpretandis, ſcientia & uſu præclarus, permultas ſcripſit in Jure Conſultationes, quæ apud egregios J. Conſultos ſumme reputantur, quarum ego nonnullas in meis miſcellaneis legalibus poſſideo.

Laudatur a Joſepho Breſſiano in ſuo libro italice compoſito de J. Conſultis Collegiatis, nec non a diligentiſſimo Chronographo Joanne de Sitone de Scotia Amico meo clariſſimo a multis annis, in Syllabo Senatorum Mediolani præmiſſo, libro ſuo, cui tit. Theatrum Equeſtris Nobilitatis Secundæ Romæ, ſeu Chronicon Inſignis Collegii S. PP. Judicum, & Equitum, & Comitum inclytæ Civit. Mediolani, edito in fol. magno anno 1706., in quo pluries atque pluries meum obſcurum nomen apparet.

Sequens

Digitized by Google

Sequens Eulogium ſepulchrale legitur in Eccleſia Præpoſiturali SS. Nazarii, & Celſi Cremonæ in qua eſt tumulatus.

*D. O. M.*
*Thomæ Perſichello J. C. Com., & Equ.*
*Cremonenſi doctiſſimo Regio Senatori*
*Ticinenſi Legatione clariſſimo*
*Genere, Moribus, Literis Præſtantiſſimo*
*Terris erepto XXII. Julii A. S. MDCLXII.*
*Ætat. ſuæ LXIX.*
*Hercules J. C. Com. & Equ., ac Fratres,*
*Filii æternum hoc animi monumentum*
*P. P.*

Viget modo in Patria Marchio Antonius Perſichellus J. C. Coll. Comes, & Eques, prælibati Senatoris Thomæ Nepos, Advocatus Patriæ, nec non etiam Fiſci in Senatoria Curia quoad vixerit, Legum peritia conſpicuus, cui hujus libri Auctor, hoc brevi, in ſui obſequii pignus, litat elogium.

THOMAS STRADA, ſeu STRATA in arte Chirurgica peritiſſimus, qua multum profuit Patriæ ſuæ, adeo ut meruerit inter inſignes ſui temporis Viros laudari a Breſſiano in ſuo ſæpius repetito opere. *La Virtù Ravvivata* pag. 167. ſcripſit

*De remediis vulnerum, & alia, plura,* quæ penes Julium Cæſarem Thomæ Filium in eadem arte verſatum remanſerunt.

THOMAS DE SUMMIS Cler. Reg. Theatinus Domus S. Abundii Cremonæ Alumnus, profeſſus 9. Martii 1633. qui dicendi elegantia plurimum valuit, plura ſuæ intimæ venerationis erga B. V. M., ac religioſæ eruditionis monumenta reliquit

*Diſcorſi ſopra il Parto della Madonna,* & ſcilicet. *Il Mondo nuovo, e guerriero di Maria. Romæ 1656. ſecunda impreſſio ibidem anno 1667. in 8. per Ignatium de Lazaris.*

*Prediche ſopra gli Evangelj di tutto l'anno, prima, ſeconda, terza, e quarta Parte 1653. & Romæ anno 1685. in 4. typis Joſephi Vannacci prodierunt.*

*Prediche annuali. Prima parte, che incomincia dalla Domenica in Albis, e finiſce alla Domenica vigeſima quarta dopo la Pentecoſte. Romæ per Joſ. Vannacium 1685. in 4.*

*Prediche annuali. Seconda Parte, che incomincia dalla Domenica prima dell'Avvento, e finiſce alla Domenica della Quinquageſima.* Ibidem iiſdem typis, & anno. Prima, & ſecunda impreſſio, in tertia auctæ fuerunt Conciones.

*Le ſette Trombe, overo ſette Prediche per la pubblicazione delle ſovrane prerogative di Maria, nelle ſette Feſte principali della ſteſſa Vergine. Romæ per Vannaccium 1682. in 4.*



Digitized by Google

*L' Aſſiſtente agl' Infermi, e Moribondi, ſotto la protezione di S. Giuſeppe, iiſdem typis in 16.*

Libris, & ſacris pretioſis Supellectilibus ditavit Bibliothecam, & Eccleſiam S. Abundii.

P. Silos in Cathalogo Scrip. pag. 652.

Thomas, cognomento Turcus, ex inclyto Præd. Cætu, Philoſophiæ, ac Theologiæ conſcenſis, in primo ſuæ juventutis flore e ſui præclariſſimi Inſtituti exedris, & Patavina in Univerſitate publici Metaphyſicæ Profeſſoris munere ſumma cum laude functus, meritis pleniſſimus ad miniſterii generalis Apicem elatus anno 1644. & vere ſui excelſi Ordinis Pantocratorenus, tanti muneris dignus undequaque apparuit.

Ad decus ſuæ Patriæ Cœnobii ſolemnem profeſſionem curavit, ut emitteret Philippus Thomas Hovvardus de Norfolcia ex Angliæ Principibus Britanniæ Regi ſanguine junctus, exinde S. R. E. Cardinalis, qui antea S. Dominici Veſtem ſub Thomæ auſpiciis induerat. Pro inviſendis Galliæ Provinciis ſummo honore illuc excipitur, & Pariſiis publico in conſeſſu impugnavit, ac proſtravit naſcentem errorem de duplici capite Eccleſiæ Petro & Paulo a Chriſto Domino inſtituto. Pariter pro viſitandis Hiſpaniæ Regnis illuc peragrans uti Generalis Miniſter, ex Nobiliſſimis Magnatibus illius florentiſſimi Regni a Philippo Tertio Auſtriaco declaratur, ubique vero ingeniorum Phænix appellabatur; propterea quæ ſubdo, ſi de alio, quam de noſtro Thoma dicta eſſent, fabulæ cenſerentur; attamen ſunt certiſſima tantæ mentis prodigia. Cum adhuc inter Novitios Bononienſes degeret anno 1619. Theſes publicas Cæſenæ propugnandas ſuſcepit, Petro Cardinali Camporeo, Cremonenſi exinde Antiſtiti dicatas, in quibus non modo Philoſophiam univerſam, atque Metaphyſicam, nec non integram ferme S. Thomæ Summam Theologicam defendendam ſibi propoſuit, verum diſſidentium, atque ſibi invicem adverſantium Thomiſtarum placita conciliare niſus eſt, ac etiam problematione tueri, ſimulque in gratiam Academicorum ſequentia adjecit.

*Primo. Suſtinebo Jacobi Mazzonii Cæſenatenſis opinionem de Fine Poeticæ.*

*Secundo. Suſtinebo ejuſdem opinionem contra Julium Cæſarem Scaligerum, nullum ſcilicet genus Poematum poſſe deſcribi, niſi carminibus*

*Tertio. Suſtinebo ejuſdem opinionem contra D. Ptholomæum linguam italicam non eſſe capacem eorumdem carminum, quæ habet latina.*

*Quarto. Suſtinebo ejuſdem opinionem contra Triſſinum in materia de accomodatione carminum latinorum ad linguam Etruſcam.*

*Quinto. Qui negaverit Arioſti poema eſſe epicum; ego affirmabo, ſi quis affirmaverit ego negabo.*

*Sexto. Probabo Torquatum Taſſum cantu XVII. Goffredi Stanza XXIV. XXV.*

Digitized by Google

*XXV. erraſſe, tum quia cingulum tribuit Armidæ, tum quia debebat fingere cingulum illud non fuiſſe compoſitum ex riſu, & aliis, quæ ibi narrat, ſed illa in cingulo ficta, vel ſculpta fuiſſe [ut quaſi reſipiſcens] finxit in poemate, quod inſcribitur Geruſalemme Conquiſtata cantu XIII. Sta. XXVI. Si autem ab aliquo propter hæc impugnabitur, a me defendetur.* Harum Theſium exemplar extat in Bibliotheca S. Dominici Cremonæ, typis editum, non ſine admiratione multoties a nobis viſum. In eadem Bibliotheca proſtat etiam hoc opus mſſ. in folio magno inſcriptum.

*Reverendiſſimi P. F. Thomæ Turci. Cremonenſis Magiſtri Generalis Ord. Præd. Quæſtiones de principio humanorum Actuum, & de Gratia Dei.*

Quæ de famigeratiſſimo Viro Scientiarum omnium peritiſſimo, ac reconditi ingenii ſcribit P. Rovetta in Bibliotheca Chronologica Illuſtr. Virorum Provinciæ Lombardiæ ad annum 1649. ſubdere optimum duximus ipſiſmet verbis.

*In obitu hoc eodem anno 1649. Reverendiſſimi P. F. Thomæ Turci Cremon. Magiſtri Generalis totius Ord. Præd. in Alma Urbe cecidit Corona e capite Provinciæ Lombardiæ, dum in jactura tam eximii Viri, qui glorioſiſſimam in Literaria Paleſtra apud omnes nationes illam reddebat, Lombardiæ Provincia ſuum amiſit ſplendorem. Quamobrem perennis, atque immortalis apud Poſteros memoria æterna erit tam celeberrimi Viri, qui ob eximiam ſui doctrinam, in docendo claritatem, atque judicando, ſeu decidendo facundiam, non ſolum in Bononienſi ſtudio generali, quando ter S. Thomæ Aquin. Cathedram primum Theologalem rexit, ſed etiam eadem facundia SS. PP. atque Conciliorum auctoritatum copia in difficillimis tractatibus, atque materiis dividendo in Belgio, in Gallia, atque Hiſpania, ſic primarios Cathedraticos ſui doctrina attraxerit, ut ob admirationis exceſſum de eo dictum fuerit. Nunquam ſic locutus eſt Homo. Scripſit itaque ſapientiſſimus, atque facundiſſimus iſte Vir, ut ejus mſſ. per diverſas Provinciæ Lombardiæ partes vulgata teſtantur, juxta mentem S. Thomæ, atque Eminentiſſimi Cajetani.*

*De Sacra doctrina.*
*De Dei exiſtentia.*
*De Divina Viſione.*
*De Divinis Nominibus.*
*De Præſcientia Dei, atque divinæ Prædeſtinationis.*
*De Sanctiſſimo Trinitatis Myſterio.*
*De Angelis, eorumdem natura, ac dignitate.*
*De Vitiis, atque Virtutibus.*
*De Divina Gratia, atque divinis auxiliis.*
*De Ineffabilis Incarnationis Dominicæ Myſterio.*
*De Scientia Animæ Chriſti.*
*De Sacramentis Eccleſiæ.*
*De Cenſuris, atque*
*De Pœnitentia, ejuſque partibus, nec non opuſculum*
*De Conceptione.*

*Item Lecturas ſuper Metaphyſicam in Univerſitate Patavina, ab ipſo habitas; Ex Relationibus Lombardiæ, ſignanter in Cremonenſi Conventu, atque Bononienſi, ac Patavino habitis reſpective.*

In Literis memorabilibus Abb. Michaelis Juſtiniani, italico ſermone exaratis p. p. Romæ 1667. impreſſis habetur ejuſdem Turci.

*Lettera ſcritta alli Definitori della Lombardia ſopra il Martirio di F. Aleſſandro Baldrati da Lugo, ſeguita in Scio. Romæ 6. Maii 1645.*

Ex ſequenti Diplomate dignoſcat Lector quantus eſſet in meritis noſter Omniſcius Thomas.

*Don Gaſparo Alonſo Perez di Guſman il Buono, Duca della Città di Medina, Sidonia, Marcheſe, Conte &c.*

*LA Venerazione, con la quale onoriamo la Sacra Religione del Glorioſo S. Domenico Noſtro Signore, corriſponde all' obbligazione di riconoſcer il Ceppo di noſtra Caſa, illuſtrata con qualità tanto ſuperiore, ed eſſendo le cauſe di ponderarle tanto grandi, devono anco eſſer uguali a quelle, le dimoſtrazioni di farle notorie, e perchè in Noi in modo alcuno può mancare tale attenzione [eſſendo quella, che più ſpecialmente c' inclina a complire con ciò, che ci tocca, ed imitare i noſtri Maggiori, che con tanto guſto procurarono, che l' eſempio delle loro attenzioni foſſe perſuaſorio, a' loro Deſcendenti, a fine ugualmente ſtabiliſce ne' loro cuori l' amore, ed il riſpetto, con che ſi devono impiegare nel ſervizio del noſtro Santo, e della noſtra Sacrata Religione] deſideriamo per tanto non ſolo continuarlo, per la noſtra Perſona, Figlj, e Succeſſori nella noſtra Caſa, e Stati, ma ſino di farlo legge inviolabile ne' noſtri Vaſſalli: Quindi derivando a quelli l' onore, che riſulta a Noi altri di trovarſi tanto ſtrettamente uniti con queſta Sacrata Religione, e dipendenti del ſuo Capo, di ben eſſere perpetui Feudatarj in tutte l' occaſioni, che ſi offeriranno.*

*E non potendo aver niuna, come queſta, di trovarſi in queſti Regni di Spagna il Reverendiſsimo Signor, Fra Tommaſo Turco Generale della noſtra Sacrata Religione, nella quale San Domenico di Guſmano mio Signore perfettamente, e vivamente ſi rappreſenta, abbiamo avuto per bene di ſpacciare la preſente; Per la quale diamo a S. P. Reverendiſſima poteſtà, e facoltà in piena forma, come di diritto ſi richiede, ed è neceſſario a fine, che poſſa dare, diſtribuire, e diſponere a ſua volontà [come Protettore, e Signore aſſoluto de' noſtri Stati, e Signorie, e di quanto a Noi appartiene, e poſſa appartenere in qualſivoglia maniera] di tutti gli Uffizj de' Corrigidori, Alchaidi, Regidori, Aguazili, Maggiori Alchaidi delle Fortezze, Caſtelli, e Caſe forti, e piane, e di tutti gli altri Uffizj de' noſtri Stati, e Signorie, e quelli, che dimandaſſero perpetuare, poſſa il Reverendiſſimo Sig. Generale di S. Domenico di Guſmano mio Signore far la mercede di quegli Uffizj, come legge irevocabile, dandole, perpetuandole per Jus d' eredità, a chi eſſo più pare, e piace, che Noi per la preſente cediamo, e trapaſſiamo nella perſona*

*perſona di S. P. Reverendiſſima tutta la noſtra autorità, dominio, azione, e diritti, per far le dette mercedi, e grazie: Anzi vogliamo, che fatte per ſua P. Reverendiſſima tengano la medeſima forza, valor, ed efficacia, come ſe Noi medeſimi le faceſſimo &c.*

Plurima alia ſequuntur in Diplomate ad laudes, & omnimodam ampliationem, & translationem Dominii collati a Duce Methinnæ Sidoniæ in prælibatum P. Generalem, quæ ob nimiam prolixitatem omittuntur, emanati in Urbe Valiſoleti die 28. Januarii 1647. eoque magis cum ex integro excuſum legatur triplici idiomate, latino, hiſpano, & italico pag. 189. 335. & 342. in laborioſiſſimo opere, inſcripto. *De Guzmana Stirpe S. Dominici Fundatoris Familiæ Fratrum Prædicatorum, Hiſtorica Demonſtratio, ſub auſpiciis Sanctiſſimi D. Noſtri D. BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi, edita a Fr. Antonino Bremond S. T. M. Collegii Caſanatenſis Theologo, ejuſdem Ordinis Alumno. Romæ* 1740. *typis Hieronymi Mainardi in* 4.

Liber non illotis manibus tractandus, ex quo non tantum de memorato Diplomate, quam de antiquiſſima, & nobiliſſima Guzmana Progenie S. P. Dominici, ubi teſtimonia infallibilia ex notiſſimis Archivis, & authenticis monumentis fideliter excerpta, penitus evertunt futiliter prolata per Adverſantem ibi nominatum, ejuſque diſcipulum, ut undequaque repetenda ſint verba modeſtiſſimi P. Bermond in poſtremo paragraph. cap. XIII. pag. 158. Hæc ſunt ſplendidiſſima teſtimonia, quæ a ſeveriori, & effræni critica tuta prorſus eſſe, arbitrantur Viri graviſſimi, quorum judicio eo libentius ſubſcribo, quod tot illa Diplomata, hoc in capite relata, firmata videam Hiſpanæ gentis, & Univerſi Terrarum Orbis veteri, conſtanti, nec interrupta traditione: unanimi conſenſu Scriptorum, quorum numerus ingens, & auctoritas major eſt. Variis demum monumentis autographis, quæ non in uno, ſed in ſincerioribus Archivis authenticis aſſervantur &c.

THOMAS VIDONUS, SORESINA, Georgii Decurionis Patriæ F., Eccleſiaſticæ diſciplinæ addictus, Romæ etiam Adoleſcens verſatus apud Petrum S. R. E. Cardinalem Vidonum Avunculum (de quo egimus) omnium optimarum artium, & pietatis ſtudiis excultus, Utriuſque Signaturæ Referendarius cum primis, exinde Urbis Veteris Gubernator, poſtmodum Urbium Fabriani, & Firmi, & Inſulæ Melitenſis Inquiſitor anno 1687. uſque ad 1690. quibus muniis expeditis ab Innocentio XI. Sanctiſſimæ recordationis S. P. Archiepiſcopus Ediſſenus eligitur, & Nuncius in Etruriam mittitur, ab Innocentio XII. Cameræ Apoſtolicæ Clericus declaratur, mala, & frequenti diuturnaque preſſus ægritudine Romæ interiit anno 1708. ejuſque oſſa conduntur in Sacello Vidonæ Familiæ, erecto in Eccleſia S. Mariæ de Victoria nuncupata. In ultimis tabulis, cum quibus deceſſit, quantum religione, ac pietate præſti-



Digitized by Google

terit notum fuit, & præcipue legando inſigni Eccleſiæ B. V. a Fonte, quæ eſt prope Oppidum Caravagii, Diœceſis Cremonenſis, duodecim mille aureos, ut omni, qua decet elegantiori pompa perficeretur marmorea moles, jamdiu cæpta ſupra celeberrimum illum Fontem, tot prodigiis affluentem.

Præſul itidem pius pariter legavit duodecim mille aureos ad beneficium Vener. Congregationis S. Philippi Nerii Cremonæ inſtitutæ anno 1711., diſpoſito ſuæ mentis executore Epiſcopo Cremonæ, tunc exiſtente piiſſimo Carolo Octaviano Guaſco Alexandrino Patricio.

THOMAS AUGUSTINUS RICCHINIUS S. T. in Provincia Magiſter, Ordinis Prædicatorum, inter Arcades Fundatores Coloniæ Cremonenſis *Geſaltes Scandejus*, politioribus literis ab ipſa pueritia apprime deditus, pleraque exhibuit latinæ, atque italicæ Poeſeos ſpecimina. Adhuc Juvenis mature edidit.

*Oratorj per la Novena del Santiſſimo Natale, da cantarſi nella Chieſa di S. Maria della Roſa de' RR. PP. dell' Ordine de' Predicatori. Mediolani* 1715. ſunt numero novem.

* *L' Ombre ſvelate. Oratorio da cantarſi nella Chieſa Ducale di S. Maria delle Grazie &c. nella Feſta di S. Tommaſo d' Acquino. Mediolani typis Friderici Blanci in* 4.

* *L' Impegno delle Virtù Oratorio &c. per S. Tommaſo d' Acquino. Mediolani* 1718. *typis prædictis in* 4.

Anno vero 1724. edidit Cremonæ.

* *Epinicio per la ſolenne Profeſſione di Suor Maria Gioſeffa Tereſa Ricchini Cremoneſe nell' inſigne Moniſtero di S. Elena in Canneto l'anno* 1724. *in* 4.

Plures habuit tum Sacras, cum Academicas Orationes in variis Italiæ Urbibus, Literator. plauſu exceptas; unde omnium virtutum laude illuſtris reputatur. Philoſophiam, & Theologiam ad annos plures docuit, præſertim Bononiæ, ubi Moderatoris Baccalaurei munere honorifico in generali ſui Ordinis ſtudio functus eſt.

Benedicto XIII S. P. una cum Reverendiſs. P. Joſepho Ludovico Andujar nunc Epiſcopo Bobienſi in ſtudiis, & ſecretiore Bibliotheca fuit biennio, ante ejuſdem S. P. obitum, in quo a Sacro Cardinalium Collegio delectus fuit, ut ejuſdem Pontificis Orationem Funebrem in Vaticana Baſilica haberet, edita fuit ea Oratio, hoc titulo.

* *In Funere Benedicti XIII. Pont. Max. Oratio ad Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos S. R. E. Cardinales, habita in Vaticana Baſilica &c. IV. nonas Martii anno MDCCXXX. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ in* 4. *Item Ferrariæ eodem anno typis Pomatelli, nec non Auguſtæ Vindelicorum in Germania, & alibi.* Hæc Oratio memoratur a Joanne Baptiſta Pittonio Sacerd Veneto in fine Vitæ Benedicti XIII. S. P. quam Venetiis edidit in 4. 1730. item

* *In*

* *In Funere Victorii Amedei II. Sardiniæ, Hieruſalem, Cypri Regis &c. Oratio habita in Templo S. Dominici Cremonæ, X. Kalendas Januarii MDCCXXXII. Item*

* *L'Imitazione del P. S. Domenico propoſta alle Religioſe Clauſtrali del di lui Iſtituto &c. ſuppreſſo nomine Auctoris. Bononiæ* 1737. *in* 12. *typis D. Thomæ de Aquino.*

Prælo matura habet hæc opera.

*Venerabilis Monetæ Cremonenſis Ord. Præd. adverſus Catharos, & Valdenſes Libri quinque, quos ex Bononienſi Prædicatorum Bibliotheca nunc primum eruit, atque illuſtravit P. F. Thomas Auguſtinus Ricchinius S. T. M. ejuſdem Ordinis &c.*

De hoc Opere adornando ita ad me ſcripſit, dum eſſet Bononiæ, inter alia.

*Tu vero literarum incolumitati, & Patriæ ſplendori ſatis proſpicies, ſi quem olim meditaris Cremonæ Literatæ Tomum tertium, ut eſt in omnium deſiderio ad calcem perducas. Eſt illa quidem laus maxima, quam ex cæteris ſtudiis, ac lucubrationibus tuis jam in Rep. Literaria es conſecutus, ſed quæ ex ſingulari, ac præclariſſimo opere te manebit una erit, & princeps, qua æternitate commenderis.*

*Illud itaque unum, ut ſepoſitis amœnioribus ſtudiis, omni niſu, & contentione ſtrenue urgeas, auctor tibi ſum, atque hortator; nam & Patriæ, & tua ſimul res agitur; qui enim illuſtrium Scriptorum nomen ornare, reſtituere, ac perennare inſtituit, non eorum modo famæ, ac gloriæ militat, verum etiam ſuæ; ſed illiberaliter ago, atque importune, qui ad ea ſtimulos addo, ad quæ ſponte te inflammatum novi. Illud igitur unum a D. O. M. quanta poſſum animi contentione flagitare pergam, ut tibi ad Patriæ ſplendorem, literarumq; noſtrarum incrementum, vitam proroget, vires augeat, otium, tranquillitatemque largiatur.*

*De me porro, meiſque ſtudiis hæc habeto. Quod per ſucceſſivas horas ex quotidianis, operoſiſque Scholæ occupationibus otium decerpo, id totum confero in Monetæ noſtri Opus longe doctiſſimum adverſus Catharos, & Valdenſes e tenebris eruendum, illuſtrandumque diſſertationibus, ac notis eruditis; ſed luctandum eſt mihi cum vetuſtiſſimo exemplari Annorum, ut videtur quingentorum, tenuiſſimo caractere deſcripto, in quo inſolitæ dictionum conciſiones, unica ſyllaba, vel litera etiam totam dictionem ſubinde denotante ſententiam mire truncare videtur. Cui malo accedit, quod exoleſcentibus antiquitate literis, nunc ſyllabæ, nunc integræ voces obliteratæ ſint, adeo ut, quod in calvitiis, atque glabretis fieri ſolet, nudæ tantummodo areæ appareant. Mihi certe in literis, compendiiſque abbreviationum cognoſcendis multæ horæ pereant gravi ſane diſpendio neceſſe eſt; ſed minuit tamen improbum, moleſtumque laborem P. Thomas Salvi Cremonenſis noſter præclaræ indolis, atque optimi ingenii Juvenis, ſocius mihi, & partiarius in Codicis recenſione, qui graviſſimam eum deſcribendi ſarcinam in ſe tranſtulit, ac bonis adjuvantibus Superis, biennio, ut ſperare juvat diligentiſſime abſolvet.*

De

*De ejuſdem Monetæ origine legi apud Antonium Senenſem in Bibliotheca Ord. Præd.* Simonetæ *nomine a nonnullis eum laudari. Scire velim abs te, num ea apud noſtros Gens, & Familia extiterit ſæculo XIII. Num ejuſdem veſtigia, aut monumenta ulla reliqua ſint.*

*Cognomentum ne, an nomen ſi* Moneta *fuiſſe putas! quidquid in hanc rem, ut es Patriæ antiquitatum peritiſſimus, mihi communicaveris, æqui, bonique faciam, atque eruditioni tuæ acceptum referam, cum gratiarum actione &c.*

*De Cl. Baruffaldo nihil eſt, quod ad te ſcribam; Abeſt enim Bononia, & ſacris apud Centenſes ſuos impenſe operatur. Sex illius Comœdiæ exemplaria iſthuc mittam quamprimum, ut operis ſane elegantis, ac lepidi ſitim expleam, quam apud multos excitatam intelligo. Bertholdiniani operis Cantus, ſeu liber quintus ſub prælo eſt; ſed Typographus aliquando dormitat, ac ſtimulis eget, vel fortaſſe ſubſidiis. Ego vero jam ſatis prolixitate ſcribendi patientiæ tuæ periculum feci. Vale mi optime, atque eruditiſſime Ariſi, ac te diu ſoſpitem, atque incolumem Patriæ ac Literariæ Reip. D. O. M. ſervet. Homobonum Filium tuum, & Franciſcum Mariam Breſſianum Carenam, cæteroſque Sodales Arcades ſalvere jubeto nomine meo. Vale iterum, & ſalve a Macchiavello, Orelia, Cadolino, cæteriſque Cremonenſibus noſtris.*

*Dabam Bononiæ XI. Kal. Febr. MDCCXXXV.*

Item alia Opera mſſ. habet, ſcilicet

*Diatriba Theologica adverſus authorem Vindiciarum Ambroſii Catharini de Intentione Miniſtri in Sacramentis perficiendis.*

*Cronologia Sacra ab orbe condito ad noſtra uſque tempora per inſigniores Æras, atque epochas deducta.*

*Tractatus varii Theologici Dogmatici Variarum Orationum, & carminum Volumen.*

*De Theologiæ ſtudio recte inſtituendo Didaſcalia, cui accedit ſynopſis Artis Criticæ ad uſum Theologiæ accommodatæ.*

Vener. Monetæ enarratum Opus ſubjicere intendit Romanæ Typographiæ Mainardi, Junii menſe, proxime adveniente, ut me admonet ſua Epiſt. diei 22. Aprilis 1741.

Tempore, quo Prioris miniſterio in hoc Cœnobio fungebatur, anno præſertim 1739. novum Scalæ majoris ædificium a capite ad calcem egregie conſtructum, Patriæ admirationi adaperuit; in cujus quidem faſtigio patet magnificus aditus ad Bibliothecam a me pluries laudatam.

Anno 1740. a Reverendiſſimo P. Generali Thoma Ripoll Romam accitus, pro Italiæ ſui Ordinis Provinciis Socius, ſeu Aſſiſtens Generalis delectus eſt. Anno vero ſequenti, etiam inſignis Collegii Caſannatenſis de Urbe Theologus inſtitutus, utrumque munus, dum hæc ſcribo, ibidem exercet.

Quantum me Vir doctiſſimus, & luculentiſſimus Scriptor proſequatur amore, Lector conjicere potes ab Hendecaſyllabo, poſito

in

Digitized by Google

in hoc Volum. poſt Epiſt. ad Lectorem, ſub nomine *Geſaltis Scandei* P. A. Cremonenſis Coloniæ.

Thomas Maria Botta, Cler. Reg. S. Pauli Barnabita, Vir pietate, & eruditione inſignis, qui me non modica benevolentia honorabat, & qui jugiter ſtudiis addictos, hoc carmen dicere ſolebat

*Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit.*

plura edidit opera, præcipue verò, quæ mihi dono dedit.

* *Filoſofia Sacra Morale, predicata da Criſto in parabole, eſpoſta in Lezioni: opera utiliſſima ad ogni ſtato di perſone, così Eccleſiaſtiche, come Secolari, in cui ſi danno precetti per viver vita civile tra gli Uomini, e divota a Dio. Papiæ* 1698. *in fol. per Ludovicum Bartanolum, & Rinaldum Mezzettum.*

* *Tomo ſecondo. Ibidem* 1699. *in fol.*

* *Trattenimenti eruditi Morali. Mediolani* 1701. *in* 4.

* *Scuola del Savio aperta &c. A chi è deſioſo viver da Uomo, e da Savio. Parte prima. Papiæ* 1704. *in* 4. *per Hæredes Car. Franciſci Magri.*

* *Parte ſeconda. Ibidem in* 4.

* *Adamo nel Paradiſo Terreſtre, e Mosè co' ſuoi prodigj moralizzati. Opera compoſta di varia erudizione etnica, e ſacra. Papiæ* 1709. *in* 4. *per Petrum Antonium Magrum.*

* *I Trionfi di Davide, riportati da ſuoi Nemici, Golia, Saule, Semei, Aſſalone, ed altri, moralizzati &c. Opera teſſuta di Sacre Scritture, di erudizioni, d' Iſtorie ſacre, e profane, in grazia di Perſone erudite Accademiche, Politiche, tutt' in acconcio ad iſtruire Cavalieri, Dame, Religioſi, e Perſone d' alto Spirito. Cremonæ per Petrum Ricchinum* 1713. *in* 4. Ex mſſ. habebat

*Tutti gli Eroi della Sacra Scrittura moralizzati.*

*La Storia di Sanſone, e di Salomone,*

P. Botta exceſſit e vivis menſe Octobris 1728. ſub veſperam in Patriæ Collegio SS. Vincentii, & Pauli.

Ex prænunciato libri titulo, ſcilicet *l'Adamo*, cum viderim paucis abhinc menſibus laborioſiſſimum Poema Philoſophicum Thomæ Campaillæ Patricii Motucani Siculi, Meſſanæ prima vice vulgatum ex Reg. Typographia anno 1728. & Romæ 1737. per Ant. Roſſi, inſcriptum *l' Adamo, overo il Mondo Creato*, nil aliud dicere audeo, quam, quod illius Creator ſit

*Vates ſublimis nimium, nimiumque profundus.*

Huic addo alium Codicem ingentem nuncupatum *Della Fabbrica del Mondo libri dieci, ne' quali ſi contengono le voci di Dante, del Petrarca, e del Boccaccio, e d' altri buoni Autori moderni, le quali ſi poſſono ſcrivendo eſprimere tutti i concetti dell' Uomo di qualunque coſa creata &c.* cujus eſt Scriptor Franciſcus Alunnus Ferrarienſis, quem eruditus Ferrans Borſettus in Hiſt. Gymnaſii Ferrarienſis part. 2. appellat Negri, dictum

dictum Alumnum. In tam magno Ædificio imperitus Architectus Alumnus emerſit; plura enim, atque plura ad bene ædificandum, & componendum Orbem deficiunt; perlegatur Codex, ubi de Urbibus tractat, ibi recenſet multas Urbiculas, & omittit nonnullas conſpicuas, ſignanter vero Cremonam, propterea ſatius duxit Thomas Porcacchius in editione Veneta anni 1588. per Jo: Bapt. Uſcium, ampliare Fabricam Mundi, adeo imperfectam, in qua tot Civitates non apparent, cum hac inſcriptione. *Vocabolario nuovo ſopra molte voci, che per avanti nella Fabbrica erano grandemente deſiderate.* Mea ſententia confirmatur a Diomede Borgheſio Senenſi in ſuis Epiſtolis reimpreſſis, quas dono habui a notiſſimo Poeta Hieronymo Giglio, in Epiſt. 2. partis 2. in qua ſcribit præ cæteris. *La Fabbrica dell' Alunno è piena di notabili difetti &c.*

Item Creſcimbenius in Comment. Hiſt. Vulgaris Poeſeos lib. 2. n. 22. ubi Alunnus allegatur ab aliquibus uti Poeta, ſubdit ipſe; *noi non abbiamo veduto alcuna ſua Poesìa*, ſubinde, *ma la ſua Fabbrica del Mondo non finì di ſoddisfare il genio critico di Aleſſandro Taſſoni, come apparisce dalle conſiderazioni di lui ſopra il Petrarca &c.*

Rurſus in libris tot Scriptorum, qui de recta, & proba linguæ Italicæ, & Etruſcæ elocutione pertractant, Alunnum, qui tam lato ore ſe jactat in libri ſui titulo, raro atque raro nominatum comperio; prout redactus eſt in paupertatem alter ex ſuis libris. *Le ricchezze della lingua volgare ſopra il Boccaccio &c.* cui convenit (parcat Lector) illud Davidicum *Pſal. 61. divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*

Thomas Maria Manaria Ord. Prædicatorum meus in ſcholis minoribus S. J. condiſcipulus, qui videbatur invita minerva natus, verum effectus Religioſus, ita ſtuduit, ut S. T. M. altiores ſui Ordinis cathedras occupaverit; hinc anno 1701. Regens deputatus Studii generalis in magno Bononiæ Cœnobio, & poſtmodum Prior anno 1707., ubi prima die Novembris eum inviſi, illuc pertranſiens, redeundo e Sacra Domo Lauretana ad Patriam. Typis ejuſdem Urbis anno 1695. expoſuerat in 12.

* *Breve Racconto della Vita delle due Eroine Domenicane, Giovanna Principeſſa di Portogallo, ed Oſana Andreaſi Mantovana.*

Obiit Genuæ Menſe Julio 1709. Recenſetur in Catalogo Regentium Bononiæ excuſo 1731.

Truſſus de Truſſis ex illuſtri Caſtrileonis Cremonenſis Oppido, cui non ſatis fuit Juris ſcientiam adipiſci, niſi reliquas artes peragraret, & totam, ut ſic dixerim earum cognationem amplecteretur, hinc ex doctiſſimo J. C. & Advocato ſpectatiſſimo Mediolani anno 1607. ad Senatoriam dignitatem evehitur, in qua eluxit maximum ſuæ ætatis ornamentum, ac eloquentiæ, gravitatis & ſapientiæ oraculum. Anno 1621. deceſſit, relicto ſuis eximiis

virtu-

Digitized by Google

virtutibus exemplo poſteritati, humatus in Æde, dicata B. V. M. de Miſericordia ejuſdem Oppidi.

Laudatur ab Horatio Lando in ſuo Senatus Mediol. lib. *6.* pag. 212. ſub anno 1607. at late a Clemente Flammeno in ſua Hiſt. Caſtrileonis, qui refert ſuum Epitaphium. Ego itidem in ſerie Senatorum Cremonenſium &c.

VENCESLAUS DE CALVIS, Academicus Inunitus in Patria, cultu Sacerdos, nec non Italicis Muſis apprime deditus, multa ſcripſit carmina, paſſim mihi Adoleſcenti directa, dum Bononiæ Legali ſtudio operam dabam, ex editis habetur tantum.

* *La Spoſa Vergine. Oratorio per la Feſta di S. Cecilia. Cremonæ per Laurentium Ferrarium* 1678. *in* 4. Hæc carmina ſcripſit, ut complaceret Muſicis Patriæ.

VICTORIUS RONCALIUS Profeſſus in Congregatione Clericorum S. Pauli, Vir non mediocri laude pietatis, & probitatis dignus; Genuæ prælis anno 1660. in 8. dedit

*Sacro Pellegrinaggio al Monte Santo per adorare il Volto Santiſſimo del Salvator del Mondo.*

Ex Indice Scriptorum Cler. Reg. S. Pauli anni 1735.

VIGILANTIUM ACADEMIA, jamdiu erecta, in Gymnaſio Rhetorum Cremonæ in perinſigni Societatis Jeſu Collegio, cujus Academici plures ediderunt promptiſſimi eorum ingenii partus, præſertim vero anno 1724. ex typis Ricchini.

* *Xenia Poetica eloquentiſſimo, diſertiſſimo Oratori P. Marco Sylverio Sbatti S. J. ex ipſius Orationibus deſumptos floſculos reddebat, & donabat Vigilantium Academia Cremonæ.*

P. Sbattus fuit verbi Dei Preco tempore Quadrageſimali illius anni 1724. in Cathedrali.

Academici Muſagetes, ſeu Muſarum ductores fuerunt Cremonæ, ut ex libro inſcripto. *Panegirici, e Ragionamenti Accademici del Co. D. Emanuel Teſauro &c. parte terza. Venetiis* 1676. in quarto ſermone, cui tit. *La Gigantomachia*, ubi in Indice pag. 397. legitur, *Diſcorſo Accademico, fatto nella nobiliſſima Accademia de' Muſageti di Cremona.*

Verum Teſaurus, ut credo, ex laudibus ibi Herculi attributis, vocat Muſagetes Academicos Animoſos Cremonæ, quorum mentionem late fecimus in II. Tomo pag. 258. & ſeq.

Redeo ad Vigilantes; ne ſumatur vocabulum hoc Vigilans, ceu antelucanus, ut de Demoſthene, incomparabili inter Græcos Oratores, ſcribit M. T. Cicero *lib.* 4. *Tuſcul. cap. XIX. Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ, qui dolere ſe ajebat, ſi quando Opificum antelucana victus eſſet induſtria.* Vocabulum Vigilantia ſonat idem, ut induſtria, celeritas, facultas, circumſpectio, diligentia, & indefatigatorum ſtudium, quod cum vigiliis conjunctum eſt. Ex eodem *M. T. ad Atticum ep.* 3.

Cum

Cum de Academiis injectus fuerit ſermo, reliquum eſt nonnulla ſubjungere, quæ non parum eruditis, ac doctis conſeſſibus apud ineptos detrhaunt. Academia nempe, ut multorum opinionem non aſſequar, Ego dicam, ab Academio Heroe, ac eximio Oratore inventa, de quo Diogenes Laertius de vita, & moribus Philoſophorum lib. 3. ubi etiam de Platonis ſecta, ſeu diſcipulis inibi adnumeratis, Philoſophis peregregiis, Academicis vocatis ab illa Academia, ejuſdem Oratoris, qui locus erat nemoroſus ab Athenis mille paſſibus diſtans, in quam Philoſophi conveniebant, ut invicem diſceptarent; prout ſucceſſivis temporibus Literatorum Cœtus, hoc honorifico Academicorum nomine, licet ſub diverſis aliis peculiaribus agnominibus, ſive Urbium, ubi erectæ Academiæ, ſive Literatorum arbitrio appellati fuere, & adhuc exiſtunt, ut indicant plerique Auctores de Academiis ſcribentes, & præſertim de illis Italiæ Joſeph Malateſta Garuffius Ariminenſis. Legatur itidem Menckenius de Charlataneria eruditorum. Adderem alios, & præ cæteris Famianum Stradam S. J. in ſuis Proluſionibus Academicis, niſi *ſub titulo Momi lib. 3. proluſ.* 1. nobiliſſimam, & undequaque clariſſimam Cruſcantum Academiam, ex qua Furfurarios Academicos per modum joci eos detrectando, novo vocabulo appellaret.

Verum hoc florente ſæculo Academici nomen uſurpatur a multis etiam analphabetis, a Cantantibus ſcilicet, noctu diuque, modo huc modo illuc verſantibus (prætereo fœminas cantilenoſas in ſimilibus Academiis primo loco ſedentes, ſequuntur Hiſtriones, aliique Comædi Bacchanaliorum, iis fere accedunt Circumforanei, & Nugatores, pro ut in ſuis Theatris Cithariſtæ, Saltatores, Ludiones, atque Laniſtæ ſe jactant Academicos; nil mirum ſi quoque Mancipites Publicani, Campſores, Exactores & ſimiles populorum expilatores, ac Urbium everſores eorum tabernas, Studia, ſeu ludos literarios, & pluſquam Academias denominant. Si veritati adhæreo, deprecor ne aliquis mea verba in crimen vocet; In hac enim Sententiam me amor impulit Literarum; ſcribebat Seneca ad ſuum Lucilium ep. quinquageſ. Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ poteſt vivere; unde ſic verto, non ego literatus ſum, ſed nemo aliter honeſtius, quam in veris Academiis poteſt vivere.

Vincentius Conti, ſeu de Comitibus, licet Bergomenſis appelletur; notiſſimum plane eſt ipſum originem duxiſſe a Burgo Brignani, Diœceſis Cremonenſis, ubi degit Jo: Baptiſta de Comitibus ejus Frater Egr. Medicinæ, & Philoſophiæ Doctor, S. Officii Cremonæ Librorum ex Cenſoribus. Vincentius, inquam, Seraphici Ord. Min. Conventualium Alumnus eximius, in omnibus ſui inclyti Inſtituti officii maxime præſtans, ſingularis ingenii acrimonia, ac prudentiæ & vigilantiæ Vir providus, Artium æque & S. T. M. Mediolanenſem ſui Ord. Provinciam Miniſter triennio adminiſtravit.

Digitized by Google

vit. Anno 1714. fuit ei concreditum Fidei Criterium Senenſe multas complectens Diœceſes, quod ita gubernavit, ut digne meruerit ad Florentinum anno 1716. promoveri; cui præfuit annis quindecim, Magnis Etruriæ Ducibus acceptus, & eo tempore valde charus Sereniſſimo Principi Eugenio de Sabaudia Hæroi hujus ſæculi famigeratiſſimo. Anno 1731. die 11. Maii in ſui præclariſſimi Ordinis Comitiis Generalibus ſupremum adſumitur miniſterium, in quo munere confirmatur ſubſequenti ſexennio a Clemente XII. S. P. anno 1737. qui ſumma benevolentia Vincentium prædiligebat; quinimmo Supremæ Congregationi S. Officii ipſum elegit in Conſultorem, & in Sapientiæ Romano Atheneo S. T. Præceptorem. Demum poſt tot inimitabiles labores ictu apoplexiæ jaculatus, vires paulatim amiſit adverſa valetudine interceptus, naturæ Deoque conceſſit die 2. Martii 1740. Romæ, ubi funeratus eſt, relicta poſt ſe honeſtiſſima doctrinæ, & probitatis fama.

Nequeo heic reticere tanti Viri erga me humanitatem, cui nihil erat antiquius, quam de omnibus, qui cum eo aliquam neceſſitudinem inierant promereri; ſponte enim cum ejus Epiſt. ad me iteratæ Filiationis, ut ajunt, Seraphico Ordini addictis Diploma tranſmiſit, datum Venetiis IV. Kal. Octobris 1734, dixi, iteratæ Filiationis, de ea etenim Familia mea gloriabatur ab anno 1467. conceſſa ab altero Miniſtro totius Ordinis Generali, qui fuerat Franciſcus de Ruere de Savona, poſtmodum Summus Pontifex Sixti IV. nomine, ut videre eſt in I. Tomo Cremon. Liter. pag. 239.

Nolo hoc loco pariter omittere ad Patriæ laudem, hujuſque Seraphici Ordinis, & Cremonenſis Cœnobii alium Virum inſignem, mei amantiſſimum, qui fuit

Carolus Antonius Panni, ex eodem clariſſimo Ord. Min. Conv. qui ſuos annos in literariis ſtudiis ſemper exegit, inde S. T. M. & Evangelicæ veritatis inſignis Concionator. Adriæ reſidens Rhodigii illius S. Officii Inquiſitor deputatur anno 1712. uſque ad annum 1716., quo longa ægritudine circumventus ob aeris inclementiam, ut ipſe aſſerebat, reverſus in Patriam, quadragenarius circiter die 5. Januarii 1722. Cœleſtem, ut creditur, adivit, ſepultus hic in ſua Eccleſia.

Vincentius a Cremona Sacerdos, & Concionator ex Capucinorum venerabili Cœtu, edidit

*Apparati, e felici Succeſſi della Incoronazione della Regina de' Cieli del Santiſſimo Roſario di Caſtelleone. Iſtorico racconto, nel quale ſi ha un ſaggio Eroe tra Fondatori di quel Caſtello. Cremæ 1646. per Manſubrinum Tagliacarne.*

Vincentius Donesana Seraphicæ Familiæ Minorum de Obſervantia Sacerdos, ex Oppido inſigni Caravagii, ſeu Carracæ, ut exhibet novum Lexicon Geographicum P. Ferrarii, in Inſubrum;

&

& Cænomanorum confinio, Diœceſis Cremonæ, ſcripſit

*Compendium Virorum illuſtrium Caravagienſium in arte Pictoria, atque Sculptoria excellentium.* Item

*De memorato Oppido, ubi Franciſcus Sfortia Marchio, & Mediolani Dux, Venetos ingenti ſtrage proſtravit.*

Memoratur Vincentius a Deſiderio Fratre meo multoties allegato in ſua Academia Pictorum, & Architectorum, ubi de præclaro Pictore Polydoro Caldara, & Gratiadeo Prata Architecto ejuſdem Oppidi.

Ad cumulum cujus Oppidi laudum acceſſit, quod Deipara Virgo, jam inde ab anno 1422. Solum illud feliciſſimum inviſere dignata eſt: ubi fixit Cœli Regina pedes emerſit illico Medicus Fons ad morbos omnes depellendos, uti Chriſtianus Orbis toties teſtatur; ornatiſſimo Templo inibi erecto frequenti populorum concurſu celebrato.

Non eſt omittendum diſtichon, quod in veſtibulo Fontis exhibetur, pluries a me lectum.

*Adſuit hic Virgo, fixit veſtigia plantæ,*
*Letitiâque gemens, Fonte rigatur humus.*

In hoc enim Oppido inclytæ Stirpis Sfortiadum antiquo Feudo ortum habuit Jo: Franciſcus Straparola, cujus liber ſæpe editus, circumfertur italice hoc programmate.

*Le tredici piacevoliſſime Notti, overo favole, ed enimmi.* Liber vetitus a Sacra Indicis Congregatione, & jure quidem merito, cum obſcenitates ſordidas contineat moribus plerumque obnoxias, & pluribi vulgatas; optime quippe animadvertit Poſſevinus S. J. de cultura ingeniorum cap. 52. quod expediens eſſet homines potius naſci mutos, & rationis expertes, quam in propriam, & aliorum perniciem divinæ providentiæ dona convertere; imo ante eum fuiſſe ejuſdem ſententiæ M. F. Quintilianum, licet gentilem, ipſemet Poſſevinus confirmat. Tales quippe Scriptores Anteſignani Boccaccii jurati Aſſeclæ, & ſimiæ ſunt cum ſuis attramentis, venenis quibuſcunque nocentiores; perinde caveant omnes, Adoleſcentes præcipue a ſimilium librorum oblectamentis, tum in legendo, cum audiendo; nam per aures etiam venenum infunditur.

Vincentius alter a Caravagio, Sacerdos Capucinus eruditione, & religione excellens, cujus piiſſimus liber prodiit Brixiæ 1600. apud Petrum Mariam Marchettum cum hac Epigraphe.

*Speculum Perfectionis, primum quidem Germanice editum, deinde vero ab Antonio Hementio D. Auguſt. Can. Reg. latinitate donatum, ac ſeptem Meditationibus ad ſingulas Hebdomadæ dies auctum. Nunc autem, poſtrema hac editione totum ſimul opuſculum iſtud multis in locis correctum, atque illuſtratum. 1. ad Corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Ex

Digitized by Google

Ex titulo laudati libri mihi liceat memorare Speculum Humanæ Vitæ Rhoderici Zamorenſis, quod affinitatem habet cum prælibato Speculo; continet enim quid proſperi, & adverſi quiſque hominum ſtatus, dignitas, & officium, & quid utilitatis, & vanitatis unaquæque ſcientia, & ars contineat, quis ſpeculari facile poſſit. Eoque magis cum is Auctor fuerit amiciſſimus noſtri Platinæ, ut fatetur in ſuo opuſculo, ſive dialogo de falſo, & vero bono, cum ipſe in libertate poſitus ex carceratione, aliiſque pœnis paſſis in Pontificatu Pauli II. *Tunc ſic mecum locutus eſt, mei conſolandi cauſa Rhodericus Calagoritanus Ep. Arcis Romæ Præfectus, vir certe bonus, & doctus: in illa noſtra prima calamitate, quæ profecto ſecundæ cauſa fuit; imbecillium namque animorum eſt, eos ſemper velle proſequi, & maleficio opprimere ne ad vindictam reſpirent, quos inſigni aliqua injuria, & calamitate affecere.* Introducitur etiam Rhodericus in dialogo libri primi, pro ut aliquid innuimus in I. Tomo pag. 315.

VINCENTIUS GALLUS, Sacerdos inter Cler. Reg. Barnabitas S. Pauli, humaniorum literarum Magiſter in Collegio S. Alexandri Mediolani, non mediocri doctrina præditus, ac magna in Auctoribus ſecernendis peritia; typis mandavit.

* *De Grammatica Inſtitutione libri tres, in hac ſecunda editione recogniti, & aucti. Mediolani 1610. ſumptibus Jacobi Curti in 12.*

*De eadem ad brevitatem redacta ibi 1632.*

*De elocutione Oratoria. Liber ex optimis Rethoribus collectus, & ad ornandam, atque augendam orationem apprime accomodatus, cum uno facili artificio componendæ cujuſque Orationis, ſive Concionis. Mediolani 1618. apud Jo: Jac. Comum: opus editum ab Antonio Pedratto.*

* *Artificium in M. Tullii Orationibus pro Archia Poeta, pro Lege Manilia, pro Marco Marcello, ad Quirites poſt reditum, per omnium partium analyſim, perque locos argumentorum, & elocutionis ornamenta explicatum. Mediolani apud Jo: Jac. Comum 1624.*

Noſter Gallus ſciebat perelegans Fabii Quintiliani effatum. *Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placet.* Simili plane argumento editæ fuerunt quarta vice Jenæ anno 1708. apud Jo: Fab. Bielek. Cic. nobiliſſimæ orationes, rethorico artificio, & philologicis adnotationibus in 8. mirum plane eſt! M. T. C. Orationes, & Epiſt. pueris in ſcholis explicari, quum Viris prudentibus ſatius convenire videantur.

* *De Lyrico Poemate Syntagma Selectarum Odarum Q. Horatii Flacci, artificiis in duos libros diviſis, & opuſculo de Epigrammate. Mediolani apud Jo: Bapt. Cerrum 1626.*

* *Selectarum Odarum Q. Horatii Flacci libri duo, cum artificioſa explicatione. Mediol. ex typographia Palatina Jo: Baptiſtæ Malateſtæ 1626.*

* *Sexti Aurelii Propertii, Selectarum Elegiarum libri duo, Albii Tibulli liber unus, ejuſdem Panegyricus cum artificiis, & enarratione. Mediolani ex Typographia Ambroſiana 1630.*



Digitized by Google

* *Rethor, præcepta, & artificia continens ad quodlibet Orationis, & Concionis genus conſcribendum plicadumque. Inſertæ item ſunt Orationes, & earum partes ſuo quæque, multipliciaque paſſim artificia, per quæ Candidatus eloquentiæ manu quaſi ducitur ad benedicendi facultatem aſſequendam.*

*Id opus fuit editum a P. Haymone Corio, ejuſdem Congregationis hoc titulo. Rethorices Vincentii Galli Cremonenſis. Mediol. apud Impreſſores Archiep.* 1635.

*De epiſtolis conſcribendis liber cum exemplis epiſtolarum Cec. Plin. Junioris, & Concionum Livii, adjectis artificiis, quibus tam Orationes, quam Epiſtolæ in quolibet cauſarum genere confici poſſunt.*

*Compendium Rethoris in gratiam Tyronum editum.*

*De Epigrammate, Oda, Elegia opuſculum quarta editio. Mediolani* 1632.

Laudatur ab Abbate Picinello in ſuo Atheneo Liter. Mediolan. pag. 192., quinimo ſe gloriatur tanti Viri diſcipulum; item

A Jacobo Vectiano Regienſi in ſuis Carminibus, uno Epigramate, pag. 78. & in Syllogé Scriptorum ſuæ Congregationis.

Xaverius Maltraversius, Joannis Baptiſtæ J. C., & Cauſ. Colleg. F. ex inſigni Oppido Caſalis Majoris, & ex antiqua Familia Cremonæ vero Adoleſcentiæ annis peractis in ſtudiis bonarum artium, demum in Ticinenſi Gymnaſio Laurea Juriſprudentiæ ſuſcepta, Cauſarum Collegiatus Patronus die 24. Januarii 1708. eligitur, ac inter præſtantiores non ſecundam ſedem obtinuit; non erat ex illis, nec in hac Patria ſunt, quos per jocum objurgat Janus Douſa junior in Spicilegio Petronii Arbitri, allegando Lucillum, dicentem, quod Cerberus erat Forenſis Cauſidicus; *hinc Tertull. de pallio* ajebat, *plura non conturbo, non elatro cauſſas*. Præter Juridicas Allegationes, ex ſui ingenii monumentis habemus præcipue

Orationem

quam recitavit in Aula Prætorii, Auditoribus plena, ſic inſcripta.

*Sedentibus pro prima vice in publico Auditorio, habito die Lunæ XIII menſis Decembris* 1724. *coram Illuſtriſſimo D. Reg. Duc. Senatore, & J. C. Coll. Mediolani, Cremonæ Prætore Don Petro Ant. Calco Spectabilibus DD. J. C. Cauſ. Colleg. Franciſco Maria Breſſiano Carena, & Homobono Xaverio Ariſio, Almo Coll. Spect. DD. Cauſ. Albo noviſſime adſcriptis.*

Dies ſuos clauſit extremos poſt diuturnam oculorum ægritudinem anno 1735.

Cum de Oppido Caſalis Majoris inducta fuerit mentio, & forte repererim in carminibus Jacobi Vectiani Poetæ Regienſis Genuæ impreſſis 1644. pag. 80. ſequens Epigramma de Tumulo Azonis Porci famigeratiſſimi ejuſdem Oppidi Legum Periti, de quo late ſcripſi in I. Tomo Crem. Liter. pag. 89. lubet heic illud apponere loco Appendicis.

*De Azonis Porci eximii J. C. non eximio tumulo humi ſponte collapſo ad Viatorem*

*Azoni*

*Azoni hæc magno, tenui quæ ſtructa labore*
*Parva fuit moles, tempore victa ruit.*
*Fallere edax illi nocuit nil tempus, humi nec*
*Turpi exeſa ſitu, nunc tumulata jacet.*
*Sponte ſua tellus modico ſub pondere ceſſit,*
*Et ſaxum haud ingens maluit eſſe nihil.*
*Ne mirere hoſpes: toto dum ſpargitur orbe*
*Nomen: id exiguis quid det habere notis?*

ZACCARIAS DE MORIS, Sacerdos Ord. Min. Obſerv. Concionator Evangelicus, & pluries Cœnobiarcha in Sacro Cœtu S. Angeli Cremonæ, ac Definitor in ſua Provincia Bononienſi, evulgavit

* *Compendio della Vita, e Miracoli di S. Pietro d'Alcantara Min. Oſſerv. di S. Franceſco, Canonizzato dalla Santità di N. S. Papa Clemente IX. l'anno 1669. Cremonæ per Jo: Petrum Zannium in* 12. occaſione, qua in Æde S. Angeli ſolemnioribus pompis celebratum fuit Feſtum in honorem S. Petri &c. item

* *Breve Compendio della Vita, Morte, e Miracoli di S. Gio: di Capiſtrano, Min. Oſſerv. di S. Franceſco.* Bononiæ, & Parmæ per Albertum Pazzonum, & Paulum Monti 1691. in 8.

Habebat, & aliud opuſculum mſſ. typis tradendum, quod vidi in Bibliotheca S. Angeli, inſcriptum hoc lemmate

Dulce eſt bene vivere, ſed dulcius bene mori.

*Delli ſette Dolori più ſenſibili del Glorioſiſſimo S. Patriarca Giuſeppe, da leggere agl' Infermi in pericolo di morte.*

Et ſic ad laudem Sanctiſſimi Joſeph pro Coronide Tertii Tomi, hunc meum Hymnum rhytmicum eidem Patriarchæ Adoratiſſimo dicatum, humiliter ſubmitto.

SAlve JOSEPH, ſalve Lilium,
David Germen prædilectum,
Decus virens, & perfectum,
Tum Fabrorum, cum Nobilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Quod ornavit dignitate,
Decoravit poteſtate
Summæ Triadis Concilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Cujus Nomen Angelorum
Laudant Chori, & Infernorum
Timent agmina horribilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Puritatis in candore,
Suavitatis in odore,
Flos Juſtorum, Flos Humilium.



Digitized by Google

Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Roſæ Virgini aſſociatum,
Incorruptum, illibatum,
Abſque labe ſenſibilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Inter Spinas præ mœſtitia,
Inter Flores præ lœtitia,
Operator mirabilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Incarnati Verbi Rector,
Pater, Tutor, & Protector,
Contra Dæmones auxilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Boni, & Recti Conſervator,
Indeficiens diſpenſator
Rerum omnium Mundo utilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Clarum Speculum patientiæ,
Vera Imago obedientiæ,
Charitatis Domicilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Eſto in hac terreſtri valle,
In obſcuro, & dubio calle
Mea Lux, meum conſilium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Corde ſupplici Te exoro,
Cum tua Sponſa, quam adoro,
Ut adorem Jeſum Filium.
Salve Joſeph, ſalve Lilium,
Abſolutio Pœnitentium,
Conſolatio Morientium
Tene me poſt hoc exilium.
Salve &c.

Digitized by Google

# APPENDIX PRIMA

ALPHABETICO ORDINE DISPOSITA,

PRÆTER TRES ADDENDAS

PRIMO, SECUNDO, ET TERTIO

TOMO

JAM EDITIS.

Digitized by Google

*Non refert breviter, vel prolixe,*
*dum Veritas exprimatur.*

Perbonus Oviliarum
lib. XIV.

Digitized by Google

ALEXANDER ARISIUS, ex Auctoris Majoribus J. U. D. Joannis Pauli utique Juris Conſultiſſimi, quorum in II. Tomo verba feci, & præcipue de hoc Alexandro pag. 225., verum a me omiſſum fuit, ipſum floruiſſe inter Auditores Civiles in Rep. præclariſſima Januenſi, ut habetur ex ſuo ultimo elogio, inibi confecto die 24. Septembris 1591. cujus initium eſt poſt nonnulla. *Idcirco prædicta conſiderans M. Magnificus Alexander Ariſius Nob. Caſalis Majoris fil. qu. D. Jo: Pauli J. U. D.* (hic fuit Prætor Urbis Alexandriæ) *& unus ex Auditoribus Rotæ Civilis prædictæ Civitatis Genuæ &c.* Hæc habui ab humaniſſimo æque, ac doctiſſimo P. Jo: Angelo Maria Porcelli, Ord. Serv. B. V. M. ejuſdem Oppidi, modo Provinciæ Bononienſis Moderatore, ut ex ejus Epiſtola, menſe Decembris 1738. quam notionem, ut mihi morem gereret, extraxit e libris ſui Cœnobii S. Mariæ de Fonte appellati, cujus favore idem Alexander legatum fecerat.

AMADEUS CREMONENSIS, quem allegat eruditiſſimus Amicus Alexander Macchiavellius, titulis innumeris inſignitus in ſuo peculiari Tractatu, inſcripto. *Auguſtalis Theodoſiani Diplomatis Apologia pro Archigymnaſio Bononienſi*; typis Bononiæ 1724. poſt relata nonnulla Odofredi in proæmio Digeſtorum pag. 38. ſcribit hæc verba in ſuæ aſſertionis probationem. *Amadeus Cremonenſis, della Nobiltà di Bologna fol.* 5. Verum de hoc Amedeo nec in Patria, nec extra quicquam potui exſpicari; fides ſit igitur penes Auctorem.

ANDRÆAS PIPERARIUS a me relatus in Tomo II. Crem. Liter. pag. 214. edidit etiam opuſculum, quod in Bibliotheca Cler. Reg. Theat. Ferrariæ ſervatur, hoc titulo.

*Andreæ Piperarii Cremonenſis Pontificii, & Civilis Juris Doctoris Protonotarii Apoſtolici. Oratio in Feſto Omnium Sanctorum. Ad Leonem X. P. O. Max. MDXIII.* Hanc mihi indicavit P. Ant. M. de Raymundis pluries laudatus.

ANTONIUS A CREMONA Beati titulo appellatus Min. Obſer. ex Seraphica Familia, cujus cognomen adhuc latet, Concionator Evangelicus, zelo ardens, & potens in ſermone apud Ligures, & Pedemontanos, cujus corpus in tumulo marmoreo depoſitum, cum ejus exſculpta effigie excolitur in Eccleſia S. Mariæ ab Urbe Vercellarum dimidio lapide, cum Eulogio ſubmiſſo.

*Sarcophago jacet hic Antonius ille Cremona*
*Prodigiis clarus, & vitæ moribus, a quo*
*Sacra ſuæ Ligures documenta hauſere ſalutem.*
*Anno* 1475. *die* 25. *Januarii.*

Tranſlata deinceps B. Antonii Oſſa, decentiſſime fuere condita in ædicula dextrorſum Altaris Majoris. Ejuſdem vero Caput in egregie elaborato repoſitorio, publicæ aliquando venerationi exponitur.

nitur. Hæc habui ab amiciſſimo P. Jo: Ant. Cavedo Concive optimo Ord. Min. Obſervantiæ, tunc Pedemontanæ Provinciæ Generali Inſpectore, modo Epiſcopo Eucarpiæ, & Comacli Coadjutore.

Augustinus Caraccius, quem Jo: Marius Creſcimbenius *in ſuis Commentariis Vulgaris Poeſeos vol. 4. lib. 2. n. 56. pag.* 118. celebrem Poetam vocat. Pictor æque clariſſimus toti Orbi notiſſimus; cum ipſe fuerit origine Cremonenſis; quinimmo Antonius ejus Genitor Cremonæ natus; citra præjuditium Bononienſium, inter meos Literatos eum reponere haud ſum veritus; Hic plane non impugnare contendo allegata a Carolo Cæſare Comite Malvaſia eruditiſſimo, Auctore Felſinæ Pictricis, cui Veneratiſſimo Seni cum eſſem Adoleſcens Bononiæ ſtudiorum gratia, me totum devovi, & per annos uſque ad ejus obitu, re ipſa expertus ſum quam bene ab eo exceptus eſſem, ex ſuis epiſtolis, ac ex doctiſſima explanatione obſcuriſſimi Enigmatis. *Ælia Lelia Criſpis*, inſcripti, pariter ad me dono tranſmiſſa; cum eſſet typis edita; his omiſſis, circa theſim propoſitam de Auguſtino, tres adduco teſtes omni exceptione majores, qui ſunt Joannes Petrus Bellorius, pluries laudatus a Comite Malvaſia, in libro *Vite de' Pittori &c. Romæ anno* 1672. *part.* 2. *pag.* 21. ubi de Annibale Caraccio Auguſtini Fratre; en verba Bellorii, *Riferendo però l'origine egli è certo, che Antonio Caracci Padre di Annibale del territorio nativo Cremoneſe, venne ad abitare in Bologna &c.* & paulo poſt. *Antonio ſuo Padre trasferitoſi a Cremona, per vendere un Poderetto, che gli era rimaſto nel'a terra nativa &c.*

Joachim Sandrat a Stuchau in ſua Academia nobiliſſimæ Artis Pictoriæ, Norimbergæ 1692. in fol. part. 2. fol. 19. pag. 178. ſcribit. *Ludovicus, Annibal, Auguſtinus Caraccii Pictores Bononienſes &c.* ubi poſt laudes iiſdem attributas, ſubdit. *Cremonenſes erant Patria.*

Philippus Baldinuccius Florentinus in libro ſuo de Pictoribus exſcuſo anno 1702. p. 3. pag. 72. poſt redargutum Vaſarium de omiſſione Pictorum Cremonenſium, aſſerit. *Fu dunque il natale di Annibale nella Città di Bologna di un tale Antonio Caracci nativo di Cremona, Sarto di profeſſione, che pure fu Padre di Agoſtino Caracci &c.*

In hac Frater meus Deſiderius, de quo egimus ſuo loco, diſertiſſime plerumque allegatus, ſcribit in ſua Pictorum Cremonenſium Academia, quam prælo ſubiiſſet, niſi Auctor immatura morte expiraſſet die ultima Julii 1725. cujus obitum adhuc defleo.

Augustinus Ralego, ex cognomine Cremonenſis, ut ſcribit Borſettus V. C. in parte 2. pag. 308. Hiſt. Gymnaſii Ferrariæ, ab ipſo poſitus in ſuis Literatis, in Collegio Theologorum Doctorali dignitate inſignitus anno 1589.

In Albo Doctorum Ferrarienſis Collegii Theologorum ab anno

1460.

Digitized by Google

1460. circa uſque ad 1579. recenſentur nonnulli Cremonenſes ex Ordine Minorum pag. 473.

Andriolus de Cremona.

Philippus de Cremona Jan. 1472.

Jo: Franciſcus Faernus Crem. 9 Maii 1519. de hoc egimus in II. Tom. pag. 72.

Ant. Maria Michaeli Cremon. pag. 481. anno 1589.

Petrus Paulus Antonacius Crem. Servita 1594.

Julius Cæſar Roncadellus Crem. Carmelita 1674.

Petrus Martyr Blanchinus Minorita 1639.

Bartholomæus Capra, ſive della Capra Cremonæ Patriæ Epiſcopus, & Archiepiſcopus Mediolani, de quo plura ſcripſimus in I. Tomo ad annum 1412. pag. 221. & ſeq. at cum deinceps vidimus, quæ de eo ſcribit Joſeph Aurelius de Nigris Avunculus meus, toties laudatus in ſua magna *Iſtoria de' Veſcovi di Cremona*, cognovimus vere fuiſſe Civem Cremonenſem, ut indicat ſubanexum Epitaphium, & ipſe probare nititur multis de cauſis, & Auctoribus etiam Mediolanenſibus. Epitaphium pariter refertur ab eruditiſſimo Jo: Joſepho Valiano in ſua Hiſtoria de Archiep. Mediolanenſibus, ubi clare, & aperte Bartholomæum appellat Filium Franciſci Nob. Cremonenſis; unde corrigendus eſt Impreſſoris error, ubi in noſtro I. Tomo legitur. *Bartholomæus Capra, Franciſci Nob. Mediolanenſis &c.*

En Epitaphium, ex quo apparet noſtrum Capram inſignem fuiſſe Poetam, quod legitur in Cathedrali Baſileæ, ubi aderat tanquam Ducis Mediolani ablegatus ad Concilium, ſub Eugenio IV. S. P. gravique ægritudine correptus, obiit die 30. Septembris anno 1443.

*Quam legis Inſubris Præſul clariſſimus Urbis*
*CARPIGER, hac ſitus eſt BARTHOLOMÆUS humo.*
*Vir rectus prœrat Populis, & jura ferebat,*
*Divina huic mens, judítiumque fuit.*
*Oratorque ſuo, Vateſque inſignis in ævo*
*Inſigni ductos auxit honore Viros.*
*Extinctum hunc magni Reges flevere, Duceſque,*
*Teſtata eſt fletus Patria mœſta ſuos.*
*Quæque Virum rapuit, lachrimas Baſilea profundit,*
*Et quod Concilium cogerat ipſa ſacrum.*
*Debuerant duræ tantiſper ferre ſorores*
*Tardius, & vitæ ſolvere penſa ſuæ.*
*Tunc ubi pax terris, quam miro ardebat amore*
*Reddita tunc cœlo reſtituendus erat;*
*Sed Deus æternum ſedes ornare supernas,*
*Conſultumque ſuis maluit ire bonis.*

*Fecerat*

*Fecerat extinctas iterum florere Camœnas*
*Carpiger, hac ſacra, qui requieſcit humo.*
*Imperio gratus, Summoque gratiſſimus olim*
*Pontifici, ſolus rexerat ille duos.*
*Illuſtri tantum placuit ſua vita Philippo,*
*Præſul ut Inſubrum maximus inde foret.*
*Confectus ſenio, gravibus attritior annis,*
*Concilio accitus, concilium petiit.*
*Moribus ornandis, Pacique intentus agebat,*
*Creſceret in tuto, ut limite Sancta Fides.*
*Protinus extremi contraxit lycia fuſi,*
*Ut Placitum Patriæ ſic daret oſſa ſuæ.*
*Natus in antiqua clara de Stirpe CREMONA,*
*Italiæ Primas Bartholomæus erat.*
*Oſſa ſub exiguo claudit Baſilea Sepulchro,*
*Nomen ubique Viri, ſpiritus aſtra tenet.*
*Extinctum Vates veſtrum deflete Parentem,*
*Carminibus vivat, Carmina qui coluit.*

Hoc Epitaphium recenſetur ab eruditiſs. J. C. Sitono in ſua Hiſt. Coll. J. CC. Mediol. n. 34. pag. 30., ubi de Franciſco Capra Patre Bartholomæi, idem eſt relatum a Mapheo Vegio Poeta Laudenſi celeberrimo &c.

Ejuſdem eſt mentio in Epiſt. 1. libri vigeſimi ſexti Franciſci Philelphi, ſcripta Leodriſio Cribello, ultra modum prolixa.

Claruit alter Bartholomæus Capra Mediol. Ep Bobienſis J. C. Coll. Mediolani anno 1643. ut ex eodem Sitono n. 927.

Bartholomæus Lampridius, quamvis duo & ultra ſæcula floruerit, hic ejus nomen apponere non pigeat, quum de eo, nec in primo, neque in ſecundo Tomo noſtræ Cremonæ Literatæ mentionem fecerim; verum in evolvendis nuperrime paginis Pierii Valeriani in Hierogliphicis *lib.* 41. *in titulo de Anulo*; loquendo de Blanca Maria, Philippi Mediolanenſis Ducis Filia, quæ fortiſſimo Franciſco Sfortiæ (deinde Mediolani Duci) nupſit *de qua*, ipſe ſcribit, *cultiſſimum extat Epitaphium a doctiſſimo ejus temporis Viro Bartholomæo Lampridio Lyrici noſtri clariſſimo patruo editum*: Putat igitur Valerianus hunc Bartholomæum eſſe Patruum Benedicti Lampridii celeberrimi Lyrici, de quo in II. Tomo ad annum 1531. pag. 95. cum potius nominandus eſſet Bartholomæus Petronius, Avunculus, & non Patruus Benedicti, de quo verba feci in I. Tomo ad annum 1466., eumque laudavi tamquam Poetam, & Præceptorem filiorum. Franciſci Sfortiæ memorati Ducis. Pierio duce incidit in eamdem foveam Hoptingt *de Inſignibus cap.* 2. §. *de Corona aurea n.* 313. referens Epitaphium Blancæ editum, ut ipſe dicit a Batholomæo Lampridio, hujuſmodi.

*Tres*

*Tres Italos proceres terris ego Blanca latinis,*
*Regnantes vidi, Filia, Nupta, Parens.*

alludendo, quod Blanca eſſet Filia Philippi Mediol. Ducis, Uxor Franciſci Sfortiæ, ac Genitrix Galeatii Mariæ.

BENEDICTUS A CREMONA, inter Capucinos inſignis Sacerdos; cujus nomen affero ut ex Oratione Joſephi Caſtallionis, habita triceſimo die Depoſitionis Orinthiæ Columnæ in Baſilica SS. Apoſtolorum, pridie Kal. Septem. 1594. Romæ apud Aloyſium Zannettum in 4. ubi *erat in Latio e Capucinorum Collegio Vir ſanctitate morum, & vitæ auſteritate inſignis Benedictus Cremonenſis, ei ſe totam erudiendam, & inſtituendam Orinthia tradidit. Is provinciam nactus, qualem nunquam ſperaſſet, optaverat quidem certe orandum ſibi quam maxime putavit; Itaque brevi effecit, ut Jeſu Chriſti amore illa ſingulari penitus exæſtuaret, ejus imperata intrepide faceret, abjecta in Domo Dei ſui eſſe, quam toti terrarum Orbi imperare mallet, ſenſus omnes ſuos abnegaret, & ſe ipſam denique devoverit &c.*

BONIFACIUS BEMBUS, cujus penes me comperitur Oratio typis tradita, cui tit.

* *In Sapientiſſimi Principis Ludovici laudes in Scholis Papienſibus habita anno* 1490. *IV. Kal. Decembris.*

Bembus hic erat Brixianus, itidem & Cremonenſis, ut ex prædicta Oratione, ubi *Brixiæ natus, Brixianuſque ſum civis, idemque non minus Cremonenſis, ex paterna, & vetuſta origine, qua non poſſum non gloriari ipſe mecum; quoties tot Cives meos, & apud Principem, & in hac Ticinenſi Schola honoratiſſimos video &c.*

De altero Bonifacio Bembo egregio Pictore Cremon. forſan memorati Nepote, quem memorat Antonius Campus lib. 3. Hiſt. Patriæ. Vaſarius p. 3. vol. 2. nec non D. Deſiderius Ariſius Frater meus Monachus Hieronym. in Academia Pictorum Cremon., ubi etiam de ejus Fratre Jo: Franciſco.

BOSIUS DOVARIA Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonicus, Vir meritis in bonas literas, & Avita nobilitate illuſtris, & plane Ithydicus florebat anno 1515. de quo Dominicus Bordigallus in ſua Hiſt. mſſ. apud me, ita ſcribit. *Rev. D. Boſius de Dovaria Decretorum Doctor Excellentiſſimus, Cauſarum Eccleſiaſticarum Cognitor, & Definitor.*

CAMILLUS BECCARA Rector Eccleſiæ S. Antonini Cremonæ, de quo egimus in II. Tomo Crem. Lit. ad annum 1570. pag. 325. Addatur. Idem ſcripſit *De officio illius, qui animarum curam gerit, & de Septem Sacramentis Eccleſiæ. Ad Julium Brinum Virum prudentiſſimum S. P. Gregorii XIII. Cubicularium &c. Canonicum Suſpirii.*

Laudatur a Franciſco Zava quatuor Epigrammatibus in Volum. II. carminum lib. 4. pag. mihi 196.



Digitized by Google

DANIEL CAJETANUS, de quo late ſcripſimus in I. Tomo Crem. Liter. verum cum ad noſtras manus devenerit, non recenſitum inter alia novum Opus, cui tit.

*Epiſtola ad Danielem Raiſterium, data Patavii, idibus Majis* 1509. *apud Lucam Paciolum ſuper Euclidem*. Hic denuo refero ejus memorabile Nomen; & hac occaſione corrigo, quæ dixi circa ſublatum lapidem ab ejus tumulo, quem non in primo Clauſtro Cœnobii S. P. Franciſci, ſed in Oratorio, ubi congregantur Sodales, ſub auſpiciis Divi Antonii Patavini exiſtit, ut recognovi de viſu.

DEODATUS QUISTRUS egregia indole, & doctrina dignoſcitur in ſubtiliſſimo, & eloquentiſſimo Opuſculo, quod excudi curavit Cremonæ anno 1584. dicatum cum erudita nuncupatoria Epiſtola Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo S. R. E. Cardinali Nicolao Sfondrato, Cremonæ Epiſcopo, ſcilicet

*Reginaldi Poli Cardinalis Epiſtola de Sacramento Euchariſtiæ, nunc primum in lucem edita, opera Deodati Quiſtri Cremonenſis.*

Epiſtola hæc ſcripta fuit ad Thomam Cramverum, qui Archiepiſcopatum Canturienſis Eccleſiæ tenens, novam de Sacram: Euchariſtiæ doctrinam, contra perpetuæ Eccleſiæ conſenſum profeſſus eſt, ac tradidit; quæ epiſtola eum non magiſtrum tanti Myſterii, neque diſcipulum idoneum eſſe, ſimulque unde hic ejus error manarit oſtendit, ac ad pœnitentiam hortatur. Hanc nimirum epiſtolam Quiſtrus reperiſſe affirmat in evolvendis ſcriptis, quæ collegerat Philomenus ejus Patruus, qui Romæ, utpote degerat, ipſius ampliſſimi, & doctiſſimi Cardinalis Reginaldi a familiaribus.

ELISEUS DE LA MANNA BONUSANZÆ Patri ſuo, Michaelique de Summo majori ſuo S. P. D. Epiſtola ex Cremona tertio nonas Julii 1431. A Bibliotheca Ambroſiana; continetur in ea *Victoria Navalis contra Venetos Ductore Nicolao Triviſano.*

FRANCISCUS CORNA FABRA de Soncino, vide, ubi de Horatio Guarguante Soncinate pag. 107.

GABRIEL DE PRITELLIS Eccleſiæ Cathedralis Canonicus Archipresbyter anno 1415. cujus extat ſequens memoria in antiquo martyrologio, ſervato in Archivo Reverendiſſimi Capituli.

*Presbyter huic ſacro Gabriel moribunda ſepulchro*
*Membra locans, vaſto notus in orbe fuit.*
*Hic jam decubuit terſena luce ſub annis*
*Mille quadringentis, ſexque quaterque novem.*
*Hujus erat Templi doctiſſimus Archiſacerdos*
*Sollicitus verbo, promptus ad omne bonum.*
*Eccleſiam libris hanc multis fulſit, & ampla*
*Extulit ornatu cum prece, voce, manu.*

*Floruit*

Digitized by Google

*Floruit in lingua, varia virtute decorus,*
*Aureus ingenio, conſilioque gravi.*
*Hunc genuit Pritella domus, ſed cujus honeſtum*
*Jam genus a Schitiis mater ademit Avis.*
*Semper amans omnes, ſpe vivens, mente fidelis,*
*Permanſura Poli gaudia lætus habet.*

Ex lectura hujus Eulogii arguitur, non fuiſſe Pritellum de illis Archipresbyteris deſcriptis ab Ep. Roderico Zamorenſi in Speculo humanæ vitæ lib. 2. cap. 18.

HERCULES OLDOINUS, cujus Poema ad meas manus devenit excuſum Venetiis anno 1598. apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem, ſic

* *Orlando del Sig. Prevoſto Don Ercole Oldoino, dedicato a Don Filippo III. Principe di Spagna &c. Aggiunti a ciaſcun Canto gli Argomenti d' incerto Autore, con privilegio.*

At mihi pariter incertum eſt, num Auctor ſit Cremonenſis, ſive ex alio loco. Certum ſiquidem eſt Oldoinam Stirpem nobilem, ac præclaram fuiſſe inter noſtros Cives, & modo ab annis extinctam. In libro nulla adeſt Epiſtola dedicatoria, ſed tantum pauca verba ad Lectorem, cui ſubdit hanc animadverſionem.

*Quel Ceſare celebrato dall' Autore nel quartodecimo, e ſeſtodecimo Canto è un Gentiluomo Cremoneſe a lui ſopratutti amiciſſimo detto il Sig. Giulio Ceſare Gorno, il quale appena uſcito dalla fanciullezza militò onoratiſſimamente ſotto l' A. S. del Sig. D. Aleſſandro Farneſe Duca di Parma &c.*

Unde inter Cremonenſes eum recenſeo; verum de eo nihil, apud Breſcianum, nec Creſcimbenium, qui tam late ſcripſit de Poeſi Italica.

HIERONYMUS PINZONUS, de quo ſcripſi in II. Tomo Crem. Lit. pag. 254. modo habeo ex Bibliotheca Ambroſiana Mediol.

*Paruſch, ſeu Repetitio Rabbi Salomonis Briori in librum Geneſis de Hefræn in latinam linguam verſa, anno 1534. Jan. 5. initium dicit R. Izabac.*

JOANNES MOZZARELLUS, ex Oppido Gazzoli Mantuani, Diœceſis plane Cremonenſis, quem laudat Creſcimbenius inter Poetas inſignes in ſuis Comment. vol. 3. lib. 2. n. 9. pag. 68. anno 1520.

JOANNES MUSONIUS Poeta, & Orator, de quo in II. Tomo pag. 217. & ſeq. nunc vero, cum ex dono doctiſſimi P. D. Ignatii Tadiſii Somaſchenſis, ſæpe laudati, obvenerit mihi opuſculum id,

* *Beſſi Ferrerii ad Illuſtriſſimum Patrem Philibertum Ferrerium Fliſcum agens latinis carminibus in encomium de Domo Ferreria,* in fine eorumdem carminum extat prolixa epiſtola, cui tit.

*Joannes Muſonius Philiberto Ferrerio Fliſco, Illuſtri Meſſerani Com. 4. excuſa, ut hic Cremonæ in Ædibus Muſonii, pridie Mathiæ MDXLII. Ludovico Britannio Impreſſore.*

Beſſus, de quo ſupra, tunc erat ephæbus, diſcipulus, & Con-

victor

victor in Muſonii Domo: ut ex ejus epiſtola. Ubi in ſecundo Tomo diximus Muſonium edidiſſe nonnulla carmina in laudem Lauræ Fundiferreæ, ſeu Battiferræ Ammanatæ Florentinæ, corrigendum eſt (Urbinatis) ut ex aliis Muſonii carminibus nobis obventis.

In opuſculo *Apollo Italicus* nuncupato, cujus mentionem habui in Tomo II. pag. 218. leguntur *Emblemata VIII.* ad Jacobum Albenſem Juris Conſultiſſimum. Item

*M. Alvaro Lunæ Arcis Mediolanenſis Præfecto, de Iſabellæ Celtraniæ M. Joannis Lunæ Uxoris obitu. Mediolani Jo: Ant. Caſtellio excuſſit anno* 1556. in calce legitur *Franc. Philoponus Auctor fuit.*

Priſcis temporibus floruiſſe quemdam Muſonium Philoſophum Græcum, habemus ex Aulo Gellio Noct. Actic. lib. 16. cap. 1.

In Regeſtis quoque collectis ab amantiſſimo Avunculo meo Joſepho Aurelio de Nigris Canonico Priore Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ, ſub anno 1404. nominatur inter Archipresbyteros ejuſdem Cathedralis Antonius de Muſoniis, ſeu de Muſonibus.

Vincentius Vectiolus in ſua Oratione ad P. C. Cremonenſes, pro Gymnaſiarcho deligendo. Cremonæ excuſa per Vinc. Comitem anno 1561. Joannem Muſonium difuſe laudat, cum paulo ante mortali hac vita emigraſſet.

Joannes de Traversiis memoratur a doctiſſimo Viro Apoſtolo Zeno Nob. Cretenſi in ſuo opuſculo, cui tit. *Lettera diſcorſiva al Sig. Abate Giuſto Fontanini Bibliotecario di S. Eminenza il Sig. Cardinale Renato Imperiali, intorno alla grand' Opera delle Meditazioni del Sig. Bernardo Treviſano Patrizio Veneziano. In Venezia* 1704. *pag.* 47. *n.* 22. ubi ſequentia verba leguntur.

*Il Codice ſegnato n. DXIII. contiene la ſeguente Opera. Joannis de Traverſiis de Cremona Artium Doctor in Proſperum Aquitanium Commentarius ſcriptus anno* 1414. & proſequendo hæc ſubdit idem Zenus. *Nel Volume I. della Cremona Letterata* (ne verba præteream) *del dottiſſimo, ed accurato Franceſco Ariſi non mi ſovviene aver trovata menzione di coteſto ſuo erudito Concittadino.* Cum igitur ipſemet humaniſſime mihi dono miſiſſet opuſculum illud, eidem per epiſtolam reſpondi, ut quæſo inſpiceret I. meæ Crem. Liter. Vol. pag. 181. ad annum 1381. ubi nomen adeſt iſtius Joannis, quamvis eum appellem de Taveriis, ſeu de Taberiis, & referam ſcripſiſſe de Polo Arctico, & Antartico, non vero de Commentario, tunc mihi ignoto; verum ibi ſubdo. *A Georgio Pilono in Hiſt. Bellunenſi ſub anno* 1381. *memoratur iſte Joannes, ſed cognomine de Traverſiis, qui legit Papiæ.* Hinc modo cadit Axioma illud tritiſſimum; non bene eſſe judicandum, niſi tota lege perſpecta.

Lud. Ant. Muratorius, ſæpius laudatus Amicus antiquus, & vivens

vens in ſua præfatione libri ab eo editi Mutinæ 1711. *le Rime di Franceſco Petrarca &c. pag.* 12. nominat Matthæum de Aurelia-no Vicentinum, qui anno circiter 1390. ſcripſit carmina latina, exiſtentia in Bibliotheca Eſtenſi, inter quæ nonnulla ſunt directa Joanni a Cremona; unde cum in I. Tomo neminem comperiam in meis literatis nomine Joannis, iis temporibus viventem, reor eſſe hunc, Joannem Traverſium; ſitque dictum eruditionis gratia.

Joannes Baptista Pallavicinus Marchio, cujus opus, ut infra ab eo propria manu exſcriptum indicat eum antiquorum Hiſtoriæ addictum fuiſſe, ideoque hic nomen ejus reponere non veritus ſum.

*Flavii Joſephi Hiſtoriographi, nempe clariſſimi laborioſum opus, immenſumque, jam tandem ſatis egregie, ut arbitror, Scripturæ mandatum eſt per me Jo: Baptiſtam ex Marchionibus Pallavicinis genere, patriaque Cremonenſem, ſed tum agentibus fatis extorrem & in Fariano moram trahentem apud Illuſtrem. Avunculum meum D. Joannem Galeatium Marchionem Salutiarum digniſſimum. Fuit exſcriptum mirabili diligentia a præfato Marchione Pallavicino anno* 1435., ut habetur in Epiſtola Marchionis Scipionis Maffei literatiſſimi Veronenſis Cl. V. Apoſtolo Zeno, relata in Tomo VI. Ephemeridum Literatorum Italiæ Venetiis excuſo pag. 473.

Joannes Boninus de Fraganeschis Præpoſitus Sexpilarum, & Caſtrileonis: De ipſo ſic legitur in Martyrologio aſſervato in Archivio Capitulari Cathedralis Cremonæ. *Milleſimo trecenteſimo quarto, Indictione ſecunda, die Jovis ſexta menſis Auguſti: obiit piæ memoriæ D. Zanboninus de Fraganeſchis Archipresbyter iſtius Eccleſiæ Cremonenſis, Vir utique benignus, humilis, vere catholicus, utriuſque Juris Peritus, ſufficiens Theologus, dilectus ab omnibus, qui laudabiliter rexit iſtam Eccleſiam ſeptuaginta tribus menſibus, & decem diebus, cujus Anima requieſcit in ſancta pace. Amen.*

Id habuimus ex Regeſtis Archipresbyterorum Cathedralis collectis a Canonico Priore ejuſdem Cathedralis, Joſepho Aurelio de Nigris Avunculo meo eruditiſſimo.

Ejuſdem mentio eſt apud Turreſinum de Familia Fraganiſca.

Joannes Franciscus Picenardus, cujus nomen, & opera mihi doctiſſimus Muratorius ex mſſ. Bibliothecæ Eſtenſis communicavit.

*Commentarium ſuper Metamorphoſeum Ovidii, in quo legitur. Jo: Franciſcus D. Honofrii Picenardi Cremonenſis* 1467. *die XV. menſis Aprilis.*

*Commentarium ſupra Ciceronis Epiſtolas, in fine, expliciunt Gloſſæ ſuper Epiſtolas Cicer. per me Jo: Franciſcum Picenardum Civem Cremonæ. Mediolani die VI. Decembris* 1466.

Joannes Franciscus Ala, cujus Inſcriptionem Sepulchralem recepi ab eruditiſſimo P. Abbate D. Guidone Grando, ſæpe laudato, exiſtentem in Sacello Reliquiarum S. Franciſci de Piſis,

Tumulo

Tumulo n. 29. cum inſculpto ſtemmate Leonis, erecti, & Alam extendentis, ut ſequitur.

*Jo: Franciſco Alæ Cremon. ex antiquiſſima, & illuſtri Familia, non tantum virtute ſingulari, morum probitate prædito, quam multis ſuorum, & Patriæ totius lacrymis defleto. Heu in ipſo ætatis flore invida mors rapuit. Hæe mæſtiſſimus Jo: Petrus Ala chariſſimo Filio poſuit anno D.* 1591.

Doctum hunc Juvenem autumo Filium fuiſſe Joannis Petri, de quo fuit habitus ſingularis ſermo in hoc libro; dum ſuæ mortis tempore Scholaris eſſet in Univerſitate Piſana.

Joannes Thomas Sertorius Amicus Dominici Macanei Publici Oratoris in Univerſitate Auguſtæ Taurinorum, ubi Sertorius ipſe degebat anno MDVIII. ut ex ejus

*Epiſtola ſcripta Michaeli Pallavicino Apoſtolico Protonotario, nec non Epigrammate in laudem D. Macanei in fine libri, quem edidit hoc titulo:*

*Cornelius Nepos, qui contra fidem veteris inſcriptionis, Plinius, aut Suetonius appellabatur, ſcilicet de Viris Illuſtribus. Taurini per Joſephum de Silva* 1508.

Ex quibus Epiſtola, & Epigrammate dignoſcitur quantus homo eſſet ipſe Sertorius.

Laurentius Cremonensis, forſan ille, de quo egimus in II. Tomo Cremonæ Liter. ad annum 1552. pag. 228. & quem recenſet Burcardus Gottorphius Struvius in introductione ad notitiam rei liter. cap. 3. §. 3. per hæc verba.

*Laurentius Cremonenſis juſſu Gregorii XIII. Bibliothecam inviſerit, Abiſſinorum Indicem ſcripſerit; & ibi citatur Antonius Grecus.*

Ludovicus Sablius, cujus nomen innuimus in Tomo primo Crem. Lit. pag. 195. ſed paucis verbis, modo vero ex nobis ſubminiſtratis a Reverendiſs. P. Hermenegildo Todeſchini S. T. M. & Inquiſit. Generali Cremonæ, addimus quod P. Sablius, ſive de Salibis Soncinas inſtituitur auctorit. Apoſtolica Præfectus Provinciæ Longobardiæ Superioris, ſeu Provincialis. Fuit eximius Theologus, & fulſit in Concilio Conſtantienſi. Inſuper fuit Inquiſitor Auguſtæ Taurinorum. Cui Provinciæ poſt expletum biennium præfuiſſe dicitur Vicarius Generalis. In Tomo II. Bullarii Ordinis Prædicatorum ſub Alexandro V. anno 1409. pag. 491. fit mentio Bullæ, qua Ludovicus fuit electus in Provincialem Lombardiæ, & hic vocatur de Salbiis, *de Smiſſino*, corrigitur tamen in notis, & bene *de Soncino*.

Melius de Madalbertis, Eccleſiæ Majoris Cremonenſis Archipresbyter anno 1283. illuſtri prudentia, probiſque conſiliis eminens, cujus monumentum ſic legitur in Martyrologio, in Archivio Capitulari exiſtente.

*Vir*

Digitized by Google

*Vir virtutum, & titulis inſignitus,*
*In ſacris eloquiis, & jure peritus;*
*Hic actu Melius meliori dictus*
*Madalbertus genitus fuit, & nutritus,*
*Major Archipresbyter Urbis Cremonenſis*
*Fuit hic ſimiliter tantum & . . . . .*
*Virtuteque pariter, verbis, & exemplis*
*Clarus fulſit jugiter oſtenſis*
*Ad Beneficii munus valde boni,*
*Confeſſionis inclyti Sancti Homoboni,*
*Deo quomodo ſit habilis benedictioni,*
*Et Sanctorum ſimul aggregationi.*
*Poſt Millenum Domini anno trecenteno*
*Sint & novem additi die duodena*
*Octobris, de ſæculo eſt ſublatus cœno,*
*Ut æterni gaudii gaudeat ſereno.*

Ex hac nobili gente floruerunt duo Patriæ Epiſcopi, nempe Homobonus anno MCCV. uſque ad annum MCCLII. forſan memorati Melii Patruus, ac Ægidius anno MCCCXVIII. qui fuit Juriſperitiſſimus, de quibus nos egimus in Tomo primo Crem. Liter. & fuſius Joſeph Aurelius de Nigris ſæpe laudatus in ſuo plenilſimo Volumine de Epiſcopis Cremonenſibus, apud nos ſervato mſſ.

Philomenus Quistrus de quo aliquid ſcripſi loquendo de Deodato ſuperius nominato, ejus Nepote, inter Excellentiſſ. Italicæ Poeſis Auctores recenſetur in Rythmis, Cremonæ excuſis per Vincentium de Contis anno MDLX. lib. IX collectis a Joanne de Offredis ubi pag. 316. leguntur ejus carmina.

Raphael Gadiscus J. U. D. in almo Piſano Gymnaſio Juris Canonici ordinarii publice legens, & D. Honufrii Bartolini de Medicis, Archiepiſcopi Piſani Vicarius Generalis anno 1528. cujus laudes proſequitur Joannes Jacobus Turreſinus in ſuo opuſculo mſſ. inſcripto, *Fraganiſcorum Nobilitas*: ubi legitur *Agattiſeus Gattiſcus ſtruxit hodie Gadiſcum: eſt Vicus in agro Cremonenſi ad quartum lapidem ex Agatiſcorum Familia. Gadiſca penes nos celebris & Cauſidicis, & Militibus, & Jureconſultis; notum eſt illud de Raphaele Piſis legente.*

*Funde tuo lacrymas orbata Cremona Gadiſco.*

Ejus opera, quæ permulta ſcripſit in Jure, deſiderantur.

Ugolinus Regazzola, cujus virtutes indicat Epitaphium, ejus tumulo inſcriptum in Æde Divo Vincentio dicata in Patria.

*Ugolinus Regazzola Cauſidicus Græca, & Latina lingua, ac Artium Liberalium peritiſſimus hic jacet cum D. Olimpia de Breſſianis ejus Uxore, obiit 9. Kalend. Decemb. 1512.*

Floruit alter Ugolinus de hac Progenie, inter Decuriones Patriæ



Digitized by Google

anno 1587. Vide quæ diximus in additione II. Tomi, ubi de Hieronymo Regazzola.

Janellus Turrianus, quem alii Giannellum, alii Leonellum dixerunt, humili natus loco, ſed ingenio prope divino ditatus; Faciem Diogenis Cynici doliaris Philoſophi, ut ajunt, turpem præſeferebat, ac bardocucullo tunicatus; verum præ cæteris Cremonenſibus Artificibus Patriam illuſtravit; In admirationem quippe Mundum deducens, naturæ Miraculum acclamatus eſt; nam cum nullam literis operam impendiſſet, de Aſtrologia, deque cæteris Mathematicis ſcientiis, tanto cum fundamento diſſerebat, ut videretur in illis, ſemper verſatus. Quanquam legendi ignarus Aſtrologiam didicerat a Georgio Fondulo Medico, Philoſopho, & Mathematico, cujus mentionem feci in II. Tomo Crem. Liter. ad annum 1545. pag. 186. qui ipſum impenſe diligebat, ſupernaturale dignoſcens ejus ingenium. Fabrefecerat enim Janellus, tanquam alter Archimedes Aves, quæ nedum alas quatiebant, ſed & cantum pariter edebant, ac ſi vixiſſent, omnibus admirantibus; ſubinde cum Ferrandus Gonzaga, Mediolanenſis Status Gubernator eſſet ab ipſo miſſus in Hiſpaniam ad Carolum V. Auguſtum, familiaritatem ejus, & dilectionem mirificis virtutis ſuæ ſpeciminibus demeruit. Inter cætera Janellus Horologium Cæſari fabrefecit, in quo non ſecus, ac in famigeratiſſimo Archimedis Cœlo conſpiciebantur omnes Planetarum motus, cœleſtium ſphœrarum revolutiones. Opus valde admiratus Imperator, Principem Artificum appellavit Janellum, & honorifico eo titulo nuncupandum voluit in Diplomatibus. Conſimile ejus Artificium fuit & Sphœra Armillaris, de qua Paulus Maria Terzagus in Muſæo Septalliano cap. v. inquit *Sphœra Armillaris opus inſigne &c.*

Præterea Janellus in Toletanam Civitatem, licet ſuper montem poſitam, Tagi aquam induxit, conſtructo ſingulari Artificis ædificio, quo ejus Fluminis ad montis radices, decurrentes aquæ elevantur ad ſummitatem uſque ædificii, & in Urbem dimittuntur maximo totius populi commodo; quamobrem de Turriano pulchrum illud efferri cæpit.

*In terris Cœlos, in Cœlos flumina traxit.*

Non minus proinde fuit acceptus Philippo II. Regi, quam ejus Patri Carolo, quibus, ut ita dicam, infinita conſtruxit opera. Catholicorum itaque Principum illorum liberalitate ditiſſimus factus eſt, & in toto illo nobiliſſimo Regno æſtimatiſſimus, cum vero de Sphœra Janelli locutum fuit, dici poteſt Janellum ſimilem fuiſſe Poſidonio familiari M. Tullii Ciceronis, de quo ipſe M. T. ait lib. 2. de Nat. Deorum pag. m. 104. ex typis Lugd. 1585.

*Quod ſi in Scythiam, aut in Britanniam Sphœram aliquis tulerit, hanc, quam nuper familiaris noſter effecit Poſidonius, cujus ſingulæ converſiones idem efficiunt*

*efficiunt in Sole, & in Luna, & in quinque Stellis errantibus, quod efficitur in Cœlo ſingulis diebus, & noctibus; quis in ea barbarie dubitet, quin ea Sphæra ſit perfecta ratione?*

Idem dicere poſſumus, quod de Archimedis Sphœra vitrea cecinit Claudianus, mutato *Syracuſius* in *Cremonenſis*.

*. . . . jura poli regnumque Deorum*
*Ecce Cremonenſis tranſtulit arte ſenex.*
*Decurrit proprium mentitus Signifer annum,*
*Et ſimulata novo Cynthia menſe redit.*

Audiamus parumper, & noſtrum Vidam in Act. 2. in contr. adverſus Papienſes &c. pag. 53.

*Non vos præterit, Patres, in hac ipſa Regia Urbe veſtra (Mediolano ſcilicet) nutu hujus noſtri Gonzaghæ datum eſſe negotium cuidam Cremonenſi [Turriano nempe] in arte fabrili omnium rerum præſtantia excellenti, ut Cæſari horologium admirandi, inuſitatum, incredibiliſque artificii fabricet, quod non modo Solis ab ortu ad occaſum commeantis curſum quotidie dimetiatur, diemque in XXIIII. horas æquabilibus ſpatiis dividat machinationibus, vique occulta, aut ponderum impellentium, aut ferreæ laminæ violenter accurvatæ, axique circumvolutæ, & ſemper ob ferri naturalem rigorem obnitentis, & ſe evolvere conantis, aut etiam ſit in vulgaribus Horologiis, ſed totius Cœli ſtatum, mundi naturam, & formam continenter ſe movendo imitetur, ut inde ſemper pernoſcere poſſimus, in quo ſtatu ſit Cœlum, quæve exiſtat ejus forma, atque non modo in quo ſigno, ſed etiam in quota ejus parte ſit tam Sol cæterorum luminum dux, & princeps, quam etiam quæque Stella, & omnium ſignorum ortus, atque obitus, certo, atque immutabili ordine, ſuo quoque tempore perdiſcere, ſolſtitia item, & brumas, Sole ulterius non progrediente, & curriculum convertente, initium quoque Veris, & reliquarum anni partium diverſitates, inſuper dierum, ac noctium, tam Cœli commeantis flexu, quam diverſitate regionum terræ ipſius, tum medium noctis quoque anni tempore, & meridiem, tum faſtorum dies, tam eorum qui Solis, quam qui Lunæ curſum ſequuntur, quos mobiles appellamus, Solis quoque, & Lunæ acceſſus, & deceſſus, eorumque varios defectus, quo etiam tempore quæque Stella nobis oriatur, & occidat &c.*

In Senaculo, ubi congregantur Nobiles Præſides regimini Patriæ adeſt picta ejus effigies, cum hac Epigraphe.

*Effigiem hanc Janelli Turriani Cremonenſis Horologiorum Principis, ex Hiſpaniis evectam, Illuſtriſſimus Magnus Cancellarius Daneſius Filiodonus Cremonæ illius Patriæ dono tradi jubet anno* 1587.

In noſtro parvo Muſæo ſervamus magnum Numiſma noſtri Janelli, cui circa faciem. *Janellus Turrianus Cremonenſis Horologiorum Architectus*, & in parte poſtica *Fons quem ſuſtinet Mulier*, & ibi multi excipientes aquas in Vaſis, cum lemmate. *Virtus nunquam deficit.*

D. Deſiderius Ariſius Monachus Hieronymianus Frater meus dilectiſſimus in ſuo libro in fol. mſſ., cui tit. *Accademia de Pit-*



Digitized by Google

*tori, ed Architetti Cremoneſi*, permulta, & prolixa de Turriano ſcribit

Guido Pancirolus de memorabilibus, & ignotis tit. 10. de Horologiis. *Audio Carolo V. Horologium a Cremonenſi aliquo donatum fuiſſe, quod univerſi Cœli machinam cum omnibus Stellis Firmamenti complecteretur; itemque cum ſignis, quæ non aliter, atque in Cælo circumagentibus, ita ut ipſum Cœlum quaſi in terram delatum videretur. Nec vero negari poteſt inventionem iſtam egregiam, & notatu dignam eſſe &c.*

Item ab eodem Auctore cap. 8. de Sphœra armillare.

Multi alii Scriptores de eo loquuntur, & præcipue *Card. Federicus Borromeus in ſuo libro*, cui tit. *La Grazia del Principe pag.* 167. *&* 178. ibi magnus iſte, & vere Eminentiſſimus Cardinalis refert promptiſſimum reſponſum Janelli datum Carolo V., en ejus verba. *Non ſi reputa per falſità, o menzogna quello, che ſi racconta di Maeſtro Gianello di ſopra mentovato, e cotanto caro all' Imperadore Carlo Quinto. Ricusò un giorno il buon Gianello per certa oſtinazione, di far una coſa, che l' Imperadore voleva, ch' egli faceſſe nella ſua arte; laonde l' Imperadore con piacevol modo gli diſſe. E che meriterebbe uno, il quale non voleſſe ubbidire all' Imperadore? Cui il Maeſtro prontamente, e ſenza perderſi d' animo, riſpoſe. Pagarlo, e mandarlo con Dio.*

*P. Famianus Strada S. J. de Bello Belgico lib.* 1. *ad rotam margin.* 1557.

*P. Franciſcus Lana in ſuo Prodromo art. mag. cap.* 5.

*Ludovicus Dulcius in Vita Car. V. pag.* 165.

*Joannes Botterus in Relat. Univerſ. lib.* 1. *pag.* 13. *de Flumine Tago, ubi, La cui acqua delicatiſſima con un' ingegno miracoloſo ſi tira sù nella Città* [ſcilicet Toleto] *opera rara di Giacomo Cremoneſe* (melius Giannello)

*Fortunius Licetus de annulis lib.* 4.

*Annibal Crucejus in Collect. poetic. Jo: Pauli Ubaldini.*

*Ex noſtratibus Lud. Cavitellus, Ant. Campus, Joſeph Breſſianus in ſuis Hiſtoriis, Angelus Barronius in Orat. de Crem. laud. Laur. Legatus in fragm. Lycei Herculis mſſ. Capra in Architectura Militari part.* 3. *pag. Alexander Lamus in ſuis Carminibus italice ſcriptis Cant.* 3. *n* 20. *& ſequ.* 102. & Ego in II. Tomo Cremonæ Literatæ, ubi de Georgio Fondulo, Janelli Amico, & in Aſtronomicis Præceptore.

Laudatur a noſtro Muſonio in ſuis carminibus, *Apollo Italicus* inſcriptis, & editis Ticini 1551. deſcribendo Janelli Turriani opera, illum vocando Janiculum, ubi

*Janiculus fabræ ſtudio celeberrimus artis,*
*Janiculus decus Italidum, celſæque Cremonæ,*
*Cujus ab inſigni traxit cognomina Turri.*
*Illud miratur Cæſar, Germania tota &c.*

Jo: Baptista Pater, & Jo: Franciscus F. de Divitiolis, Matheſeos peritiſſimi, non tantum in conficiendis Horologiis magiſtri, quam in rebus militaribus; ex eorum artificio habemus in noſtra majori Turri admi-

Digitized by Google

admirabile Horologium non tantum ex horarum pulſatione, quam ex aliis ſignis, ut ex quinque indicibus ex Horarii rotis, provenientibus, qui licet intus, extra Turrim apparent in magna Sphœra depicti, magnam Urbis plateam verſus, cujus diametrum ſexdecim bracchiorum, ut ajunt, menſura, circumagit.

In primo Indice habemus horarum notas diu, noctuque: In ſecundo Sol adeſt nobis demonſtrans diem, & menſem, & in quo gradu Zodiaci Sol reperiatur, & quæ Stella eum concomitatur. In tertio Luna videtur, cum ejus diei nota, & in quo gradu, & ſigno Zodiaci ſit, & cum qua Stella. Si Luna conſpicit Solem, ſextiliter, aut quadrate, ſive trini aſpectus, ſi conjuncta, vel oppoſita, & juxta incrementum, vel decrementum, ac plenilunium. In quarto, & quinto apparent Caput, & Cauda Draconis, indicans ſtato tempore eclypſes.

In Sphæra interim hæ notæ exſculptæ leguntur. *Joannes Baptiſta Divitiolus Cremon. & Jo: Franc. F. faciebant MDLXXXIII. V. Kal. Auguſti.*

Facta hic mentione de Horario, placet repetere duo carmina Jo: Bapt. Mantuani Carmelitani *in Somnio Rom.*

*Ex horis nox, atque dies, ex nocte dieque,*
*Lunigenæ ſurgunt menſes, ex menſibus anni.*

id ſane intelligendum eſt juxta legem Hæbreorum.

Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ, ubi de Eccl. Cathedrali, & Turri majori nominat tantum hujus Horologii Auctorem Joannem Franciſcum; verum

D. Deſiderius Frater meus in II. Tomo ſuæ Academiæ Pictorum, Sculptorum, & Architectorum Cremon. adnotat Jo: Baptiſtam, & Jo: Franciſcum pag. 817.

Ejuſdem Horologii Sphœra refecta anno 1710. cum Hiſpaniarum Regis inſigniis, aliiſque ornamentis in conſpectu Plateæ, ſunt opera Egr. Pictoris Joſephi de Natalibus Compatris mei, quorum in infimo ornamento leguntur hæc mea carmina

*Ædiles Templi, Regi, Patriæque dicarunt*
*Hoc opus; ob utinam cum Turri duret in ævum.*
*M D C C X.*

Joannis Franciſci Divitioli mentio refertur a Breſſiano in opuſculo memorato obſidionis Cremonenſis, italice ſcripto pag. 40. circa Delineationem a Divitiolo Mathematico affabre confectam, pro Urbis amplificatione, ex ordine S. R. E. Cardinalis Chriſtophori Madruccii Tridentini anno 1556. Supremi in hoc Mediolani Dominio Moderatoris, cui cordi erat hanc Urbem ad commodum tunc illius Populi dilatare, utpote quæ quotidie numeroſior augebatur. Verum ex improviſo ejuſdem Cardinalis diſceſſu a



Digitized by Google

Succeſſore Ferrante de Conſalvis, mutata ſententia, res non tantum perplexa, ſed omnino imperfecta remanſit.

VINCENTIUS LOCADELLUS, ſeu LOCATELLUS, inſigrioribus Muniis in Militaribus decoratus, & ſane ingenium tanti Viri cuncti admirabantur, hac ideo ratione effectum eſt, ut quamplures ad ejus amicitiam ſtudioſe ſe adjungerent, & Principum, ac Regum familiaritate, ac protectione eniteret. Ejuſdem mentionem egi in Tom. II. Crem. Literatæ ad annum 1565. pag. 306. ubi legitur meæ Familiæ affinem fuiſſe; cum ſumme laudetur a celebri Chronographo Natali Comite in univerſa ſuorum temporum hiſtoria *lib. XI. pag.* 239. *& ſeq ex typis Venetis apud Zenarium* 1581. hic referam, quæ de ipſo ſcripſit Natalis, ubi de Bello contra Ugonottos anno 1557.

*Henricus* [ *Francorum Rex* ] *cui conabantur Ghiſii perſuadere Comeſtabilium his factionibus eſſe implicatum, tam probabili, ſalubrique conſilio audito, omnem prorſus abiicit ſuſpicionem. Decernit igitur ita facere. Peritos Architectos requirit. Ghiſii Meliorinum, Comeſtabilius Julium Caſtriottum proponit. Henricus Rex ne his, quam illis magis propenſus videretur ambos rejicit. Ipſe Vincentium Locadellum Cremonenſem Virum, & cognitione rei bellicæ clarum, & munitionum egregie peritum acciri jubet, qui tunc etiam præerat excitandis, inſtruendiſque munitionibus in finibus Vermanduorum. Is ad Regem accerſitus jubetur Burdigalam, Aquas Auguſtas, Portumque Santonum explorare ad munitiones excitandas. Conſcriptæ ſunt etiam regiæ literæ ad omnes Urbium Præfectos, qui jubentur omne auxiliorum genus liberaliter impartiri. His locis diligenter exploratis facit certiorem Regem, atque cum aptis apparatibus ad opus remittitur. Primum Oppidulum excitari cœptum eſt in portu Santonico, quoniam ille populus magis turbulentus appareret, ac minus regiis mandatis obtemperans. Jubetur Urbis Præfectus omni auxiliorum genere Locadellum protegere, dum demoliuntur ædificia, quæ poſſunt arcem in opportuno loco impedire cum multa ad Urbis ſecuritatem eſſent deſtruenda, ut area capax Oppiduli efficeretur. Ille confeſtim templa, privataſque domos aream impedientes demolitur, ac funditus evertit, primum ad plateam Oppiduli parandam. Sollicitabatur Locadellus partim precibus, partim minis, partim etiam invitabatur largitionibus ad rem prorogandam, ut dicebatur, dum conveheretur reliqua neceſſaria materia murorum, at re, ipſa, dum literæ, ac nuncii remitterentur ad opus impediendum, cum lamentationes, & querelæ frequentes ad Regem Cantabrorum deferrentur. Cantabor Locadellum per literas accerſit; cunctanti minatur ſi ſibi Principi illius regionis regia mandata prius non deferantur, inſtitutum opus neceſſario intermittitur, dum redeat Locadellus, qui non gnarus Comitiorum habitorum Lutetiæ, cum neque in hoc, neque in illud periculum vellet incurrere ob Gallicas ſeditiones, occultaque odia factis certioribus per literas Henrico, & Comeſtabilio, citatis equis ad Cantabrum Regem convolat &c.* & paulo poſt *equiparatur Locadellus Petro Strozzæ, qui multis Præfecturis Militaribus, ac rebus geſtis clarus erat*: ut ex eodem Comite erui poteſt pag. 250.

In

In opuſculo enunciato in II. Tomo erga finem, addatur. *Diſcorſo ſopra l'offeſa, e la difeſa de' luoghi.*

Gneus Maggius, de quo ſcribit Lud. Cavitellus in ſuis Annal. Cremonenſibus circa initium; quinimo inter antiquiores Cremonenſes anno a Chriſtiana denumeratione primo, ita ſcribens *Gneus Maggius, qui in bello inter Julium Cæſarem, & Gn. Pompejum geſto, fuit Præfectus Fabrorum in exercitu Pompei, & in itinere prope Terracinam deprehenſus per Cæſarianos, dimiſſus per Cæſarem ad Pompejum cum mandato ipſum alloquendi pro communi bono Reip. & ſedando ipſo bello.*

Id ratum habetur ex eodem Cæſare in ſuo Commentario primo Belli civilis Pompejani, ubi, *reducitur ad eum deprehenſus ex itinere Gn. Magius Cremona Præfectus Fabrum Gn. Pompei, quem Cæſar remittet ad eum cum mandatis &c.* & paulo poſt: *tamen admirabatur Maggium, quem ad Pompejum cum mandatis miſerat ad ſe non remitti &c.*

Ex præmiſſis arguitur Gneum Maggium Virum inſtructiſſimum fuiſſe in rebus arduis agendis cum a Cæſare ad Pompejum remiſſus fuiſſet cum mandatis.

Ant. Campus in Hiſtor. pariter Cremonæ laudat hunc Maggium, eumque vocat ſuo Vocabulo, *Prefetto degli Architetti, ed Ingegneri del Magno Pompeo*; quinimo dubitat num ab hoc Maggio provenerit Familia, quæ de Maggiis, ſeu de Madiis, ut alii dicunt, a ſæculis modo Cremonæ floreſcit.

Deſiderius Ariſius Frater meus Mon. Hieronymianus *in ſecundo Tomo ſuæ Academiæ Pictorum, Architectorum &c. pag.* 795. refert de Maggio, ut ſupra.

De alio Maggio, Lucio cognominato, ſcribit Scardeonius *Antiquit. Paduæ lib.* 1. *claſſe* 3. relatus ab Urſato *marm. erud. Epiſt.* 8. *Filios duos habuit T. Livius, T. Livium Priſcum, & T. Livium Longum, ambos paternæ elegantiæ æmulos, Filias vero quatuor, ex duabus Uxoribus, quarum Livia Quarta nupſit L. Maggio Viro Nobili, dignitate, opibus, ac literis ornatiſſimo &c.* verum confundit Maggium cum L. Helim; unde Lectorem remitto ad eundem Urſatum.

Redeundo iterum ad Coll. Fabrorum, lubet hic ſubjicere Inſcriptionem ob antiquitatem exeſam, repertam nuperrime in confiniis Gablonetæ, Vici agri Cremonenſis, decimo ab Urbe lapide, nobis humaniſſime traditam a March. Jo: Franciſco de Datis, de quo ſuperius locuti ſumus, & eſt.



Digitized by Google

COLLEG. FABRÒR.
C. MEFANATI
GRACILI, ET
L. MINICIO ALEXANDRO
VI. VIRIS AUG. ET
URSIONI SECUNDI FIL.
QUI FACULTATES SUAS
COLL. RELIQ.

Nomina, & Agnomina expreſſa in hoc lapide, non adeo facile reperiuntur in Gruterianis, & Rayneſii Collectaneis; ideoque Inſcriptio eſt rari exempli.

Supponitur hunc lapidem poſitum fuiſſe a Collegio Fabr. illius temporis, in grati animi monumentum iis, qui Collegio ſuas opes reliquerunt. Antiquiſſimam fuiſſe Collegii Fabr. inſtitutionem habemus ex T. Livii Hiſt. lib. 1. & nempe Numam decretis Civium Claſſibus, primæ addidiſſe duas Fabrorum Centurias, quæ ut ait Livius ſine armis, ſtipendia facerent, datum munus, ut machinas in bello ferrent, quæ deinceps Numa Pompilio, ut inquit Plutarchus, redactæ in Collegia extitere, & unicuique Præfecturæ attribuit Viros utique, ut conjicere poſſumus, ea in arte ſingulares.

Aliam inſcriptionem Collegii Fabrorum extare in Urbe Ravennæ indicat Thomas Porcacchius in ſuo libro in fol. nuncupato *Funerali antichi*, ſub tabula III. pag. 12.

In Hiſtoria Dominici Bordigali, cujus meminimus in Tomo II. Crem. Liter. ad annum 1532. pag. 137. recenſentur ſic tres Viri Literati, ſcilicet

In Ora S. Andræe (Vicinia idem eſt)

Joannes Boninus della Penna Philoſophus, & Aſtronomus.

In Ora S. Cæciliæ. Vincentius de Lanciis Muſarum cultor, & in eadem

Joannes Baptiſta Anſaldus Vates Rythmicus, nec aliud de eorum virtute Bordigalus addit; unde ſufficiat modo eos memoraſſe.

Digitized by Google

# APPENDIX ADDENDA

## PRIMO TOMO.

UBi agitur de Anaſtaſio Epiſcopo Brixillenſi, Anno DLXXXII. pag. 52. ad tollendam quamcumque dubietatem Epiſcopatus Brixelli, addatur ſequens Epiſtola, quam hujus Operis Auctor ſcripſit ſic

*Eruditiſſimo Viro*

*Nicolao Coleto J. U. D.*

*Franciſcus Ariſius S. P. D.*

*Quare in primo noſtræ Cremonæ Literatæ Volumine quatuor Concives recenſeam Brixillenſi Inſula decoratos; Joannem Baptiſtam Aribertum Congregationis S. Philippi Nerii in Patria Præpoſitum, & optimum Patricium [modo Archiepiſcopum Palmiræ] literis tuis efflagitaſti, ut mecum ipſe ageret ad hujus rei veritatem enucleandam, cum dubites Brixillum, ſeu Brixellum, Urbem olim fuiſſe, ac in ea ſediſſe Epiſcopos; idque a me inſtantiſſime denuo petis in epiſtola tua tertio Kalendas currentis Decembris exarata.*

*Urbem olim fuiſſe Brixillum nemo ire inficiens poteſt, cujus in Arce M. Salvius Otho Imperator exanimatus eſt, dum quarto vix menſe exacto Bebriacenſibus campis bellum civile contra Vitelii Duces execraretur, papillam lævam pugione ſibi transfixit adeo Militibus charus, ut multi ad ejus exemplum ante Mortui pedes ſemet interfecerint; hæc ex Suetonio, & Egnatio. Ibi etiam effoſſæ, quæ leguntur, lapideæ inſcriptiones majeſtatem Loci indicant. In magno lapide menſe Maii 1719. inter rudera everſæ Arcis nos ipſi hanc vidimus.*

*P. Terentius, P. L. Syntrophus*
*Hic Requieſcit.*

*Hæc Loca ſunt Lanariorum Carminatorum Sodalici, quæ faciunt in agro P. C. ad viam.*

*P. L. V.*
*Sacrum P. Fulguris*
*D. M.*

*Afrodiſiæ Vellejæ L. E. M. Luſius Sabinus Conjugi, rariſſimæ, quæ vixit mecum annos VII. menſes VIII. dies VII.*

*Urbem Brixillum fuiſſe Auctarii Calepini denotant in verbo Brixillum, quod præ cæteris Oppidum celebre, & Urbem ex multis Cronographis habemus, & præcipue ex Leandro de Albertis in deſcriptione Italiæ in excurſu de Inſubria, ubi.* Fu altre volte Città, come atteſtano i Privilegj della Chieſa

Digitized by Google

Chieſa di Ravenna, *& ibi allegat de Brixillo ſcribentes Plinium, Cornelium Tacitum, Ptolomeum, Paulum Diaconum, Antoninum, & Blondum Flavium. Ex Umberto Locata de Placentinæ Urbis origine de Totila Loquente. Ex Mario Equicola in Hiſtoria Mantuana libro primo, ubi nominat Brixillum tanquam aliorum Locorum ibi adjacentium caput. Ex Ludovico Vedriano in Hiſtoria Mutinen. libro quinto, tomo primo. Ex Petro Maria Campo in Hiſtoria Eccleſiaſtica Placentina libro quinto, tomo primo ad annum 451.* Breſcello Città in tai giorni, or ſemplice Caſtello, *& demum ex Scipione Agnello Maffeo Ep. Caſal. in Hiſtoria Mantuana libro 6. cap. 2. ſed fuſius de Urbe Brixilli tractat Georgius Anſelmus Nepos in ſuis Epigrammaton libris, Parmæ excuſis anno 1526. per Francum Ugoletum, & Antonium Viottum, libro quinto, ut innuimus in primo noſtro Literatæ Cremonæ Volumine de Anaſtaſio illius Urbis Epiſcopo, dum verba facimus, anno DLXXXII.*

*Inſuper Urbem hanc fuiſſe Epiſcopo decoratam nemini dubium eſt. Quampluribus etiam ſubanexis nitimur auctoribus. Videatur Lexicon Ferrarii litera B. ubi Brixellum, ſeu Brixillum* Urbs olim Epiſcopalis Galliæ Ciſpadanæ Pado flumini impoſita, *allegando Plinium, Svetonium, & Ptolomeum. Tollit præterea quamcunque dubitationem Hieronymus Rubeus Hiſtoria Ravenat. libro quarto ad annum DXCV. Scribens de Mariniano Archiepiſcopo Ravennæ a Divo Gregorio Primo Summo Pontifice electo, ibi recenſendo literas confirmationis Ravennati Eccleſiæ, quorumcumque ab Cæſaribus acceperat, quas inter habetur,*

*Confirmationem conſtitutionis piiſſimorum Imperatorum ſub Sacroſanctæ Ravennatis Eccleſiæ ditione continentem, ita confirmamus Epiſcopatum totius Emiliæ Provinciæ Civitatum omnium Deo amabilium Epiſcoporum creationes, & conſecrationes ideſt Saſſinatis, Ceſanatis, Foripopoli, Forolivii, Faventiæ, Foricornelii, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, Placentiæ,* Brixilli, *Vicohabentiæ, Fladrienſis, Comaclenſis, Ficoclenſis &c.* & paulo poſt literarum tenorem ſubdit.... *Ex iis literis facile etiam conſtat Brixillum Civitatem fuiſſe, & Epiſcopo ornatam.*

Id idem confirmat Jac. Phil. Bergomenſis in Supplemento Chronicorum lib. VI. ubi de Ravenna, adnumerans Epiſcopos Ravennati Archiepiſcopo ſubjectos, ſcribens tamen Bricii, loco Brixelli.

Campus memoratus in Tomo Tertio pagina 42. Vol. II. ita italice more ſuo. *Certa coſa è ne tempi però più antichi eſſere ſtata tale la Terra di Breſcello ſul Parmigiano, che poi venendo diſtrutta da Autari Rè de' Longobardi perdette oltre il nome, e l'onor di Città, anche là dignità Veſcovile...* ita & Bonaventura de Angelis in Hiſtoria Parmenſi libro primo.

Lucas de Linda, ejuſdem eſt homodoxiæ in ſuis Relationibus, Venetiis 1672. cuſis, referens verba de Ducatu Parmæ &c. pag. mihi 495., italice pariter & ipſe. *Venuto poi Attila in Italia, e paſſando nell' Emilia nel 454. ruinò Parma, trovatala vota d'abitatori, come quelli, ch'erano fuggiti verſo li monti, fu così grande la rovina, che il Veſcovo di Parma ne depoſe il titolo, e ſi diſſe Veſcovo di Berſello, dove avea preſa la ſua ſtanza.*

Quia

Digitized by Google

*Quicquid ſit uno, vel altero modo Brixillum habuit Epiſcopos, nec opus eſt hic immorari ſuper quæſtione, quæ ex diverſis Auctorum opinionibus oriri poteſt.*

*Marcus Bataglinus Epiſcopus Nucerenſis in Hiſtoria univerſali Conciliorum, demonſtrando Geographiam univerſalem antiquam uſque ad octavum, & undecimum ſæculum recenſens Urbes Epiſcopales, legitur*

*In Emilia Brixillenſis, Mutinenſis, Parmenſis, Placentinus, Regienſis.*

*Hæc ſunt, quæ habere potuimus de Epiſcopis Brixelli, modo vero Caput illius Eccleſiæ, Archipresbyter nuncupatur, abſque ulla Collegiata, hic ſubjacet Epiſcopo Mutinenſi, olim vero erat ſub Diœceſi Parmenſi, ubi ſita eſt major pars Territorii Brixellenſis. Accipe igitur Vir humaniſſime, quæ tuæ ſæculo quartodecimo maximæ eruditioni ſubjicio, ut ſeligas quæ tibi placere, aut corrigere contingat; Vale. Dabam Cremonæ pridie Kal. Martii* 1724.

Addo ex noviter repertis, fuiſſe Toparcham Caſtri Brixelli Eraſminum de Trivultiis. Jo: de Sitonis in ſuo Chronicho laudato nu. 323.

Anno MCLXIII. fol. 81. circa opera Luitprandi Ep. Cremonenſis, edita a P. Hieronymo de la Higuera; legantur quæ refert Lud. Ant. Muratorius, ſub nomine Antonii Lampridii in ſuo libro nuperrime edito Mediolani, cui tit. de Superſtitione vitanda, ſive cenſura Voti ſanguinarii &c. cap. X. de Hier. de la Higuera, vocato famoſiſſimo Impoſtore, allegando Eminentiſſimum de Aghire, qui Bibliothecam Veterem Hiſpanam Nicolai Antonii Hiſpalenſis Canonici &c. vulgavit Romæ in Tomo II. Concil. Hiſpan. diſſert. 3. cum Nicolaus libera ſinceritate ſugillaverat de la Higuera, & alios. Item quod Adulterinos illos fœtus, aut abjecerint, aut impugnaverint Jo: Baptiſta Perez, Cornelius a Lapide, & alii doctiſſimi Viri S. J. hæc dicta ſint præter ea, quæ olim ſcripſimus de memorato Luitprando.

Ad Annum MCLXXXV. pagina 87. ubi de Sicardo Cremonæ Epiſcopo, addatur. Hiſtoria Sicardi fuit typis tradita Mediolani, & legitur in Tomo VII. de rerum Italicarum Scriptoribus pagina 523. ubi etiam fit mentio de iis, quæ nos ſcripſimus de Sicardo, quem arbitror eumdem eſſe cum Sigehardo relato a Pez Monacho Caſinenſi *in ſuis Anecdotis Tom.* 3. *part.* 3. *pag.* 623. *In Monaſterio Benedictoburani ſuperioris Boirariæ ad Alpes Tyrolenſis Diœceſis Friſingenſis extat Codex membranaceum in fol. manu ſæculi XIII. deſcriptus hoc titulo. Sigehardi Summa Canonum incipit: Diligite juſticiam, qui judicatis terram. Parum eſt eſſe jus in Civitate, niſi ſint Miniſtri, per quos ordinetur, & exerceatur &c. Finis.* [*Ego vero Sigehardus Cremonæ Filius natione, & Maguntinæ Eccleſiæ Filius ſpiritualis translatione, æmulos patienter ſuſtineo, & mei judicium Matris Eccleſiæ derelinquo*] *conſtat univerſum opus tribus partibus, quas Sigehardus diſtinctionibus, cauſis, & conſecrationi attribuit, Gratiani fere veſtigiis inſiſtens.*

Addere

Addere inſuper ſatius duxi, ubi in eodem I. Tomo pag. 88. dixi Sicardum obiiſſe anno 1215. die 26. Januarii fultus Tabulæ Dypticæ Blaſii de Rubeis, editæ in fine primæ Synodi Ep. Speciani, & corrigere menſem Januarium in Junium, delendo notam diei 26. cum in Martyrologio mſſ. exiſtente in Sacrario majori Capituli Canonicorum Cremonæ, incipiente anno 1181. reperta fuerit hæc adnotatio.

Septima Idus Junii (quæ eſt dies ſeptima ejuſdem menſis) anno D. 1215.

*Præſul Sicardus, Virtutum miſtica nardus*
*Hic obiit, cujus Fama perennis erit.*

Huc ſpectat id aperte, etiam ſcatet ex decretal Gregorii lib. 1. de electione cap. XXXVI., incipiens *Bonæ memoriæ Sicardum Cremonen. Epiſcopum in extremis agente, cum de convaleſcentia deſperaretur, Cremonenſe Capitulum Homobonum [erat de Madalbertis] Rhegii diſciplinis Scholaſticis inſiſtentem ad certum tempus in Vigilia Pentecoſtes pro futura electione citari fecerunt &c.* Feſtum enim Pentecoſtes, ut plurimum celebratur menſe Junio; unde lapſus de Rubeis evidenter dignoſcitur; alia permulta leguntur in hoc cap. 36. quæ brevitatis gratia omitto. Hinc inde certantibus Canonicis partim pro Archipresbytero, & partim pro Archidiacono, electus fuit idem Homobonus de Madalbertis.

Ad annum MCCVIII. pagina 98. Addatur Opera Albertani priuſquam Florentiæ apud Junthas 1610. in 4. fuerant jampridem impreſſa Cunei 1507. quæ apud nos pervenerunt. Vide & Bibliothecam Aproſianam pagina 484. & ſeq.

Ubi de Guidone Suzaria J. C. Anno MCCLXX. pagina 126. poſt verba, vero Cremonenſem linea 22. ponatur. Item Jaſo in 2. digeſtorum veteris Partem *de conditione cauſa data &c.* in Summario *ſi extraneus*, Guidonem Suzariam Cremonenſem appellat.

Ad annum MCCXV. Tomi I. pag. 100. ubi de Lothario Roſano Archiepiſcopo Piſano, addatur in fine; retinere calamum nequeo, dum lego, quæ ſcribit Janus Vincentius Gravina Calaber in ſuis libris Originis Juris, Vir ſiquidem eruditiſſimus, & præſertim Tom. I. pag. m. 150. num. CLII., quamvis acerrime exſibilletur ſub nomine Philodemi a Q. Sectano in ſuis Satyris, & ibi in prima verſ. 84. poſt nonnulla

*Ni fallor Calabram veſanæ audacia frontis*
*Accuſat, taboque oculis ſtillantibus acris,*
*Et blattis, tineiſque genâ corroſus utraque*
*Omnibus oſtendit, quam ſit non integer intus.*

ſcribit, inquam, Gravina. *Ipſius Æmulus* (& ſcilicet Azonis, quem perperam facit Bononienſem) *Lotharius Cremonenſis non tam ſtudiis, quam armis claruit, ope Cæſarea, Vir talis Piſanus Archiepiſcopus creatur,*

*tur, nec erubeſcebat contra Eccleſiam ſententiam ferre; docebat enim Sacros Viros, nempe Eccleſiaſticos poſſe foro cedere &c.*

Uſque adhuc Gravina aberrat veritate, ut videbimus, etiam in his quæ ſequuntur. *Cumque factis, etiam iniquis Eccleſiam Romanam læderet, juraque judicatus Calaritani uſurparet, ab Innocentio III. vehementer objurgatur.*

Confundit hic Gravina, ſequens Panciroli veſtigia *de Clar. Leg. Interpr:* Lotharium J. C. memoratum a me in I. Tomo pag. 93. cum Lothario Roſano, pariter Cremonenſi Arch. Piſano, diametraliter diſtanti a calumniis confarcinatis, contra alium Lotharium J. C. Lotharius nempe Archiep. quod *ſtudiis claruerit*, verum eſt non autem *armis, nec ope Cæſarea Vir talis Piſanus Archiepiſcopus creatur*, ſed ab Innocentio III. S. P. primo ad Vercellenſem Epiſcopatum promotus ob ejus merita, ac virtutes, qui ſiquidem Lotharius juſſu ejuſdem S. P. Albigaunenſem Eccleſiam inviſit, adeoque creſcente in Pontificis prædilectione ad Archiepiſcopatum Piſanum evectus eſt & anno 1215. ad Hieroſolymitanum Patriarchatum, quo anno interfuit Princeps, præ aliis Patriarchis Lateranenſi Concilio; quomodo igitur tantus Præſul eſſe potuerit ille, qui non erubeſcebatcontra Eccleſiam ſententiam ferre? &c. In margine libri Gravina allegat *cap. ſi diligenti de Foro competenti*, ibi non legitur niſi quod Clericus non poteſt conſtituere ſibi Judicem Laicum, etiamſi proprium juramentum, & Adverſarii conſenſus accedat; & quod Archiep. Piſanus fuerit vehementer objurgatus, perperam a Gravina gravatur. Legantur Notæ P. Ab. Grandi pag. 255. in ſua epiſt. de Pandectis &c. Florentiæ 1728.

Ad annum MCCXC. circa Bonitium, ſeu Bonizonem de Narnis S. R. E. C. dixi in I. Tomo pag. 133. ab Ughello inter Epiſcopos Cremonæ non legi deſcriptum, cui adhæret Canonicus de Nigris meus Avunculus in ſua Hiſtoria Epiſcoporum Patriæ; verumenim vero ipſemet agens de Raynerio de Rubeis, ſeu de Caſulis in fine exponit Epitaphium caractere antiquo repertum, ut dicit in Archivo Canonicorum Cathedralis, ſic ſcriptum

*II. Idus Julii D. Ep. Bonizio Card. in Chriſto,*
*Sed quia nil ſtabile rerum in natura,*
*Et omnis ut fragile caro vas caſura,*
*Caput ecce nobile tollunt mortis jura,*
*Ibant Anni Domini, cui cum milleno*
*Centum bis tunc ordine juncto nonageno.*

Dicat quicquid ſibi libet Oldoinus in Vitis Pontificum Tom. II. ann. 1288. colum. 269. & 270. Ego hæc ſubmitto, ne quicquam Patriæ attinens depereat, cum habeam antiquum teſtimonium pro me, ut liquet ex anteſcripto rythmitico Eulogio. A Blaſio pariter Rubeo in Dyptica Epiſ. Cremonæ, ut in I. Tomo.

Ad

Digitized by Google

Ad annum MCCCXIX. poſt ſcripta de Ricardo Malumbra, in fine ſcribatur inter J. C. Collegiatos Mediolani claruit alter Ricardus Malumbra anno 1617. ut habemus in pluries laudata Hiſt. Joannis de Sitonis V. C. n. 739., & in eadem nu. 510. & 511. Petrus Jacobus Epiſ. Cariatenſis, ac Jo: Franciſcus fratres ambo J. C. Coll. ex quibus apparet Mediolani Malumbram Cremonenſem Familiam fuiſſe propagatam. Floruit etiam Venetiis, ut diximus in hoc libro pag. 173.

Anno MCCCXXXVIII. ponatur pag. 162. linea 18. ubi de Gaſapino Antignato. Item fuit Judex in Civitate Parmæ 1308. ut habetur ex Chronico Parmenſi, recenſito in Tomo IX. Rerum Italicarum Scriptorum, ex Societate Palatina Mediolani &c.

Anno MCCCXLII. ubi de Guillelmo Amidano Novariæ Epiſc. Ord. Auguſtiniani pag. 165. poſt tertiam inſcriptionem. Addantur nonnulla ab eodem Guillelmo ſcripta monumenta adnotata per olim Amicum meum candidiſſimum Lazarum Auguſtinum Cottam in ſuo Muſeo Novarienſi ſub nu. 434. pag. 208.

*Decreta generalia ad Clerum Novarienſem* 1347. *in Archivo S. Julii.*

*Additiones ad Statuta Eccleſiæ S. Julii in Inſula, & Eumenia.*

*Decreta ad perfectam Diſciplinam.*

*Liber de bonis Eccleſiarum Diœceſis Novariæ in Arch. Cathedralis Novar.*

*Statuta Plebis Gandiani* 1345.

Circa ejus obitum ego jam ſcripſeram ſequutum fuiſſe die 29. Januarii 1353. verum ponatur anno 1356. juxta ea quæ adnotat idem Amicus meus, qui talia retulit in fine ejuſdem paginæ 208. *Circa la morte non convengo col Tor.l'o, perchè nel* 1356. *lo dimoſtrano vivente i ſuoi atti, e nel* 1356. 25. *Giugno vacante la Sede, come da Iſtromento di Gerardo Lanterio Novareſe, nell' Archivio Canonicale di Gozano.*

Addatur inſuper. In Directorio Inquiſitorum Fr. Eimerici part. 2. erga finem. Tempore Joannis XXII. multi Viri pii, & docti contra Franicellorum errores, & verbis, & ſcriptis graviter decertarunt, & Pontificum auctoritatem, & poteſtatem defenderunt, in quibus fuit Gulielmus de Cremona Auguſtinianus &c.

Ibi pariter ubi noſter Guillelmus Amidanus opinatur ex familia de Tocchis, ego non aquieſco, niſi apponam alterum Guillelmum de Tocchis Sinchronum, & Scriptorem Vitæ S. Thomæ de Aquino, quem pluries allegat eruditus Auctor Ord. Præd. in Opuſculo *de Fabula Monachatus Benedictini Divi Thomæ Aquinatis, Reſponſio &c. Venetiis* 1734. *typis Andreæ Marutii.*

Ejuſdem Guillelmi noſtri fit mentio in Commentariis Creſcimbeni de Poeſi vulgari vol. 2. lib. 2. pag. 63. ejuſque carmina recenſet vol. tertii libri pag. 71.

Ubi de Michaele Rocca pag. 273. ad annum MCDLI. ſubdendum eſt;

Digitized by Google

eſt; jam vidimus Epiſtolam a Franciſco Philelpo Michaeli ſcriptam; hinc nequeo ſilere quantum Philelphus aretalogia laborabat, male ſentiens de Cremonenſibus in ſuis Epiſtolis magno volumine impreſſis Venetiis anno 1502. penes me.

Admiror propterea cum Philelphus alioqui Vir doctrinis multis excultus, ut clare dignoſcitur in ſuis quinque libris *de morali diſciplina*, ubi ſingillatim lib. 3. proteſtatur diſſentire Ariſtoteli circa Iram, cum ipſemet aſſerat relata per Stagiritam Rationi maxime adverſari; attamen in libro IX. earundem Epiſtolarum, tempore, quo peſtilentia tota fere Inſubria opprimebatur, anno ſcilicet 1451. cum eſſet ille ſuſpectiſſimus ex cauſa peſtiferæ conditionis, ac urgentiſſimæ, Cremona ejectus, ut ipſe ſcribit Joanni Mario ſuo Filio, *& ei in Urbem regrediendi poteſtas adempta eſſet, reliquis item noſtris ex Urbe continuo ejectis* blatterat inſuper in ea *Scevæ Corti Ticinenſi*, & in illa *Nicolao Varoni*, at peſſime in illa *Jacobo Camerinati*, ibi ſe Jactatorem, & literatum trhaſonem oſtentans, vocando ſe Virum undequaque dignum, Cremonenſes ſugillando de ruſticitate, de ſtulta ratione, atque aliis inſulſis propelaciſmis, retorquendis in oblatratorem ignaviſſimum de peſſimis contagionis effectibus; cæterum ſibi adverſans in Epiſt. *Matthæo Piſaurenſi Ædili curali*, quæ incipit. *Quod ſcire cupis, quam me humane, & liberaliter Cremonenſes exceperint, accipies paucis. Me advenientem tota univerſa Civitas, & vidit, & honoravit egregie* (en Philelphi circumforanea turgiditas) *ſed ubi accidit ut mercenaria quædam mea ſerva peſtilentiali morbo correpta, vitam ſubito deſerverit tumultus ingens in Urbe adverſus me exortus eſt, quem plebeja inſania concitaverat. Namque Viri nobiles, atque boni eam Urbem inhabitant nihil hujuſmodi non modo non fecerunt, ſed ne reptaverunt quidem. Sum continuo cum univerſa familia Urbe excluſus, non ſine magno quidem vitæ periculo &c* Ad quid ergo buccinare in Epiſt. ad Jacobum Camerinatem: *abeant in rem malam Cremonenſes tui, & tu item cum iſtis, ſi dignos putas quibus ignoſcam. Vale ex Papia VI. Kal. Januarii* 1451. dicatur Philelpho (ſalva modeſtiæ lege) ruditus Aſelli Cælum non penetrat; Unde tot rumores pro una theſſa, ſeu ancilla mercenaria; Aſt parcamus ſuis cineribus miſere, poſt tot jactatos triumphos, Bononiæ relictis die 25. Julii 1481. quos inter memorabilis eſt ille, *quod cum de unius vocabuli Græci genuino ſenſu barbam ſtipulatus eſſet cum Timothæo, quidem Græco; Victorque evaſiſſet, nullis Timothæi precibus adduci potuerit, ut barbæ parceret, diſciſſam utique barbam, velut ingens trophæum circumferens in triumpho. Menchenius de Charlatanæria eruditorum declamatio* 11. nec non doctiſſimus *Jac. Facciolatus in ſua Oratione, cui tit. Latina Lingua non eſt ex Grammaticorum libris comparanda, Patavii anno* 1713. Ulterius quænam exiſtimatio de eo, qui auſus fuit tam inepte, obſcene, & vecorditer in Comment. Petrarcæ facto ſuper illa cantione, quæ incipit *Mai non vo più cantar com' io ſoleva*, tam turpia de Benedicto X. appellato XII. effutire, de quo ſcribit Platina

noſter.

noſter. *In morte autem optimi Pontificis, & doctiſſimi omnes fere collacrimarunt &c.* legatur Creſcimbenius *Hiſt. volgar Poeſia lib.* 2. ubi de F. Petrarca pag. 95. qui dat legenti Philephum bene depexum.

Item V. C. Joſeph Ant. Saxius in ſua Appendice pro SS. Gervaſio, & Protaſio ſub num. 36. oſtendit Philelfi de nimia effuſa adulatione erga Philippum Mariam Mediol. Ducem Anglum cognominatum.

Anno MCCCL. pag. 168. poſt Auctores, qui de Bonifacio Crem. Ord. Præd. ſcripſerunt, addatur Maraccius in Bibl. Mariana p. 1. lit. B. pag. 244. in fine & P. Petrus Courtier S. J. in libro inſcripto Negotium Sæculorum Mariæ lit. B. ad annum 1350. pag. 215.

Anno MCCCCXXXVIII. ubi de Luca Vernatio J. C. pag. 248. poſt verba Auctores Syllabi addatur, fit de eo mentio a Coſta *de remediis ſubſidiariis Remed.* 114. *num.* 15. *in materia Annatarum.*

Ubi de Daniele Arluno Epiſcopo Forolivii Anno 1440. pag. 252. addatur in fine. *Creſcentius in Præſidio Romano de Monachis Europæ lib.* 2. *numero* 1. *ſcribit Arlunum Cremonenſem.*

Eodem anno pagina 253. ubi de Joanne Opicio, ponatur. Sunt etiam in Bibliotheca Claſſis Ravennæ, ut mihi indicavit Abbas Petrus Cannetus ſuis literis diei 14. Junii 1711.

Anno MCCCCLIII. pagina 281. poſt narrata de Jacobo Boſcalino a Mozzanica, Generali Præfecto Ord. Min. S. P. Franciſci addatur. Eidem Patri Generali directa fuit Bulla Calixti III. S. P., data Romæ 8. Idus Januarii 1454. ſuper differentiis vertentibus inter PP. Conventuales, & Min. Obſervantiæ; ita P. Reinerius in Verit. Fondament. cap 6. pag 277.

Anno MCCCCLVI. pag. 284. poſt ſcripta de Albertino Philoſopho, ponatur. Borſettus in Hiſtoria Gymnaſii Ferrarienſis part. 2. pag. 33. vocat Albertinum ex Familia Catanea.

Anno MCCCCLXVII. pag. 301. ubi de Chriſtophoro Cambiago, addatur poſt verba. *Eroticam deſperationem.* Orationem ad Imperatorem pro Galeatio Maria Sfortia Mediol. Duce inter mſſ. Bibliothecæ Ambroſianæ nu 262. in 4.

Ad annum MCCCCLXXV. pag. 310. & ſeq. addatur in ſerie operum Bartholomæi Platinæ.

*Vita Ampliſſimi Patris Joannis Millini SS. Nerei, & Achillei Presbyteri Cardinalis, a Platina Bibliothecario Palatino edita.*

Extat cum Ciacconio de Vitis Pontificum, editionis Vaticanæ, Colum. 1285.

Eodem Anno 1475. pagina 326. ubi de Vincentio Amidano, poſt Epitaphium, legatur. De eodem Cavitellus in Cremon. Hiſt. ſub anno 1446. Scripſit etiam epiſtolas latinas, quæ ſunt mſſ. inter illas Petri Candidi Decembrii, ut mihi indicavit Amicus Lazarus Auguſtinus Cotta de Ameno Novarienſis.

Eodem

Digitized by Google

Eodem anno pagina 327. Ubi de Jo: Franciſco Ala, in fine ponatur. Obiit die XIX. Junii 1483. tempore peſtis, ut ex mſſ. Bernardini Zambotti Ferrarienſis Soc. Jeſu, de eo ſcribit Ferrans Borſettus in Hiſtoria Gymnaſii Ferrar. part. 2. pagina 278.

Ad annum MCCCCLXXX. ſubjungantur. Pacificus a Romanengo Oppido Agri Cremonenſis, & ea quæ refert Vvadingus de Scriptoribus Franciſcanis Tomo VII. ad annum 1480. num. 27. Tom. 7.

*Ad Oppidum Romanenghi natus eſt Pacificus celebris Prædicator, præcipuis muneribus functus ex Provincia Mediolanenſi.*

Extant in Bibliotheca Minorum de Obſervantia Conventus Sorexinæ, ſcriptæ manu propria P. F. Pacifici de Romanengo ſequentes lucubrationes.

*Del vantaggio, che portano le Opere fatte per l'obbligazione de' Voti nella Religione, ſopra l'altre, benchè foſſero uguali nella bontà, fatte nel Secolo per libertà d'elezione &c.* non præfert hæc anni adnotationem.

*Se maggior utile apporti al Pubblico Bene de' Stati, l'amore che ſi concilia il Principe Padrone con la piacevolezza, od il timore, ch'ei può imprimere con la ſeverità.*

*In ebrietatem declamatio.*

*De Electione. An Eligentium ſit prudentia, Juvenibus poſthabere ſenes?*

Hæc habui ex diligentia laudati P. Joannis Franciſci a Sorexina.

Anno MCCCCLXXXV. Tom. I. pag. 338. poſt ea de Hieronymo Pallavicino, ſubdantur in fine. Togatis Armatos miſcuit Gallus, & quo ſanctiorem Ordinem redderet, duos Epiſcopos inſignes per ea tempora Viros in partes legit Antonium de Triultio Epiſc. Comenſem, Vaticana purpura nobilitandum, & Hieronymum Pallavicinum, Novarienſem Antiſtitem; ita *Horatius Landus in ſuo Senatu Mediolanenſi*, tempore Gallorum poſt captivitatem Ludovici Sfortiæ, ubi de augmento numeri Senatorum pag. 104.

Anno MCCCCLXXXVIII. pagina 347. poſt ſcripta de Leonardo Maynardo inſigni Aſtronomo, addatur. Julius Salernus Papienſis in tertia Oratione in Cremonenſes, perperam ſcribit Maynardum eſſe Ferrarienſem, cum Borſettus in ſua Hiſtoria Gymnaſii Ferrarien. licet diligens Hiſtoricus de hoc Viro minime ſcribat.

Anno MCCCCLXXXXII. pag. 357. linea 17. ubi de Nicolao Lucaro, addatur. Editum Cremonæ anno 1492. diligenti opera Bernardini de Miſintis Papienſis, ac Cæſaris Parmenſis Sociorum in fol (& penes me reperitur) opus Franciſci Petrarchæ, de utraque fortuna &c.

Anno MCCCCLXXXIV. in fine de Cardinali Aſcanio Maria Sfortia Viceçomite pag. 335. ponatur. Ex relatis a Lazaro Auguſ

tino Cotta Amico meo in ſuo Muſæo Novarienſi ſub num. 259. pag. 75. ut etiam ex Bibliotheca Ambroſiana, Lit. V. nu. 393. & nu. 471. noſtrum Cardinalem ſcripſiſſe.

Orationem ad Sixtum IV. habitam anno 1471. de menſe Octobris.

Item quatuor alias Orationes.

I. Ad Imperatorem Federicum III.

II. Ad Paulum II. S. P.

III. Ad Galeatium Mariam Fratrem ſuum.

I V. Ad Illuſt. Ducem Patrem, omnes mſſ. in eadem Bibliotheca.

Adnumeratur quoque inter Poetas a Creſcimbenio. *Comment. vulg. Poeſ. vol. 2. par. 2. lib. 3. pag.* 173. *&* 74. hiſce verbis. *Tra gli altri ſuoi ſtudj molto diletto prendeva della noſtra poeſia, e tanto ſi compiacque de' Volgari Poeti, che gradiva anche quelli più ſcempiati, e di niun conto; di modo che eſſendogli ſtato l'anno* 1486. *dedicato da un Bettino Tricio un ſuo poema in terza rima, o per dir meglio un guazzabuglio ſciocchiſſimo di volgare, e di latino ſopra la Peſte, tanto l'ebbe a grado, che ne ringraziò l'Autore con un Sonetto &c.*

Verum ubi Creſcimbenius eum facit Epiſcopum *Cremæ*, corrigendus eſt *Cremonæ*, cum tempore, quo vixit Cardinalis, & poſt multos annos Crema non erat Epiſcopatu decorata; id nempe evenit anno 1579. regnante Gregorio XIII. Summo Pontifice

Ejuſdem meminere Jovius in Elogiis, Panvinius de Rom. Pontif. Ughellus tom. IV. ubi de Ep. Novariæ, Cremonæ, & Papiæ, & alii plures, præſertim vero Thomas Fedrus in Oratione funebri eidem facta, quæ ſervatur in eadem Bibliotheca Ambroſ. lit. S. nu. 210. cui a multis annis præeſt Joſeph Antonius Saxius, omnium virtutum, ac rerum cognitione inimitabile exemplar, cujus amicitiam excolere, eſt mihi valde proficuum.

Laudatur a Petro Lazarono Brixienſi, Artis Oratoriæ in Ticinenſi Gymnaſio Pub. Lectore, in Poematio de Nuptiis Imperatoris Maximiliani.

Anno MCCCCLXXXXVIII. ubi de Daniele Cajetano pag. 388. ponatur poſt verbum *Epitaphium*, quod poſtea vidi, & eſt in Oratorio conſito in primo peryſtilio Cœnobii Min. Conventualium, ubi congregantur Sodales Confraternitatis, ſub invocatione S. Antonii de Padua.

Anno MCCCCLXXXIX. pag. 351., ubi de Jacobo Trecco adjiciatur. Extat ejuſdem numiſma argenteum ſculptum, a me inſpectum penes Patricium ornatiſſimum Manfredum Treccum, Pronepotem ex Pronepotibus, Marchionem, & Feudatarium Malèi Laudenſis, de quo antea locutus ſum. Sic deſcribitur antedictum numiſma. In parte antica cernitur caput hominis cum birreto, & literis *Jac Trec Sen & Eq.* in poſtica, figura volans, quæ recipitur

pro

Digitized by Google

pro æternitate, cum literis *Æternitati*; poſita eſt in parva theca hiſce notis auratis.

*Jacobus Treccus a Ludovico Sfortia Med. Duce VII. in inſtitutum Conſilium Mediol. Senator, & in Equeſtrem Ordinem in Templo Cremonæ maximo adlectus, idibus Junii MCDLXXXXVIII. Ant. Med. Senatore, Ludovico, & Hieronymo Protonotario Apoſtolico, ac inſignis Collegiatæ S. Agathæ Præpoſito, ex Maria Triultia Conjuge ſuſceptis, Avorum gloriam contendebat, moriens Cremonæ anno ſalutis MDV. VI. Nonas Auguſti.*

Anno MCCCCLXXXXV. Tom. I. fol. 373., ubi de Bernardino Covo ponantur, quæ de Franciſco Covo ſcribit Hieronym. Perbonus Marchio Inciſæ in ſuis libris Ovil. lib. XIV. dicato, ut ipſe adnotat Multum excelſo Marchioni Storgiæ, ac inclyto Franciſco Covo Magno Commendatario. In epiſtolæ nuncupatoriæ decurſu, laudando Carolum V. Cæſarem, ſcribit de Covo: *Qui eruditorum hominum non minus ſtudioſus, quam fuerint veteres, ſic etiam ſapientiſſime tecum peractum eſt inclyte Franciſce Cove, qui tuo pluſquam humano ingenio quicquid reconditum habet divina ſcientia, quicquid veterum Philoſophorum Academiæ docent, omnium bonarum artium ſtudio quicquid repertum eſt, omnia cum maximo honoris fructu es conſecutus. Et quod omnis Hiſpanorum animos, & procerum in admirationem traxit, quod in illo ſuo excelſo Magiſtratu a Secretis Cæſaris ita ſyncere, prudenter, catholiceque adminiſtraſti, ut magnam fueris omnibus prædicantibus adeptus immortalitatem, tanta clementia, & bonitate Cives, Nobileſque, totamque univerſam Remp. es complexus, ut Pater Patriæ Hiſpaniarum merito ſis cognominatus; propter hæc, & multo majora, quæ magnas laudes, & gloriam apud Poſteros portabunt, mirum in modum Hieronymus Perbonus vos ambos diligit, amat, colit, obſervat &c.*



Digitized by Google

# APPENDIX ADDENDA
## TOMO SECUNDO.

AD annum MDVIII. pag. 20. ubi memoratur Agathus Nob. Cremonenſis, dubitavi nomen hoc eſſe fictitium; addatur in fine. Nomen igitur fictitium illud Agathi eſſe, eruitur, etiam ex aliis ibi nominibus ejuſdem Agathi Præceptoris, & Sodalium ab idiomate græco deſumptis. *Agathon* Bonus, *Agathopeja*, beneficiorum collatio, *Agathaturgia* facti præſtantia. *Nomicus* Primicerius Lectorum, *Partenopeus*, a Partenope, Facies Virginalis. *Alceus* ab Alces, ex qua ſignificatur Virtus, & Fortitudo.

Ad annum MDXV. pag. 48. in qua tractatur de Marco Antonio Aymo J. C., poſt ea, quæ de ipſomet Aymo dicta ſunt, addatur. *Cum in quibuſdam mſſ. rerum ad Patriæ memoriam attinentium ſexto decimo ſæculo, compererim nomen M. Antonii Aymi, ne quicquam prætercam pro Patria, ſequentia ſubnecto.* Baptiſta Fulgoſius lib. 8. memorabilium, cap. *quam ingentes artium effectus &c. ſcribit Jo: Gutterbumgenſem Argentinenſem anno D. MCCCCXL.* [alii, licet, ſint circa hoc tempus diſcordes] [ut dixi, ubi de Hyacintho Belpierio] *primum inveniſſe artem literarum imprimendarum. Marcus autem Antonius Aymus Cremonenſis Jur. Conſ. referebat Bottam Civem ſuum militari habitu in Germaniam profectum, cum ille Argentinenſis ſcientiam ſuam occultaret, clam in ejus amicitiam ſe dediſſe, & parvo tempore præſcrutata omni arte in Italiam reverſum, Italis artem impreſſoriam patefeciſſe; nomen illius Bottæ memoria excidit, agnationes, cognomen retinui. Arbitror tamen illum fuiſſe Leonardum, qui poſtea Legatus fuit Ducum Mediolani apud Venetos, nam tempora conveniunt &c.*

De Leonardo Botta nos egimus in Tomo I. anno 1484. pag. 337. verum aſſertio Aymi meum animum non movet ad fidem ei præſtandam, cum circa tempus primæ inventionis Typographiæ adſint multi auctores (ut dixi) inter ſe diſcordes; nec aliunde ſciam quomodo de tanto Cive id devenerit, dum dubitat idem Aymus; verum (repeto) ne quicquam prætercam, ubi fit de Patria noſtra honorifica mentio, hoc tranſcripſi; & hac arrepta occaſione, e Germania tranſeamus in Galliam, ubi Guido Patinus Caroli Pater in Patiniana, pagina 24. Impreſſionis Amſterodamenſis in 12. 1703. ſcribit de Viro eximio Fortunio Liceto, inter alia, gallico idiomate, *il a enſeigne a Piſe, puis vingt quatre ans a Padove, & a Cremone &c. il en enſeigne maintenant a Boulogne &c.* Verum permultis exactis diligentiis, mihi non conſtat de Patiniana aſſertione; ideoque eam minime approbo.

Addatur circa Nicolaum Amanium anno 1520. pag. 15. ipſum



Digitized by Google

floruiſſe Etruſca lingua optimum Poetam, ut apparet ex ejus carminibus, inter alia a Gabriele Giolito impreſſa, & edita typis Venetis anno 1547. a pag. 165. uſque ad 175., nec non ex illis a Dionyſio Athanaſio collectis libri primi, Venetiis pariter editis 1565. cum titulo. *Delle Rime di diverſi nobili Poeti &c.*

Ad annum eumdem, pagina 59 in fine, ubi agitur de Joanne de Romanis, addatur. Ejuſdem meminit *Beverovicius de Calculo renum, & vexicæ. Lugduni Batavorum, ex officina Elſeviriorum anno 1638. in 12. pagina 200.*

Anno MDXXIII. pag. 63. ubi de Benedicto Accolto, ponatur. De hoc S. R. E. Card., & Ep. Cremonæ multa ſcribit Joſeph Aurelius de Nigris Avunculus meus, toties laudatus in ſuo amplo Volumine mſſ. de Epiſcopis Cremonenſibus, & inter alia adverſæ fortunæ ſuæ caſus commemorat; & præcipue ejus carcerationem in Caſtro S. Angeli de Urbe, memoratur itidem a Comite Joanne Maria Mazzucchello in Vita Petri Aretini pag. 42. nuperrime Paduæ excuſa, & ad me tranſmiſſa humaniſſime ab eo.

Ad annum MDXXIV. pag. 67. ubi de Tydeo Oldovino in fine, addatur. Teſeus de Ambroſiis Papienſis in ſuo Introductorio ad Linguam Caldaicam in proemio, elegans contexit elogium Tydeo Oldovino. Ubi de Joanne Franciſco Faerno ex Min. Convent. S. P. Franciſci anno 1525. pagina 72. ſunt addenda in fine: Nominatur Faernus cum laude in libro, cui tit. *Memorie iſtoriche della Provincia di Bologna part. 2. cap. 4. Bononiæ impreſſo 1717.*

Ad annum MDXXX. pag. 90. agendo de Ven. Viro Ant. Maria Zaccharia, primo Inſtitutore Congr. Cler. Reg. S. Pauli, in fine paragraphi, Lugduni editionis, ponatur. Ejuſdem Antonii Mariæ editus fuit liber, ut ſupra relatus a P. D. Aloyſio Franciſco Barella Bononiæ anno 1706. typis Conſtantini Piſarri. Itidem memorantur ejus opera in Indice Scriptorum Congregationis Cler. Reg. S. Pauli, concinnato anno 1731. & impreſſo.

Eodem anno pagina 92. in fine, ubi ſcribitur Othobonus Pozzettus, ſive Poccettus, addantur ea, quæ eruditiſſimus Borſettus in ſua de Gymnaſio Ferrarienſi Hiſtoria, part. 2. pagina 306. de Poccetto ſcribit, & ſunt. *Rethoricus inſignis, a quo Ferrariæ eſt inſtitutus Alphunſus Eſtenſis Junior, Alphunſi II. Ferrariæ Ducis Filius. Extat elegantiſſima Poccetti oratio latina in morte ejuſdem Junioris Alphunſi. Eſt autem Ferrariæ impreſſa per Hæredes Franciſci Roſſi &c. III. Kal. Decembris 1578.*

Anno MDXXXII. pagina 119. addatur. Ejuſdem Burgi laudes indicat Marchio Hier. Perbonus in ſuo Oviliarum opere, lib. 1. pag. 40. ubi de caſu Maximiliani Sfortiæ. *Labuntur familiæ, ſtatus, regna, cum bonorum, & ſapientium Virorum conſilia negliguntur. Arbitror ego non parum obfuiſſe Andreæ Burgi Ablegationem, viri ſapientiæ, & uſu*



Digitized by Google

*rerum præſtantis, & integritate fidei apud Principes cogniti; ſed plerumque labuntur alta delatorum linguis: ſequutum eſt duplex Viri diſceſſu Principi noſtro malum. Unum quod tanti Viri conſilio ſe privaverit, alterum quod indignatio Cæſaris exorta eſt &c.*

Anno eodem pagina 137. ubi de Dominico Bordigalo in fine addatur. Opus mſſ. in folio magno chartarum ſeptuaginta ſeptem, exiguo charactere conſcriptum penes me extat, mihi a fratre meo dilectiſſimo D. Deſiderio Monaco Hieronymiano donatum, ab eo in quibuſdam ſcripturarum fragmentariis repertum; cui tit. ſic

*Dominici Burdigali Patricii inclytæ Urbis Cremonæ, illius ſitus deſignatus, in ſpiritualibus, & temporalibus dignitates: Orarum cum Civibus in ea ſuis temporibus exiſtentibus. Deſcriptio Agrorum totius Territorii, cum Caſtris, Villis, & Locis per Geometriam inter tria flumina menſura: ſcilicet quoque Urbis ad Laudes Cronicella, & carmen. Kal. Aprilis a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 1515.

Ad annum MDXLI. in fine pag. 169. ubi de Realdo Columbo inſigni Anatomico, ponantur ad memoriam Viri clariſſimi, quæ ſcribit Carolus Richa Taurinenſis in ſua Oratione, cui tit. De Microcoſmi cum Microcoſmo Analogia. *Quid autem exacto nuper ſæculo non pertentavit, neque aſſecuta eſt in Microcoſmo Anatomicorum ſolertia. Suos quoque Columbos habuit Ars noſtra, Realdum Columbum Cremonenſem, hic innuo, qui primus forte perennem ſanguinis in orbem motum mente concepit, factaque prætulit Ceſalpino, qui poſtea myſterium illud ſoli naturæ a mundi primordiis cognitum, mortalibus palam fecit; quidquid de Harvio ſuo magnis laudibus efferant Londinenſes &c.*

Item Columbus laudatur a Gaſpare Poſnero ſuo libro in fol., cui tit. *Generationis humanæ operum naturalium &c. typis Jac. Bauhoferi* 1692. & præſertim in tabulis 23. & 24. ubi Columbus circa Fœtum oſtendit Hippocratis lapſum.

Ponantur anno 1544. pag. 253. ubi de Jacobo Cremonenſi, cujus meminit eruditiſſimus D. Comes Joannes Maria Mazzuchellus Nob. Brixienſis in ſuo bene compacto libro, ad me benigne tranſmiſſo, cum tit. *Notizie iſtoriche, e critiche intorno alla vita, alle invenzioni, ed agli ſcritti di Archimede Siracuſano. Brixiæ* 1737. *apud Rizzardum in* 4.

Hinc cum ab ipſomet D. Comite percœperim, meum Jacobum Cremonen. Archimedis opera traduxiſſe, quæ ſuo loco memoravi, e græco in latinum ex ordine Nicolai V. Summi Pontificis, electi anno 1447., eumque vixiſſe uſque ad annum 1455. de quo ſane ad hanc rem, ferme ſpectantem, ſcribit noſter Platina in Vita Nicolai, *laudatur quidem ejus liberalitas, qua in omnes uſus eſt, maxime erga Literatos, quos & pecunia, & officiis cumulabat, & beneficiis mirifice juvit. Eos enim præmiis, nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendum de integro aliquid,*

*nunc*

Digitized by Google

*nunc ad vertendum Græcos Auctores in latinum ita perpulit, ut literæ græcæ, & latinæ, quæ ſexcentis jam antea annis in ſitu, & tenebris jacuerant, tum demum ſplendorem aliquem adeptæ ſunt &c.*

Combinatis igitur annis, quibus erat in Vivis Jacobus Caſſianus Presbyter, de quo ſcripſi in Tomo I. ad annum 1440., ac Epiſtolis Franciſci Philelphi ad eum ſcriptis, ſuarum Epiſt. lib. IV. ex quibus colligitur in Matheſis libris, ac græcis Codicibus verſatum eſſe liquet, Jacobum illum Cremonenſem, fuiſſe Jacobum cognominatum Caſſianum; ideoq; non ad annum 1544. ſed ponatur ad annum 1440.

Anno 1551. pagina 225. quæ de Sigiſmundo Guindano, fultus ex relatis ab Antonio Campo in Hiſt. lib. 3. ad annum 1551. ſcilicet, quod ejus Poema inſcriptum *Auſtriados*, in quo vitam, & geſta Caroli V. Imp. Aug. canebat, deſperatione victus, illud combuſſerit, dixeram; modo meam aſſertionem corrigere nitor, ex iis, quæ leguntur *in Diario Veneto Literatorum Italiæ Tomo XIII. art. VII. pag.* 217. *& ſeq.* Carmina etenim noſtri Sigiſmundi ſervantur penes V. C. D. Apoſtolum Zenum, Venetiis in magno Codice in fol. hoc titulo.

Sigiſmundi Guindani Cremonenſis ad Invictiſſimum Carolum V. Cæſarem ſemper Auguſtum libri XXIV. & ibi nonnullorum carminum initialium proæmium anteponitur, moneturque Lector in poſtremo Codicis libro multa carmina deficere, ipſique præcedere Epiſtolam nuncupatoriam, ut ſequitur. *Sereniſſimo Vincentio Gonzaghæ Duci Mantuæ IV. Joannes Parolus Cremonenſis S. P. D.* cujus Epiſtolæ inter cætera legitur.

*Sigiſmundus Guindanus Poeta Cremon. ingenium, & ſtudium ſuum omne contulit ad eas* [*glorias*] *heroicis verſibus celebrandas, & immortalitati conſecrandas. Sed cum acri ſtudio, & cura diligenti opus illud ſuum limare, & perpolire inſtituiſſet, morte interceptus, quod voluit efficere non potuit. Id cum poſtea in manus meas pervenerit, Tibi potiſſimum Sereniſſime Dux &c.*

Anno MDL. pagina 217. ubi de Joanne Offredo. In Epiſtola nuncupatoria Typographi, libri enunciati legitur. Offredum fuiſſe Collectorem illorum carminum, ita loquitur Typographus more antiquo. *Eſſendomi pervenuto alle mani alcune rime de diverſi, ed eccellenti Autori raccolte dal Vertuoſo M. Giovanni Offredi, ed avendomene egli fatto dono, e lodato il deſiderio mio di volerle ſtampare &c.* Ejuſdem fit mentio a Creſcimbenio in Tomo IV. lib. 2. Hiſt. Vulg. Poeſeos pag. *69*.

Anno MDLIX. pag. 239. circa natale ſolum Jo: Ant. Delphini ponatur, linea 30. poſt verba. In loco Ruperum de Zagnis, vulgo Romperzagno agri Cremon. ut vidimus ex tabulis Auguſtini Cattanei Tabellionis diei 11. Octobris 1549.

Ad annum MDLXIV, fol. 302. ubi de Hieronymo Regazzola in fine addatur. Vide Sanſovinum Hiſt. Veneta lib. *6*. pag. *93*. ex



Digitized by Google

hac Familia floruerunt inter Nobiles Patriæ Decuriones Ugolinus anno 1387. Antonius 1422. Bartolinus 1457. Antonius 1486. qui fuit & Cauſidicus Colleg. Bernardinus anno 1500.

Ad annum MDLXXXI. pag. 366. ubi de Jo: Franciſco Bonhomio, Vercellenſi Epiſcopo, ponatur in fine. In libro P. Cypriani Uberti Inquiſitoris Generalis Vercell. cui tit. *Opera della Croce*, fit honorifica mentio de noſtro Bonhomio lib. 2. cap. 20. & præcipue de auxilio eidem P. Uberto præſtito ne ſubmergeretur in flumine.

Anno MDXC. pag. 424. ubi de Marco Ant. Amidano, inter auctores de eo ſcribentes, ponatur.

Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonæ pag. 38. loquens de Divæ Agathæ inſigni Templo.

## ALIA ADDENDA TOMO II.

POſt ea quæ de Joſepho Ottilino Hebræo ſcripſimus ad annum 1570. pag. 325. cum in libro inſcripto *Diſſertazione Teologicomorale critica* (ubi de materia Jejunii) Veneriis 1738. apud J. B. Recurtum pag. 54. compererim exſcriptum e relatione cujuſdam Auctoris incerti nominis, Venetiis pariter impreſſa, anno 1735. apud Pittere, ut ibi legitur, loquendo de libris Thalmudicis Hebraicis, & Arabis, ſcribit italice. *Vedrà N. N. che nel Concilio di Vienna permiſe il Pontefice Clemente V. lo ſtudio dei libri del Thalmud, e che dopo ſono ſtati condannati al fuoco. Vedrà che ne furono abbruggiati per autorità pubblica dodici mille volumi della ſola Biblioteca di Cremona, e ſe il celebre Revelino non aveſſe difeſa la loro cauſa appreſſo l'Imperadore Maſſimigliano un ſolo forſe non ne ſarebbe rimaſto.* Verum ita non legitur in Bibliotheca Sancta Sixti Senenſis, qui erga finem libri quarti, ſcribit ante catalogum.

*Pius V. Pont. Maximus ante Pontificatum ei divinitus collatum, ampliſſimo, & ſacro totius Chriſtianæ Inquiſitionis Senatui præeſſet, anno videlicet humanæ ſalutis MDLIX. miſit me Cremonam ad abolendos Thalmudicos Hebræorum libros impiæ, ac prodigioſæ doctrinæ, quos Judæi ex omni ferme Italia in eam Urbem, tanquam in commune Judaicæ Nationis aſylum convexerant; cum igitur ea de cauſa cæpiſſem diligenter evolvere univerſas ipſorum Bibliothecas, & Typographicas officinas, omnium, quæ tunc in Italia erant, copioſiſſimæ; reperi infinitum numerum Hebraicorum voluminum, inter alia vero, infraſcripta Hebræorum expoſitorum in divinas ſcripturas commentaria, quorum cum aliquam mentionem apud noſtros explanatores, præcipue ſcholaſticos, prius inveniſſem, libris eorum nomina ſummatim colligere, & hic collecta in calce hujus libri appendicis loco ſubnectere, ſunt autem hæc*, & hic Sixtus enumerat permultos Hebræos Scriptoris ordine alphabetico, & præ cæteris.

*Manahem*

Digitized by Google

*Manahem a Rechanate edidit commentarios in Pentatheucon* Zioni *prænotato, quorum olim mille fere exemplaria innumeris Thalmudiſtarum impietatibus referta ad nos fuiſſent perlata, mandante Sacro Romanæ Inquiſitionis Senatu, una cum aliis decem millibus Thalmudiorum Scriptorum voluminibus exuſti fuerunt.*

Verum non conſtat ex narratis a Sixto incendium duodecim millia voluminum, ſequutum in Urbe Cremonæ; quinimo ut in noſtro II. Cremonæ Literatæ Tomo pag. 325. ſcripſimus, ex relatu ejuſdem Sixti, ubi de Simeone filio Joachaii, cujus duo millia exemplaria (in Pentatheucum) ut ipſemet aſſeruit, *in officina typographica Cremonenſi excuſſa invenimus, & jam ab Hiſpanis Militibus incendio deſtinata ſervavimus*. Ergo non exuſta.

Pag. 230. poteſt addi, ubi de Paulo Ala Senatore Elogium, ſeu Epitaphium a M. Hier. Vida carminibus compactum, & relatum ab Auctore Anonymo in libro, cui tit. *degli Elogj Funerali, Ragionamento a' Letterati della Città di Torino in riſpoſte all' Autore d' una raccolta critica, intitolata, i difetti dell' Artefice, maeſtri dell' arte. Taurini edit. Franc. Majereſſe* 1723. Heic Vida ſcripſit.

*Has quoque Paule Roſas, varios hos accipe Flores,*
*Quos mæſti charum ſpargimus ad tumulum.*

Id ea deſumpſit ab antiquorum inſcriptionibus circa oblationem Roſarum tumulis mortuorum. Vide Auſonium in Epit. Heroum n. 36. Porcacchius de funer. antiq. ſub tab. 11. pag. 12. & 13. Aſt miror quomodo Porcacchius omiſerit in ſuo tam laborioſo opere Faces &c. in mortuorum exequiis, ut referunt priſci Auctores, & Virgilius præcipue Æneid. lib. 11. v. 144. ubi de Pallante.

*Arcades ad portas ruere, & de more vetuſto*
*Funereas rapuere faces; lucet via lungo*
*Ordine flammarum, & late diſcriminat agros &c.*

Dum ſuperiori loco locuti fuimus de imitatione Antiquorum facta a Vida, lubet hic, pauliſper eruditis exponere traductionem Magni Torquati Taſſi, ex noſtro Vidæ; iſtiuſmodi ſunt carmina Vidæ in libro primo Chriſtiados ver. 139. & ſeq.

*Continuo ruit ad portas gens omnis: & adſunt*
*Lucifugi cœtus varia, atque bicorpora monſtra,*
*Pube tenus hominum facies, verum hiſpida in anguem*
*Deſinit, ingenti ſinuata volumine cauda.*
*Gorgonas hi, Sphingaſque obſcœno corpore reddunt,*
*Centauroſque, Hydraſque illi, ignivomaſque Chimeras,*
*Centum alii Scyllas, ac fœdicas Harpyas,*
*Et quæ multa homines ſimulacra horrentia fingunt.*

Sic canit Taſſus in Goffredo cant. IV. Oct. V.

*Quì mille immonde Arpie vedreſti, e mille*
*Centauri, e Sfingi, e pallide Gorgoni,*

*Molte,*

*Molte, e molte latrar voraci Scille,*
*E fiſchiar Hidre, e ſibillar Pitoni;*
*E vomitar chimere atre faville,*
*E Poliſemi orrendi, e Gerioni;*
*E in novi Moſtri, e non più inteſi, e viſti*
*Diverſi aſpetti in un confuſi, e miſti.*

Ubi de Cœnobio Ord. PP. Prædicatorum, Oppidi Soncini, S. Jacobi Apoſtoli memoriæ dicato pag. 193. Tomi I. Cremonæ Literatæ, non eſt omittendum ibi Prioratus Officium geſſiſſe (ut alias dixi) annis 1548., & 49. P. Michaelem Ghislerium ejuſdem Sacri Ord. quem non tantum ad Summi Hierarchatus Solium aſcenſum, Pii V. nomine aſſumpto, quam in Sanctorum apotheoſim anno 1713. relatum admirati ſumus; de quo aliquod attingimus in Tomo II. pag. 2. Cum verò diebus 25. & 26. Julii anno 1739. hoſpitio benigne exceptus fuerim in illo Cœnobio, una cum Reverendiſs. P. Hermenegildo de Todeſchinis, a Mantua Generali Inquiſitore Cremonæ, ubi præeſt P. S. T. M. Thomas Ant. Taſſonus, moribus, æque, ac virtutibus excultus, libentiſſime, & ea qua decet omni veneratione inviſere curavi Cellam, in qua degebat tunc P. Michael, nec non Bibliothecam, quam ille inſtruxit, ac voluminibus quampluribus exornavit, me continere non potui, quin ea volumina inſpiciendo repeterem, hæc eſſe Sacra lipſana illius Sanctiſſimi Viri! & totum cœleſte id Cœnobium, quod Angelicus hic Homo! integro biennio, Cœleſti conſpectu ſuo decoravit.

APPEN-

Digitized by Google

# APPENDIX

## HUIC TOMO III.

*Diligentia, & negligentia prope laudem, & vituperium ſedent.*

Perbonus Oviliarum
lib. XI. fol. IX.

*Addatur in litera A. pag. 16. poſt Ant. Cajetanum Paveſium.*

ANTONIUS MARIA LUGUS Cler. Reg. Somaſchenſis, vix annis Adoleſcentiæ exactis Rethoricæ Præceptor in Almæ Urbis Clementino Collegio, ac ibi deſcriptus inter Arcades Paſtores, cujus meminimus in hoc libro pag. 6. Latina, ac Italica eloquentia, nec non utroque genere poeſeos pluſquam ſatis inſtructus; edidit Romæ, fœcundiſſimæ Virtutum Matris.

*Orationes duas ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, ab eo recitatas in Sacello Pontificio.*

*Orazione, e Poesìe nell' Aſſunzione al Pontificato di Benedetto XIV. in occaſione dell' Accademia nel Collegio Clementino.*

*Oratio, & nonnulla carmina Italica, & Latina in ejuſdem Collegii Academia in Creatione Sereniſſimi Ducis Reip. Januenſis Nicolai Spinulæ.*

*Trè Canzoni Anacreontiche, in cui ſi ſpiega la Notomìa dell'Occhio, colle note d' incerto Autore, typis Venetis.*

Pretium Operibus prædictis auget approbatio præclariſſimi P. Thomæ Auguſtini Ricchinii, Romæ degentis inter Theologos Caſanatenſes, a quo hæc nuperrime habuimus labenti menſe Septembris 1741.

Corrigendus eſt meus lapſus, nam prædicta pag. 6. dixi, Antonium Mariam Alexandri, inſignis Medici Nepotem, cum ejuſdem ſit Filius.

*In litera I poſt Jo: Franciſcum Sementium fol.* 148.

JOANNES FRANCISCUS A SOREXINA, cujus nomen hic recenſeo, ne eximios literatos omittam, quamvis ipſe modeſtiſſime renuat, ut ex ſuis repetitis expiſtolis; Natus in eodem inſigni Oppido Cremonenſis Diſtrictus, a quo traxit agnomen, Seraphici Ord. Minorum Obſerv. in Mediolanenſi Provincia habitu ſuſcepto,

Digitized by Google

